EPICTETI

Quæ ſuperſunt DISSERTATIONES

Ab ARRIANO Collectæ

Nec non

ENCHIRIDION et FRAGMENTA

Græcè et Latinè

In DUOS TOMOS diſtributa

Cum integris

JACOBI SCHEGKII et HIERONYMI WOLFII
ſelectiſque aliorum Doctorum Annotationibus.

Recenſuit, Notis & Indice illuſtravit

JOANNES UPTONUS Præbend. Roffenſis.

TOM. II.

LONDINI:

Impenſis THOMÆ WOODWARD ad Inſigne
Lunæ Creſcentis inter Templi Portas.

MDCC XLI.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

ΤΩΝ ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μέν, ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια. Μέμνησο οὖν ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ Θεοὺς καὶ ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ τὸ σὸν, μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ Κεφ. ά.

CAP. I.

RERUM aliæ quidem in noſtrâ poteſtate ſunt, aliæ verò in noſtrâ poteſtate non ſunt. in noſtrâ ſunt poteſtate, opinio, impetus, appetitio, averſatio, atque uno verbo, quæcunque noſtra ſunt opera: in noſtrâ poteſtate non ſunt, corpus, poſſeſſio, gloria, magiſtratus, atque uno verbo, quæcunque noſtra non ſunt opera. Ac ea quidem quæ in noſtrâ ſunt poteſtate, naturâ ſunt libera, quæ prohiberi et impediri nequeant: quæ verò in noſtrâ non ſunt poteſtate, imbecilla, ſerva, quæ prohiberi poſſint, aliena. Memento igitur, ſi, quæ naturâ ſerva ſunt, libera putâris; et aliena quæ ſunt, propria; fore ut impediaris, lugeas, pertuberis, Deos hominesque incuſes: ſin id quod tuum eſt, ſolùm tu-

Κεφ. ά. περ ἐστὶν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινι, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ. Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεχινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται. Εὐθὺς οὖν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις· πρώτῳ δὲ τούτῳ καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν

um esse putâris; et quod alienum, uti revera est, alienum; nemo te coget unquam, nemo prohibebit, non incusabis quenquam, nec culpabis, nihil ages invitus, nemo te lædet, inimicum non habebis; neque enim noxium quid patieris. Cum itaque tanta expetas, memento non oportere mediocriter commotum ea attingere; sed alia omnino mittere, alia in præsens differre. si autem et ista expetas, et magistratum gerere, et dives esse; fortasse neque hæc ipsa consequere, quippe qui priora ista quoque expetas. illa certe nullo modo consequeris, quibus solis felicitas ac libertas comparatur. Statim igitur omni aspero viso responsare studе, ac dicere, Visum es, ac nullo modo id quod esse videris. deinde explora illud atque examina, iis, quas habes, regulis: hac autem primâ regulâ vel maxime, utrum circa ea versetur

quæ

ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. καὶν περί τι Κεφ. β'.
τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι
οὐδὲν πρός σε.

ΚΕΦ. β'.

ΜΕμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται· καὶ ὁ μὲν ἐν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐν ἐκκλίσει περιπίπτων, δυστυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνῃς περιπέσῃ. νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν ὄρεξιν δὲ παντε-

quæ in noſtrâ poteſtate ſunt, aut quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt. quod ſi circa aliquod eorum verſetur, quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt, promptum hoc eſto, Nihil ad te.

CAP. II.

APpetitionis eam eſſe pollicitationem memento, fore ut conſequaris quod appetas; averſationis autem pollicitationem, fore ut in id non incidas, quod averſeris; et quidem eum, quem appetitio fruſtratur, infortunatum eſſe; qui verò in id incidit quod averſetur, calamitoſum. ſi itaque ea ſola averſere, quæ eorum naturæ, quæ in tuâ poteſtate ſunt, repugnant; in eorum, quæ averſeris, nihil incides. at ſi morbum averſeris, aut mortem, aut paupertatem, eris calamitoſus. Auſer igitur averſationem ab omnibus quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt, eamque tranſfer ad ea quæ naturæ

Κεφ. γ'. παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἂν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, οὐδὲν οὔπω σοι πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ· κούφως μέν τοι, καὶ μετ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

ΚΕΦ. γ'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρασχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ οὐ ταραχθήσῃ. ΚΕΦ.

turæ eorum, quæ in noſtrâ ſunt poteſtate, adverſantur. appetitionem verò prorſus in præſens tolle. nam ſi quicquam eorum, quæ in noſtrâ non ſunt poteſtate, appetas, infortunatum te eſſe neceſſe eſt: ex iis autem, quæ in noſtrâ poteſtate ſunt, nihil, quod honeſte appetas, adhuc tibi adeſt. at impetu ſolo et declinatione utere; verùm leviter, et cum exceptione, et remiſſe.

CAP. III.

SIngulis in rebus, quæ vel animum oblectant, vel uſui inſerviunt, vel diliguntur, memento verbis ſubjicere, cujuſmodi ſint; à minutiſſimis exorſus. ſi ollam diligas, dic te ollam diligere: nam eâ confractâ non perturbaberis. ſi puellum tuum oſculere, aut uxorem, ſubde, te hominem oſculari: nam eo mortuo non perturbaberis.

CAP.

Κεφ. δ'.

ΚΕΦ. δ'.

Ὅταν ἅψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπόμνησον σεαυτόν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, προβαλοῦ σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀποῤῥαίοντας, τοὺς ἐγχρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας· καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι ἐυθὺς λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται, ὅτι οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι· οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

ΚΕΦ.

CAP. IV.

OPUS aliquod aggreſſurus, ipſe tibi in memoriam revoca, cujuſmodi ſit illud opus. ſi lavatum abieris, ea tibi proponito quæ fiunt in balneo; alios perfundi, alios loco pelli, alios convicia facere, alios furari: atque ita tutius rem aggredieris, ſi hæc verba ſubdas, Lavare ſtatim volo, meamque voluntatem naturæ congruentem ſervare. et ſimiliter in ſingulis operibus. ſic enim, ſi quid inter lavandum impedimenti accidat, promptum erit, Non hoc volebam tantùm, ſed et voluntatem meam naturæ conſentaneam ſervare: non ſervabo autem, ſi ea quæ fiunt, ægrè tulero.

CAP.

Κεφ. ε'.

ΚΕΦ. ε'.

ΤΑράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. οἷον, ὁ θάνατος οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινὸν, ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταραττώμεθα, ἢ λυπώμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτούς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. Ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς· ἠρχμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ· πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

ΚΕΦ.

CAP. V.

PErturbant homines non res ipſæ, ſed de rebus decreta. verbi causâ, mors nihil terribile eſt, alioquin et Socrati ita viſum eſſet: ſed decretum de morte, eſſe aliquid terribile, hoc eſt illud terribile. cum itaque impedimur, aut perturbamur, aut triſtamur, nunquam alium incuſemus, ſed nos ipſos, hoc eſt, noſtra decreta. Alios incuſare, ob quæ ſibi male eſt, hominis eſt ineruditi; ejus qui erudiri cœpit, ſeipſum; eruditi, neque alios, neque ſeipſum.

CAP.

ΚΕΦ. ϛ'.

Κεφ. ζ'.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ πλεονεκτήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, ὅτι καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππου ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. Τί οὖν ἐστι σόν; Χρῆσις φαντασιῶν. Ὥσθ' ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ· τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

λ εὐλογως

ΚΕΦ. ζ'.

Καθάπερ ἐν πλῷ, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστι, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι ἢ βολβάριον· τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς

CAP. VI.

OB nullam alienam efferaris præſtantiam. ſi equus ſeſe efferens diceret, Pulcher ſum, ferendum id eſſet. tu verò cum dicis ſuperbiâ elatus, Pulchrum equum habeo; ſcito te ob pulchrum equum ſuperbire. Quid igitur tuum eſt? Uſus viſorum. Quapropter cum in uſu viſorum ſecundum naturam es affectus, tum verò te efferes: tum enim tuo aliquo bono ſuperbies.

CAP. VII.

QUemadmodum in navigando, ubi ſtationem navis nacta eſt, ſi aquatum exieris, fit obiter quidem ut cochleolam colligas aut bulbulum; animo autem in navigium intento

Κεφ. η'. συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μή τοι γε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν δίδῶται ἀντὶ βολβαρίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει· ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα ἅπαντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος· ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῇς ποτε τοῦ πλοίου μακρὰν, μήποτε καλούμενος ἐλλείπῃς.

ΚΕΦ. η'.

Μὴ ζήτει τὰ γενόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις.

ΚΕΦ.

esse oportet, et continenter respicere, an gubernator vocet; et tum illa omnia relinquere oportet, ne vinctus, ad instar ovium, in navim conjiciaris. sic quoque in vitâ, si pro bulbo et cochleolâ, uxorcula et puellus detur, nihil prohibebit. cum autem gubernator vocarit, curre ad navim, relictis illis omnibus, nihil respiciendo. quod si senex sis, cave unquam longius à navi recedas, ne quando vocatus deficias.

CAP. VIII.

NE quæras ea quæ fiunt fieri ut vis; sed fieri velis quæ fiunt, ut fiunt; et tranquillo vitæ cursu uteris.

CAP.

ΚΕΦ. θ'.

ΝΟΣΟΣ, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε· εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινος ἐμπόδιον, σοῦ δὲ οὔ.

ΚΕΦ. ι'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς παῖδα ἢ καλὴν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν· ἂν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

ΚΕΦ.

CAP. IX.

MORBUS, corporis eſt impedimentum; voluntatis non item, niſi ipſa velit. claudicatio, cruris eſt impedimentum; voluntatis non item. atque hoc ſingulis quæ incidunt rebus ſubjice: illas enim alterius cujuſdam impedimentum invenies; tui verò nequaquam.

CAP. X.

QUICQUID inciderit, memento ad te converſus inquirere, quam facultatem ad illius uſum habeas. ſi quem formoſum formoſamve videris, facultatem ad hæc invenies, continentiam. ſi labor objectus fuerit, tolerantiam invenies: ſi convicium, patientiam. atque ſic adſuetum non te abripient ſecum viſa.

Κεφ. ιβ'.

ΚΕΦ. ια'.

Μηδέποτε ἐπί μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ἡ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; οὔκουν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη. Ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. Τί δέ σοι μέλει, διά τίνος σε ὁ δοὺς ἀπῄτησε; μέχρι δ' ἂν δίδῳ, ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμελοῦ, ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες.

ΚΕΦ. ιβ'.

Ἐι προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους διαλογισμούς· Ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐκ ἔξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονηρὸς ἔσται. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον

CAP. XI.

NUNQUAM de aliquâ re te perdidiſſe dicas, ſed reddidiſſe. filiolus obiit? redditus eſt. uxor obiit? reddita eſt. prædium eſt ereptum? ergò et hoc redditum. At improbus eſt qui eripuit. Quid id tua refert, per quem is qui dederit repetierit? quamdiu autem habere dederit, tanquam alienæ rei ipſius curam habeto; ut hoſpitii, viatores.

CAP. XII.

SI proficere velis, hujuſmodi cogitationes miſſas facito: Si mea neglexero, non erit unde vivam: niſi puerum caſtigâro, malus erit. ſatius enim eſt fame emori, mœroris

ac

πον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταραττόμενον. χρεῖττον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σὲ κακοδαίμονα. Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου ὠνεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία· προῖκα δὲ οὐδὲν παραγίνεται. ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακούσαι· καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς· ὅλως δέ σοι καλῶς· ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τό σε μὴ ταραχθῆναι. Κεφ. ιγ'.

ΚΕΦ. ιγ'.

Ἐι προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον, ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἀνόητος δόξαι, καὶ ἠλίθιος. μηδὲν βούλου

CAP. XIII.

SI proficere vis, perfer ſi ob externas res amens ac fatuus videaris. nihil velis videri ſcire; et ſi quibus eſſe aliquis

ac metus expertem, quàm copiis omnium rerum abundantem animo vivere perturbato. ſatius quoque eſt, puerum eſſe malum, quàm te infelicem. A parvis igitur auſpicare. effunditur parum quod habes olei? villum ſurripitur? ſubjice tibi, Tanti vænit perturbationum vacuitas, tanti tranquillitas; gratis verò nihil acquiritur. cum autem puerum vocas, cogita poſſe ipſum non audire; et, ſi audierit, nihil eorum agere quæ velis. at non ei tam bene eſt, (tibi verò omnino benè,) ut ipſe efficiat, te non perturbari.

Κεφ. ιδ'. λου δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς τισιν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ, ὅτι οὐ ῥάδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ τὸν ἕτερου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι πᾶσα ἀνάγκη.

ΚΕΦ. ιδ'.

Ἐὰν θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ἐπί σοι, θέλεις ἐπί σοι εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι. ἐὰν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι. Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων

aliquis videare, ipse tibi diffidito. scito enim, non facile esse, et voluntatem suam naturæ consentaneam servare, et res externas; sed omnino necesse esse, ut, qui alterum curet, alterum negligat.

CAP. XIV.

SI velis liberos tuos et uxorem et amicos, semper vivere, stultus es. nam quæ in tuâ potestate non sunt, ea in potestate tuâ esse vis, et aliena, esse tua. sic quoque si puerum peccare non vis, fatuus es. vis enim vitium non esse vitium, sed aliud quidpiam. si autem velis appetens aliquid, eo non excidere, hoc potes. quod potes igitur, hoc exerce. Cujusque dominus is est, qui ea quæ ipse vult, aut non vult,

ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις· εἰ δὲ μή, δουλεύειν ἀνάγκη. Κεφ. ιε'.

ΚΕΦ. ιε'.

ΜΈμνησο, ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενόν τί σοι γέγονέ κατά σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόρρω τὴν ὄρεξιν· ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατά σε. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχάς, οὕτω πρὸς πλοῦτον, καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν Θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλὰ καὶ ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν Θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ

vult, poteſtatem habet vel conferendi vel auferendi. quiſquis igitur liber eſſe vult, nec velit quidquam, nec fugiat, ex iis quæ in aliorum ſunt poteſtate: alioquin, ſervire neceſſe eſt.

CAP. XV.

MEMENTO oportere te, tanquam in convivio, verſari. aliquid quod circumfertur ad te devenit? porrectâ manu modeſtè percipe. præterit? ne detineas. nondum venit? ne longè appetitionem extendito; ſed expecta, donec ad te venerit. ſic erga liberos te gere, ſic erga uxorem, ſic erga magiſtratus, ſic erga divitias; et aliquando eris dignus Deorum conviva. quod ſi etiam propoſita tibi non acceperis, ſed deſpexeris, non modo conviva Deorum,

ſed

Κεφ. ιε'. ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινα ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου ἢ ἀποθανόντος, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε μὴ σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔστω πρόχειρον, ὅτι τοῦτον θλίβει οὐ τὸ συμβεβηκός· ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτου. μέχρι μέν τοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν οὕτω τύχῃ, καὶ συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μέν τοι, μὴ καὶ ἔσωθεν στενάξῃς.

ΚΕΦ.

sed et collega eris. sic enim cum facerent Diogenes et Heraclitus, atque his similes, meritò et divini erant, et dicebantur.

CAP. XVI.

CUM ejulantem aliquem videris in luctu, sive peregrè profecto filio sive mortuo, seu rebus amissis, cave ne te visum unà abripiat, cùm in malis ille sit externis: sed statim apud te distingue, et in promptu esto dicere; Non hunc torquet id quod accidit; quippe alium non torquet; sed quod de eo est decretum. ne tamen pigeat sermone tenus illi teipsum accommodare, atque adeo, si res ita tulerit, simul ingemiscere. cave verò, ne etiam intrinsecus gemas.

CAP.

ΚΕΦ. ιζ'.

ΜΕ'μνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἷον ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχύ, βραχέος· ἂν μακρόν, μακροῦ· ἂν πτωχόν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλόν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστὶ, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

ΚΕΦ. ιη'.

ΚΟ'ραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε, ὅτι τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί·

CAP. XVII.

MEMENTO te actorem esse, cujuscunque magister velit, fabulæ; si brevis, brevis; si longa, longæ: si pauperem agere te velit, ut et hanc personam ingeniosè agas; si claudum, si magistratum, si plebeium. hoc enim tuum est, datam personam bene agere; eam autem eligere alterius.

CAP. XVIII.

CORVUS cum inauspicatum crocitarit, ne te visum unà abripiat; sed statim apud te distingue, et dic, Nihil mihi istorum portenditur, sed aut corpusculo meo, aut reculæ meæ, aut gloriolæ meæ, aut liberis, aut uxori: mi-

Κεφ. ιθ'. ναικί· ἐμοὶ δὲ πάντα ἄϊσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ιθ'.

Ἄνικητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπί σοι νικῆσαι. Ὅρα οὖν μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μέγα δυνάμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ᾖ, οὔτε φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγός, οὐ πρύτανις ἢ ὕπατος εἶναι θελήσῃς, ἀλλ' ἐλεύθερος· μία δὲ ὁδὸς πρὸς τοῦτο, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

ΚΕΦ.

hi autem fausta omnia portenduntur, si ego voluero. quicquid enim istorum evenerit, in meâ est potestate, ut ex iis fructum capiam.

CAP. XIX.

INVICTUS esse potes, si in nullum certamen descendas, quo in tuâ potestate non est vincere. Vide igitur, ne, si quem honore, aut potentiâ evectum, aut alioqui florentem videris, illum beatum prædices, à viso unà abreptus. si enim in iis, quæ in nostrâ potestate sunt, substantia boni est; nec invidia, nec æmulatio locum habebit. tu verò ipse non imperator, non præfectus, aut consul esse vóles, sed liber. unica autem via eò ducit, contemptus eorum quæ in nostrâ potestate non sunt.

CAP.

ΚΕΦ. κ'.

Κεφ. κα'.

ΜΈμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλά τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέθισε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

ΚΕΦ. κα'.

ΘΆνατος, καὶ φυγή, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινος.

ΚΕΦ.

CAP. XX.

MEMENTO, non eum qui convicietur aut verberet, injuriam facere; sed quod de his est decretum, tanquam injuriam facientibus. cum igitur te aliquis irritârit, ab opinione tua te irritatum esse scito. quapropter in primis tenta, ne à viso unà abripiaris. nam si semel tempus et moram nactus fueris, facilius ipse tibi imperabis.

CAP. XXI.

MORS, et exilium, et omnia quæ terribilia videantur, ob oculos tibi quotidie versentur: maximè verò omnium mors. neque quidquam unquam humile cogitabis, neque quidquam nimis cupies.

Κεφ. κβ'.

ΚΕΦ. κβ'.

ΕΙ' φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς, παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς· τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσονται· ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

ΚΕΦ.

CAP. XXII.

SI philosophiæ te amor tenet, statim accingere tanquam ridiculus futurus, tanquam multi te naso suspensuri sint, ac dicturi, Repente philosophus nobis rediit: et, Unde hoc nobis supercilium? tu verò supercilium ne habeto; sed quæ tibi optima videntur, ita retine, tanquam qui à Deo in hunc ordinem sis collocatus. memento autem si in iisdem permanseris, eos qui te antea deridebant, postea te admiraturos; at duplo majori risu te exceptum iri, si illis vincaris.

CAP.

ΚΕΦ. κγ'.

Κεφ. κδ'.

Ἐὰν ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι, πρὸς τὸ βούλεσθαι ἀρέσαι τινί, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔνστασιν. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος· εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει τῳ εἶναι, σαυτῷ φάνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

ΚΕΦ. κδ'.

Οὗτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν, Ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἀτιμία ἐστὶ κακὸν, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. Μήτι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐστὶν, τὸ ἀρχῆς τυχεῖν; ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστιάσιν; Οὐδαμῶς. Πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἐστὶν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ,

CAP. XXIII.

SI quando ad externa te converti acciderit, ut alicui placere velis, ſcito te vitæ inſtitutum perdidiſſe. quare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe philoſophum: quod ſi etiam alicui philoſophus eſſe videri velis, tibiipſi videre, et ſatis erit.

CAP. XXIV.

HÆ te cogitationes ne adfligant, Ignobilis ego vivam, et nullius exiſtimationis uſquam. ſi enim ignobilitas malum eſt, non potes in malo eſſe per alium, non magis quàm in turpi. Nunquid ergo tuum eſt opus magiſtratum conſequi? aut, convivio accipi? Minime. Quomodo ergo etiam ignobilitas hoc cenſeri poteſt? quomodo etiam

nullius

Κεφ. κδ'. ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; Ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται; Τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον, οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις. τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστίν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; Κτῆσαι οὖν, φασίν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. Εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, δείκνυετε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποίησησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; εἰς τοῦτο οὖν μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δι' ὧν ἀπο-

βαλῶ

nullius exiſtimationis eris uſquam, quem in iis ſolis, quæ in tuâ poteſtate ſunt, aliquem eſſe oportet, in quibus tibi quantivis eſſe pretii licet? At amici ſine auxilio mihi relinquentur. Quid vocas, ſine auxilio? non argentum abs te habituri ſunt; nec eos in Romanam civitatem adſcribes. et quis tibi dixit, hæc ex iis eſſe quæ in noſtrâ ſunt poteſtate, ac non potius aliena opera? quis autem alii dare poteſt, quæ ipſe non habet? Compara igitur, ajunt, ut et nos habeamus. Si poſſim comparare, conſervatâ verecundiâ, fide, et magnanimitate, monſtrate viam, et comparabo. ſin id à me poſtuletis, ut meamet ego bona perdam, quò vos, quæ bona non ſunt, acquiratis, videte vos ipſi, quomodo iniqui ſitis et deſipientes. utrum autem mavultis? pecuniamve, an amicum fidum et verecundum? in hoc ergo

ζαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με πράσσειν ἀξιοῦτε. Ἀλλ' Κεφ. κδ'.
ἡ πατρὶς, φησιν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, ἀβοήθητος ἔσται. Πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν; στοὰς οὐχ ἕξει διά σε, οὔτε βαλανεῖα; καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. ἱκανὸν δὲ, ἐὰν ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινα αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφελεῖς; Ναί. Οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴῃς αὐτῇ. Τίνα οὖν ἔξω, φησὶ, χώραν ἐν τῇ πόλει; Ἣν ἂν δύνῃ φυλάττων ἅμα τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

ΚΕΦ.

go potius mihi opitulamini; non autem ea, quibus perdam istud, me agere postulate. At patria, inquit, quantum in meâ potestate situm est, auxilio carebit. Rursus, quod tu istud vocas auxilium? porticus per te non habebit, nec balnea? et quid hoc ad te? neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per sutorem. satis verò fuerit, suo quemque fungi munere. at si quem alium ei civem parares, fidum et verecundum, nihilne illam juvares? Ita vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis. Quem locum igitur, inquit, in civitate tenebo? Quemcunque possis, simul fidum te, ac verecundum servans: quod si, dum illi prodesse vis, hæc perdas, quam illi utilitatem afferes, qui impudens et infidus evaseris?

CAP.

Κεφ. κε'

ΚΕΦ. κε'.

ΠΡοεστιμήθη σου τὶς ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος· εἰ δὲ κακά, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δὲ, ὅτι οὐ δύνασαι, μὴ ταὐτὰ ποιῶν, πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινος, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ἔσῃ, καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. Ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; Ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. Ἂν οὖν τὶς

CAP. XXV.

EST tibi prælatus aliquis in convivio, aut ſalutatione, aut in adſumtione ad conſilium? ſi quidem hæc bona ſunt, gratulari debes illi, cui ea contigerint: ſin mala, ne doleas, te illa non adeptum. memento autem, haud poſſe te, non eadem facientem ad conſequenda illa quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt, æqualia mereri. quomodo verò tantundem habere poteſt, qui fores alicujus non frequentat, quantum qui frequentat? qui non deducit, quantum qui deducit? qui non laudat, quantum qui laudat? injuſtus igitur eris et inexplebilis, ſi non numerato eo pretio quo illa væneunt, gratis illa accipere velis. At quanti væneunt lactucæ? Obolo fortaſſe. Si quis igitur dato obolo, lactucas

acce-

τις προϊέμενος τὸν ὀβολὸν, λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προϊέμενος, μὴ λάβῃς, μὴ οἷον ἔλαττον ἔχειν τοῦ λαβόντος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα. οὐ παρεκλήθης ἐφ' ἑστιάσιν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι, ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον· ἐπαίνου δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἴ σοι λυσιτελεῖ, ὅσου πωλεῖται. εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μέν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου. Κεφ. κ'. λ' ΤΩΝ

ΚΕΦ.

acceperit; tu autem pretio non numerato, non acceperis, haud minus eo qui accepit te habere putes: ut enim ille lactucas habet, sic tu obolum quem non dedisti. ad eundem modum et hìc se res habet. ad convivium alicujus non es vocatus? neque enim dedisti quanti cœna vænit: atqui laude eam vendit, ministerio vendit. da igitur pretium, si è re tuâ est, quanti vænit. quod si nec illa vis præstare, et hæc accipere, inexplebilis es et stolidus. nihil igitur cœnæ vice habes? imò habes; quòd non laudâris quem nolebas; quòd in ingressu ejus insolentiam non tolerâris.

Κεφ. κς'.

ΚΕΦ. κς'.

Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἔστιν, ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον, ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλό τι, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, οἷόν ὅτε καὶ τὸ τοῦ ἄλλου κατεάγη. οὕτω μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθύς, Οἴμοι, τάλας ἐγώ! ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὰ ἀκούσαντες.

ΚΕΦ.

CAP. XXVI.

NATURÆ conſilium ex iis rebus, de quibus nulla inter nos controverſia eſt, cognoſci poteſt: exempli gratia; ſi vicini puer poculum aut aliud quid fregerit, promptum ſtatim eſt dicere, Ex iis hoc eſt quæ fiunt. ſcito igitur, cùm et tuum fractum fuerit, talem te eſſe oportere, qualis eras cum alterius frangeretur. ſic illa ad majora transfer. alterius obiit filius, aut uxor? nemo eſt, quin dicat, Humanum eſt. at cum ſuus cujuſque obiit, ſtatim, Hei mihi, me miſerum! meminiſſe autem oportebat, quomodo affecti ſimus, cùm de aliis idem audimus.

CAP.

Κεφ. κθ.

ΚΕΦ. κζ'.

Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυγχάνειν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται.

ΚΕΦ. κη'.

Εἰ μὲν τὸ σῶμα σοῦ ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν· ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ τούτου ἕνεκα;

ΚΕΦ. κθ'.

Ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό.

εἰ

CAP. XXVII.

QUEMADMODUM aberrandi causâ ſcopus non ponitur; ſic nec mali natura in mundo exiſtit.

CAP. XXVIII.

SIQUIDEM corpus tuum aliquis obvio cuique concederet, indignareris: at quòd mentem tuam cuivis concedis, ut, cum convitiatur tibi, hæc turbetur, ac confundatur, non te hâc de causâ pudet?

CAP. XXIX.

CUJUSQUE operis antecedentia ſpecta et conſequentia, et ſic illud aggredere. alioqui alacriter primum accedes,

Κεφ. κθ'. εἰ δὲ μή, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἄξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ. Θέλεις Ὀλύμπια νικῆσαι; Κἀγώ, νὴ τοὺς Θεούς· καλὸν γάρ ἐστιν. Ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου. δεῖ σ' εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν· ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι· ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα ἐκβαλεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν· ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικηθῆναι. ταῦτα πάντα ἐπισκεψάμενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν· εἰ δὲ μή, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ,

cedes, nihil de iis cogitans quæ conſequentur: poſtea verò, ubi turpia quædam apparuerint, deſiſtes. Vis Olympia vincere? Et ego, per Deos: quippe præclarum eſt. Sed conſidera antecedentia et conſequentia; et ſic opus aggredere. oportet te ordine omnia agere, coactum edere, abſtinere cupediis, ex neceſſitate exerceri, conſtitutâ horâ, in æſtu, in frigore; frigidam non bibere, non vinum ut libuerit; ad ſummam, magiſtro, tanquam medico, teipſum tradere oportet; deinde in certamen prodire; aliquando verò manum laxare, diſtorquere malleolum, multum pulveris deglutire; aliquando flagris cædi, et poſt hæc omnia vinci. his omnibus conſideratis, ſi adhuc velis, ad athletas te conſer; ſin minus, puerorum inſtar circumagêris, qui nunc luctato-

res

τραφήσῃ· ἃ νῦν μὲν παλαιστὰς ποιεῖ, νῦν δὲ αὐ- Κεφ. κθ'.
λητάς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ. Οὕτω καὶ σὺ νῦν ἀθλητής, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος, τὰδε τῇ ψυχῇ οὐδέν· ἀλλ' ὡς πίθηκος, πᾶσαν θέαν, ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει. οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπί τι, οὐδὲ περιώδευσας· ἀλλ' εἰκῇ καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. οὕτω θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες οὕτω τινὸς λέγοντος, ὡς Εὐφράτης λέγει· καί τοι τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι. πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυτοῦ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηροὺς, τὴν ὀσφῦν κατάμαθε.

res ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores; deinde tubâ canunt, mox trágœdiam agunt: sic quoque tu, nunc athleta es, mox gladiator; nunc orator; deinde philosophus; toto autem animo nihil; sed tanquam simius, quodcunque videris, imitaris, aliudque ex alio tibi placet. nec enim cum consideratione ad aliquid venisti, nec ut qui animo id perlustrârit; sed temere et ex frigidâ cupiditate. sic quidam, cum philosophum viderunt, et aliquem ita differentem audiverunt, ut Euphrates differit; enimvero quis ita differere potest ut ille? volunt et ipsi philosophari. Homo, primùm considera, cujusmodi sit res: deinde et naturam tuam inspice, num ferre possis. quinquertio esse vis, aut luctator? aspice brachia tua et femora; lumbos considera. alius enim ad aliud naturâ comparatus est. putasne, te hæc faci-

Κεφ. κθ'. τάμαθε. ἄλλος γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. δοκεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ καὶ θέλεις ἀντικαταλλάξασθαι τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν. εἰ δὲ μή, πρόσεχε μὴ ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος γένῃ. ταῦτα οὐ συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν εἶναι. ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός· ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ περὶ τὰ ἔξω· τουτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

ΚΕΦ.

facientem eodem modo posse edere, eodem modo bibere, similiter fastidire? vigilare oportet, laborare, à familiaribus discedere, à servulo contemni; ubique inferiorem esse; in honore, in magistratu, in judicio, in omni negotiolo. hæc considera, num etiam pro his perturbationum vacuitatem, libertatem, tranquillitatem, permutare velis. quod si nolis, vide, ne puerorum instar, nunc philosophus, deinde publicanus, postea orator, denique Cæsaris procurator fias. hæc inter se non consonant: unum te hominem, aut bonum, aut malum, esse oportet; aut principalem tui partem te excolere oportet, aut externa; aut circa interiora occupari, aut circa exteriora; hoc est, aut philosophi locum tueri, aut plebeii.

CAP.

ΚΕΦ. λ'.

Τὰ καθήκοντα, ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδορουῦντος, παίοντος. Ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι; Μήτι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει οἰκειώθης; οὐ' ἀλλὰ πρὸς πατέρα. ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι, κατὰ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

ΚΕΦ.

CAP. XXX.

OFFICIA in universum relationibus mensurantur. pater est? dictatur, curam ipsius esse agendam, cedendum ei in omnibus, ferendum esse si convitietur, aut verberet. At pater malus est. Nunquid igitur bonum patrem Natura tibi proprium dicavit? non; sed patrem. frater injurius est? serva igitur quam relationem ad ipsum obtines, nec specta quid ille faciat, sed quid tibi facturo propositum tuum secundum naturam adfectum erit. te quippe alius non lædet, nisi tu velis. tunc autem læsus eris, cum te lædi putâris. sic igitur à vicino, à cive, ab imperatore, officium invenies, si relationes considerare adsueveris.

CAP.

Κεφ. λά.

ΚΕΦ. λα'.

ΤΗΣ περὶ τοὺς Θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ Ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς Θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως τε οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς ἄν γε τι ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλεις, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλεις, μέμψασθαί σε,

CAP. XXXI.

PIETATIS erga Deos id præcipuum esse scito, rectas de illis opiniones habere, tanquam qui existant, et universa benè ac justè administrent; et ad hoc te ordinatum esse, ut illis pareas, et cedas in omnibus quæ fiant, eaque voluntarius sequaris, ut quæ optimo consilio perficiantur. sic enim nec culpabis unquam Deos, nec incusabis, quasi neglectus. quod quidem aliter fieri nequit, quàm si ab iis desistas quæ in nostrâ potestate non sunt, et in iis solis quæ sunt in nostrâ potestate bonum ac malum ponas: adeo ut, si quid illorum bonum aut malum opineris, omnino necesse sit, cum iis excideris quæ velis, et in ea quæ nolis incideris, te culpare et odisse auctores. ad hoc enim naturâ com-

τε, καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς Κεφ. λά.
τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ τεθηπέναι. ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν· ὥσπερ καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν ἀδύνατον. ἔνθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. καὶ Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς Θεούς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ

comparatum eſt omne animal, ut quæ nocentia videantur, eorumque cauſas, fugiat et averſetur; illa autem quæ proſunt, eorumque cauſas perſequatur et admiretur. quare fieri nequit, ut, qui ſe lædi putet, eo, quod lædere videtur, gaudeat: ſicut nec ipſo detrimento gaudere ullo modo poſſumus. hinc quoque patri filius convitietur, cùm his, quæ bona eſſe videntur, filium non impertit. et Polynicen atque Eteoclem hoſtili animo hoc inter ſe diſſidere fecit, quod tyrannidem bonum eſſe putarent. propter hoc agricola Deos execratur, propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter hoc qui uxores et liberos amiſerunt. ubi enim utilitas, ibi et pietas. quamobrem qui id dat operam, ut ſic et appetat et averſetur, quemadmodum decet; is eâdem operâ

Κεφ. λβ'. τῷ αὐτῷ καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. σπένδειν δὲ καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστοις προσήκει, καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

ΚΕΦ. λβ'.

Ὅταν μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο ὅτι μέν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας, ἀλλὰ ἧκεις ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος. ὁποῖον δέ τί ἐστιν, ἐλήλυθας εἰδώς, εἴ περ εἶ φιλόσοφος. εἰ γὰρ ἔστι τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. μὴ φέρε οὖν προὸς τὸν μάντιν ὄρεξιν, ἢ ἔκκλισιν· εἰ δὲ μή, τρέμων αὐτὸν προσει. ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδέν προὸς σε, ὁποῖον

et pietati dat operam. libare autem, et ſacrificare et primitias offerre, ſecundum patrios ritus, omnibus convenit, purè et non ſordidè, nec negligenter, nec parcè, nec ſupra facultates.

CAP. XXXII.

CUM ad vatem accedis, memento ignorare te, quem eventum res habitura ſit; venire autem, ut ex vate hoc audias. quale verò id eſſet, utique, cum venires, ſciebas, ſiquidem philoſophus fueris. ſi enim aliquid ex iis ſit, quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt, neceſſe omnino eſt neque bonum id eſſe neque malum. ad vatem igitur appetitionem aut averſationem ne adferas; alioqui tremens eum accedes: ſed

ὁποῖον δ' ἂν ᾖ. ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς, καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει. θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς Θεούς. καὶ λοιπὸν, ὅταν τί συμβουλευθῇς, μέμνησο τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει, καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' ἔνι λόγος, καὶ Κεφ. λβ'.

sed cùm certò nôris, quicquid eventurum indifferens esse, et nihil ad te attinere; eo enim bene uti licebit, neque hoc quisquam prohibebit; idcirco confidens ad Deos, tanquam consiliarios, adi. cæterùm ubi aliquid consultum fuerit, memento quos consiliarios adsumseris, et quibus inobediens futurus sis, si non parueris. sic autem vatem consulturus accedito, quemadmodum voluit Socrates; iis scilicet de rebus, quarum tota consideratio ad eventum refertur, et in quibus nec ex ratione, nec ex arte suppetunt occasiones, ad id quod propositum est considerandum. quare, quando unà cum amico, aut patriâ, periculum subeundum, vates non est consulendus, num periculum unà subeundum. nam si tibi vates dixerit, infausta fuisse sacra, constat aut mortem significari, aut membri alicujus truncationem, aut exilium. sed tamen ratio eligit, etiamsi et hæc eventura

Κεφ. λγ'. καὶ σὺν τούτοις παρίσταται τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει προσέχε, τῷ Πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ, τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

ΚΕΦ. λγ'.

ΤΑΞΟΝ τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξῃς ἐπί τε σεαυτοῦ ὢν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε καιροῦ παρακαλοῦντος ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν, ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων, μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων ἢ πομάτων τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων.

sint, amico opitulari, et cum patriâ discrimen adire. quamobrem majori attendito vati, Pythio, qui eum è templo ejecit, qui amico, cùm interficeretur, opem non tulerat.

CAP. XXXIII.

PRÆSCRIBE jam tibi figuram aliquam, et formam, quam et ipse tecum solus, et in congressibus hominum observes.

Et quidem silentium tene plurimùm; aut necessaria loquere, et paucis. rarò autem, occasione quandoque advocante, ad dicendum aliquid veniemus; sed non de quibusvis rebus, non de gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de athletis, non de cibis aut potionibus; quæ vulgò in sermonem

μένων. μάλιστα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων ψέγοντες, Κεφ. λγ'.
ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες. Ἂν μὲν οὖν οἷός τε ᾖς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ πρέπον· εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθεὶς τύχοις, σιώπα.

Γέλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων.

Ἑστιάσεις τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς, διακρούου. ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντεταάσθω σοι ἡ προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑπορρυῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συνανατριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

Τὰ περὶ τὸ σῶμα, μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς παραλάμβανε·

sermonem veniunt: maximè autem nihil de hominibus vituperemus aut laudemus, aut inter se comparemus. Si igitur possis, familiarium tuorum sermones tuis sermonibus eo, quo decet, traducito. quod si ab extraneis circumventus fueris, taceto.

Risus nec sit multus, nec ob multa, nec effusus.

Jusjurandum recusa, si fieri potest, omnino: sin minus, quantum res ferant.

Convivia extranea et vulgaria respue. quod si quando tempus incidat, attentio tibi excitetur, ne in vulgarem statum prolabaris. scias enim, si socius pollutus fuerit, etiam conversantem cum eo pollui necesse esse, quamvis hic purus fuerit.

Ea quæ ad corpus attinent, ad nudum usum adsume: ut,

Κεφ. λγ'. ραλάμβανε· οἷον τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

Περὶ ἀφροδίσια, εἰς δύναμιν, πρὸ γάμου καθαρευτέον· ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νόμιμόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτῷ οὐ χρῇ, παράφερε.

Ἐάν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακὰ, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

Εἰς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παριέναι, οὐκ ἀναγκαῖον· εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ· τοῦτ' ἔστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾷν μόνον τὸν νικῶντα, οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν

ut, cibos, potum, veſtitum, domum, familiam. id autem omne, quod ad oſtentationem aut delicias pertinet, circumſcribe.

A re venerea, quantum fieri poteſt, ante nuptias purus eſto: ſin attigeris, eâ legitimè utendum. ne tamen iniquus ſis iis, qui illâ utuntur, neque eos redarguas: nec paſſim jactes, te eâ non uti.

Si quis tibi nunciet, Hic tibi maledicit; ne refuta quæ dicta ſunt, ſed reſponde, Ignorabat enim cætera quæ mihi adſunt vitia, alioqui non ſola hæc dixiſſet.

In theatra ſæpe prodire, non neceſſe eſt. quod ſi quando incidat tempus, nulli favere videaris præterquam tibi ipſi; hoc eſt, velis fieri ſola ea quæ fiunt, et vincere ſolum qui vincit. ſic enim non impedieris. adclamatione autem et riſu

λεῖν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικωλύεσθαι, παντελῶς ἀπέ- Κεφ. λγ΄.
χου. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγου, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου, ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν.

Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἴηε, μηδὲ ῥαδίως πάρειθι. σπουδὴν δὲ, τὸ σεμνὸν, καὶ εὐσταθὲς, καὶ ἅμα ἀπερίσπαστον φύλασσε.

Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων· καὶ οὐκ ἀπορήσεις, τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

Ὅταν φοιτᾷς πρός τινας τῶν μέγα δυναμένων, πρόβαλε, ὅτι οὐκ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀποκλεισθήσῃ, ὅτι οὐκ ἀνοιχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι

οὐ

ſu ſuper aliquâ re, aut diuturniore commotione, penitus abſtineto. et poſtquam diſceſſiſti, multa de iis quæ facta ſunt ne differas, quæ ad tui correctionem non conducunt. ex eo enim adparet, admirationi tibi fuiſſe ſpectaculum.

Ad recitationes aliquorum ne accede, nec facilè prodi. quod ſi prodeas, gravitatem ac conſtantiam ſerva; ac ſimul vide, ne cui ſis moleſtus.

Conventurus aliquem, eorum maximè qui eminere videntur, ipſe tibi proponito, quid in hoc feciſſet Socrates, aut Zeno: nec incertus hærebis, quomodo convenienter eo quod inciderit utaris.

Cum aliquem magnatum adieris, propone tibi, fieri poſſe ut intus eum non invenias, ut excludaris, ut fores tibi non aperiantur, ut nullam tui rationem habeat. quod ſi cum

his

Κεφ. λγ'. οὐ φροντιεῖ σου. κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσούτου. ἰδιωτικὸν γάρ, καὶ διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός.

Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω, τὸ τινὰ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σοι συμβεβηκότων ἀκούειν. Ἀπέστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν· ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρός σε τῶν πλησίον ἀνιέναι. Ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ἐπίπληξον τῷ προελθόντι· εἰ δὲ μή, τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ. ΚΕΦ.

his venire tui ſit officii, fer ea quæ fiunt, neque ipſe unquam tecum dicas, non fuiſſe tanti. hoc quippe plebeium eſt, et hominis ad externa abjecti.

In congreſſibus abſit, ut quædam tuorum operum aut periculorum frequenter et immodicè memineris. non enim, quemadmodum tibi periculorum tuorum meminiſſe jucundum eſt; ita et aliis jucundum eſt, ea quæ tibi acciderint audire. Abſit illud etiam, ut riſum moveas. lubricus enim modus eſt, quo in plebeiam conſuetudinem labaris, et ſimul poteſt proximorum erga te verecundiam remittere. Periculoſum quoque eſt, ad ſermonis obſcœnitatem progredi. cum igitur hujuſmodi aliquid acciderit, ſi quidem tempeſtivum ſit, increpa eum qui in obſcœnitatem progreſſus eſt: quod ſi non poſſis, at conticendo, et erubeſcendo, et ſupercilium contrahendo, manifeſtum ſit, te ſermonem iſtum moleſtè ferre. CAP.

ΚΕΦ. λδ'. Κεφλδ'.

ΕΑΝ ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, φύλαττε σαυτὸν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς· ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτοῦ λάβε. ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὃν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσεις. καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως ἀποσχόμενος χαιρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς σεαυτόν. ἂν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πράσσειν μή σε ἡττήσῃ τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδύ, καὶ ἐπαγωγόν· ἀλλ' ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι σαυτῷ ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι.

ΚΕΦ.

CAP. XXXIV.

SI voluptatis alicujus imaginem animo concipias, ſerva te-ipſum, ne ab ipsâ unà abripiaris: ſed expectet te res iſta, et moram aliquam à te cape. deinde utriuſque temporis memento, tum illius quo voluptate fruêris, tum alterius, quo poſtquam fructus es, pœnitentiâ deinde ducêris, et ipſe-te increpabis, atque his oppone, quomodo, ſi abſtinueris, gaviſurus ſis, et ipſe te laudaturus. ſi verò tempus tibi viſum fuerit opus adgrediendi, vide ne te vincant ejus blanditiæ, et ſuavitates, et illecebræ. ſed oppone, quanto ſatius ſit conſcire tibi hanc victoriam adepto.

Κεφ. λε'.

ΚΕΦ. λε'.

Ὅταν τι, διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτό, κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεύγε· εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

ΚΕΦ. λϛ'.

ΚΑθάπερ ἀγαθὸς πωλοδάμνης, οὐ τῶν πώλων τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τρέφει, τοὺς δὲ δυσκίους λιμώττειν ἐᾷ· ἀλλὰ τρέφει μὲν ἐπίσης ἄμφω, κολάζει δὲ μᾶλλον θάτερον, ἐξισοῦν θατέρῳ βιαζόμενος μέρει. οὕτω καὶ κηδεμονικὸς ἀνὴρ καὶ πολιτικῆς

disciplinâ civium et remp. gerentium animos exornato, quippe virorum sententiis, non vero lapidibus et lignis urbes exornantur.

QUemadmodum leones nutriturus, non de cavearum magnificentiâ curam susciperes, sed de actione animalium: ita si civibus præesse coneris, ne tantum ædificiorum magnificentiam cures, quantum inhabitantium fortitudinem.

VEluti bonus equorum domitor, non bonos pullos alit, feroces autem famelicos relinquit; sed ambos ex æquo nutrit, magis verò alterum castigat, et meliori similem fieri cogit: sic etiam vir providus, et civilis facultatis peritus,

λιτικῆς ἐπιστήμων δυνάμεως τῶν πολιτῶν τοὺς μὲν εὐγνώμονας ποιεῖν ἐπιχειρεῖ· τοὺς δὲ ἔμπαλιν, οὐ καθάπαξ διαφθείρεσθαι· ἀλλὰ τροφῆς μὲν ἀμφοῖν ἥκιστα φθονεῖ, παιδεύει δὲ, καὶ σφοδρότερον ἐπισπέρχει τὸν ἀντιβαίνοντα τῷ λόγῳ καὶ τῷ νόμῳ.

ΚΑθάπερ οὔτε κλαγγὴ χὴν, οὔτε βληχὴ καταπλήσσεται πρόβατον· οὕτως οὐδὲ πλήθους ἀνοήτου σε δεδιττέσθω φωνή.

Ὡσπερ πλῆθος αἰτοῦν τί σε τῶν ἰδίων οὐ δυσωπεῖ· οὕτω μηδὲ ὄχλον ἀδίκως σε δυσωποῦντα διατραπῇς.

Ὅπερ ἐπιβάλλει τῇ πόλει, τοῦτο εἴσφερε φθάνων· καὶ οὐδέποτε αἰτηθήσῃ τὰ μὴ ἐπιβάλλοντα.

Ωσχερ

tus, civibus probis bene facere, malos verò non continuò perdere conatur: ſed alimentum quidem utriſque minime invidet; inſtituit autem et urget vehementiùs illum qui rationi et legi obſtiterit.

UT nec anſer clangore, nec ovis balatu terretur: ita neque te ſtolidæ multitudinis vox terrefaciat.

SIcut vulgus abſque judicio rerum tuarum aliquid petens, te non exorat: ita neque populo injuſtè aliquid à te expetente, commovearis.

QUod urbi debetur, hoc vel antequam exigatur, pende: et nunquam à te petetur, quod ad ipſam non pertinet.

UTI

Ὥσπερ ὁ ἥλιος οὐ περιμένει λιτὰς καὶ γοητείας, ἵνα ἀνατείλῃ· ἀλλ' εὐθὺς λάμπει, καὶ πρὸς ἅπαντων ἀσπάζεται· οὕτω μηδὲ σὺ περίμενε κρότους καὶ ψόφους καὶ ἐπαίνους, ἵν' εὖ ποιήσῃς, ἀλλ' ἐκοντὶς εὐεργέτει, καὶ ἴσα τῷ ἡλίῳ φιλη-θήσῃ.

Οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.

Καὶ τοῖς σκέλεσι καὶ ταῖς ἐλπίσι τὰ δυνατὰ οὐ δεῖ διαβαίνειν.

Θαλῆς ἐρωτηθεὶς τί κοινότατον· ἀπεκρίθη, ἐλπίς· καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηδέν, αὐτὴ παρέστη.

Ψυχήν

UTI ſol non expectat preces ac blandimenta, ut oriatur; ſed illico ſplendet, et ab omnibus ſalutatur: ſic neque tu plauſus expecta et ſtrepitus ac laudes, ut beneſacias; ſed ſponte tuâ confer beneficia, et æque ac ſol amaberis.

NEque navi ex unâ anchorâ, neque vitæ ex unâ ſpe ſtatio promittenda.

ET crura et ſpes ad ea extendere oportet, quæ tranſire poſſis.

THales interrogatus, quid maxime commune eſſet: Spes; reſpondit: Hanc enim etiam illi habent, qui aliud nihil.

ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι· τοῦ γὰρ ζῆν κακῶς, τὸ τεθνάναι κρεῖσσον.

Πύρρων ἔλεγεν μηδὲν διαφέρειν ζῆν ἢ τεθνάναι. καί τις ἔφη πρὸς αὐτόν· τί οὖν σὺ οὐκ ἀποθνήσκεις; ὁ δὲ, ὅτι, εἶπεν, οὐδὲν διαφέρει.

Θαυμαστὴ ἡ φύσις, καὶ ὡς φησι Ξενοφῶν, φιλόζωος. τὸ γοῦν σῶμα, τὸ πάντων ἀηδέστατον καὶ ῥυπαρώτατον, στέργομεν καὶ θεραπεύομεν. εἰ γὰρ ἔδει πέντε μόνας ἡμέρας θεραπεῦσαι τὸ τοῦ γείτονος σῶμα, οὐκ ἂν ὑπεμείναμεν. ὅρα γὰρ οἷόν ἐστιν, ἕωθεν ἀναστάντα, τρίβειν τοὺς ὀδόντας τοὺς ἀλλοτρίους, καί τι τῶν ἀναγκαίων ποιήσαντα, ἀπονίζειν ἐκεῖνα τὰ μέρη. τῷ ὄντι θαυμαστόν ἐστι, φιλεῖν πρᾶγμα, ᾧ τοσαῦτα λειτουργοῦμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. νάττω τουτο-

νὶ

MAgis neceſſarium eſt mederi animæ quam corpori; mori quippe præſtat, quàm malè vivere.

PYrrho aiebat, nihil intereſſe inter vitam ac mortem: et cum quidam ad eum diceret, Cur igitur tu non moreris? Quia, reſpondit, nihil intereſt.

MIrabilis eſt natura, et ut Xenophon ait, vitæ cupida. corpus igitur iſtud omnium injucundiſſimum et ſordidiſſimum amamus et colimus. ſi enim quinque ſolùm dies vicini corpus curandum eſſet, id non ſuſtineremus. vide enim, cujuſmodi negotium ſit; diluculo ſurgentem, alienos dentes fricare; et poſt opus aliquod neceſſarium, partes illas abluere. revera mirum eſt, amari rem, cui tot indies

mini-

νὴ τὸ Δύλακον· εἶτα κενῶ· τί τούτου βαρύτερον; ἀλλὰ Θεῷ δεῖ με ὑπηρετεῖν. διὰ τοῦτο μένω, καὶ ἀνέχομαι λούων τὸ δύστηνον τοῦτο σωμάτιον, χορτάζων, σκέπων. ὅτε δὲ νεώτερος ἦν, καὶ ἄλλό τι προσέταττέ μοι, καὶ ἠνειχόμην αὐτοῦ. διατί οὖν οὐκ ἀνέχεσθε, ὅταν ἡ δοῦσα ἡμῖν φύσις τὸ σῶμα ἀφαιρῆται; Φιλῶ, φησιν, αὐτό. Οὐκοῦν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, καὶ αὐτὸ τὸ φιλεῖν ἡ φύσις σοι δέδωκεν· ἡ δ' αὐτὴ λέγει, Ἄφες αὐτὸ ἤδη, καὶ μηκέτι πρᾶγμα ἔχε.

ΕΑΝ νέος τελευτᾷ τὸν βίον, ἐγκαλεῖ τοῖς Θεοῖς, ὅτι δέον αὐτὸν ἤδη ἀναπεπαῦσθαι, πρᾶγμα ἔχει. καὶ οὐδὲν ὅταν προσίῃ ὁ θάνατος, ζῆν βούλεται, καὶ πέμπει παρὰ τὸν ἰατρόν· καὶ δεῖται αὐτοῦ μηδὲν ἀπολιπεῖν προθυμίας καὶ ἐπιμελείας.

miniſteria exhibemus. hanc peram ſarcio, et rurſus evacuo: quid hoc moleſtius? ſed Deo me inſervire oportet; ideoque maneo, et ſuſtineo miſerum hoc corpuſculum lavare, paſcere, tegere. cum verò junior eſſem, etiam aliud quidpiam mihi imperabat, quod tamen ipſum ſuſtinebam. quare igitur non ſuſtinetis, cum natura corpus, quod nobis dederat, auſert? Amo, inquit, ipſum. Quare etiam, quod nunc dicebam, ipſum amorem tibi natura dedit. ſed eadem dicit, Dimitte jam iſtud, nec amplius occupator.

SI quis ſenex non moriatur, Deos incuſat, quod negotium ei faceſſant, hoc tempore, quo ipſum jam quieſcere conveniret. et nihilominus cum mors acceſſerit, vitam deſiderat, medicum accerſit, et orat nequid in meden-

λείας. Θαυμαστοὶ, ἔφη, ἄνθρωποι μήτε ζῆν θέλοντες μήτε ἀποθνήσκειν.

ΤΟΥ̃ πλείονος βίου, φαυλοτέρου δὲ, τὸν ἐλάσσω ἀμείνονα ὄντα, παντὶ πάντως προαιρετέον.

ΠΑῖδας μὲν ὄντας ἡμᾶς οἱ γονεῖς παιδαγωγῷ̃ παρέδοσαν, ἐπιβλέποντι πανταχοῦ πρὸς τὸ μὴ βλάπτεσθαι· ἄνδρας δὲ γενομένους ὁ Θεὸς παραδίδωσι τῇ ἐμφύτῳ συνειδήσει φυλάττειν. ταύτης οὖν τῆς φυλακῆς μηδαμῶς καταφρονητέον. ἐπεὶ καὶ τῷ Θεῷ̃ ἀπάρεστον, καὶ τῷ ἰδίῳ συνειδότι ἐχθροὶ ἐσόμεθα.

ΠΛούτῳ μὲν δὴ χρηστέον ὡς ὕλῃ τινος, οὐκ ἐπὶ παντὸς ὁμοίως.

Ἀρε-

do promptitudinis ac diligentiæ prætermittat. O mirabiles homines, dixit, qui nec vivere neque mori volunt.

LOngiori vitæ, sed pejori, breviorem cum melior fuerit, quisque præferre omnino debet.

PArentes pueros nos pædagogo tradiderant, qui ubique observaret, ne quid læderemur: Deus autem jam viros insitæ scientiæ custodiendos tradit. hæc igitur custodia nequaquam contemnenda est: quoniam et Deo hoc displiceret, et conscientiæ propriæ hostes essemus.

DIvitiis utendum est tanquam alicujus materiâ, non ubique similiter.

Vir-

Ἀρετὴν οὖν πᾶσι μᾶλλον εὐκτέον, ἢ πλοῦτον ἀνοήτοις σφαλερόν. ὑπὸ γὰρ χρημάτων αὔξεται κακία. καὶ ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει, τὸ λυσσῶδες αὐτοῦ τῶν ἡδονῶν ἐκπληροῦν ἔχων.

Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδὲ ὑπονοοῦ ποιεῖν.

Βουλεύου πολλὰ πρὸ τοῦ λέγειν τι ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἔξεις ἄδειαν ἀνακαλέσασθαι τὰ λεχθέντα ἢ πραχθέντα.

Ἀσφαλὴς πᾶς τόπος τῷ ζῶντι μετὰ δικαιοσύνης.

Oi

VIrtus igitur omnibus optanda potius, quàm divitiæ, quæ ſtolidis ſunt periculoſæ. vitium quippe pecuniis augetur. et quo quis ſtultior fuerit, eo luxurioſior; quod, quo voluptatum ſuarum rabiem explere poſſit, habeat.

QUÆ facere non oportet, ea ne cogitato quidem facere.

MUltum deliberato priuſquam quid dicas aut agas; non enim integrum erit dicta vel facta revocare.

OMnis locus homini cum juſtitiâ viventi tutûs eſt.

Corvi

Οἱ μὲν κόρακες τῶν τετελευτηκότων τοὺς ὀφθαλμοὺς λυμαίνονται, ὅταν οὐδὲν αὐτῶν ἐστι χρεία· οἱ δὲ κόλακες τῶν ζώντων τὰς ψυχὰς διαφθείρουσι, καὶ ταύτης ὄμματα τυφλώττουσιν.

Πληκτικοῦ ὀργὴν, καὶ κόλακος ἀπειλὴν ἐν ἴσῳ θετέον.

Ἀποδέχου τοὺς τὰ χρηστὰ συμβουλεύειν ἐθέλοντας, ἀλλὰ μὴ τοὺς κολακεύειν ἑκάστοτε σπεύδοντας· οἱ μὲν γὰρ τὸ συμφέρον ἐν ἀληθείᾳ ὁρῶσιν, οἱ δὲ πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς κρατοῦσιν ἀφορῶσι, καὶ τῶν σωμάτων τὰς σκιὰς μιμούμενοι, τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις συννεύουσι.

TO'N

COrvi mortuorum oculos corrumpunt, quum jam eorum nullus eſt uſus: at adulatores vivorum animos perdunt, et animæ oculos excæcant.

SImii iram, et minas adulatoris, eodem loco ponas.

SUſcipe illos, qui utilia conſulere volunt; non autem eos qui ubique adulari ſtudent: illi enim, quod utile, revera vident; hi verò ad ea, quæ potentibus placent, reſpiciunt, corporumque umbras imitantes, omnibus illorum dictis adſentiuntur.

Monitor

Τὸν νουθετοῦντα δεῖ πρῶτον τῆς τῶν νουθετουμένων αἰδοῦς τε καὶ φήμης ἐπιμελεῖσθαι. οἱ γὰρ ἀπερυθριάσαντες ἀδιόρθωτοι.

Κρεῖττον τὸ νουθετεῖν τοῦ ὀνειδίζειν· τὸ μὲν γὰρ ἥπιόν τε καὶ φίλον, τὸ δὲ σκληρόν τε καὶ ὑβριστικόν· καὶ τὸ μὲν, διορθοῖ τοὺς ἁμαρτάνοντας· τὸ δὲ, μόνον ἐξελέγχει.

Ξένοις μεταδίδου, καὶ τοῖς δεομένοις ἐκ τῶν ἐνόντων· ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένοις, οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος.

Πειρατῇ τινι ἐμπεσόντι εἰς τὴν γῆν, καὶ διαφθειρομένῳ χειμῶνος, περιβόλαιόν τις ἄρας δέδωκε, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγαγὼν τὰ ἔξῆς πάντα παρ-

MOnitor illud in primis curare debet, ut eorum, qui monendi sunt, pudori et famæ consulat, qui enim pudore non afficiuntur, corrigi nequeunt.

MElius est monere quàm convitium facere; illud enim lenitatis et amicitiæ plenum, hoc verò acerbum et contumeliosum: illud item peccantes corrigit, hoc verò solum redarguit.

PEregrinis impertire et egentibus, quantum facultates sinant: qui enim egentibus non impertierit, nec ipse quidem accipiet, cum eguerit.

CUM piratæ cuidam in terram appulso, et tempestate afflictato, vestitum quispiam attulisset, et in domum adducto

παρέσχεν· ὀνειδισθεὶς δὲ ὑπό τινος ὅτι τοὺς πονηροὺς εὐεργετεῖ· οὐ τὸν ἄνθρωπον, ἔφη, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον τετίμηκα.

ΗΔονὴν οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τὸ καλὸν αἱρεῖσθαι δεῖ.

ΦΡονίμου μέν ἐστιν, ἀντιτάσσειν ταῖς ἡδοναῖς, ἄφρονος δὲ δουλεύειν.

ΠΆσης ὄντως κακίας οἷον δελεαὲρ ἡδονὴ προβληθεῖσα, εὐκόλως τὰς λιχνοτέρας ψυχὰς ἐπὶ τὸ ἄγκιστρον τῆς ἀπωλείας ἐφέλκεται.

ΑΙροῦ πρότερον τὰς ἐπιθυμίας κολάζειν, ἢ διὰ τὰς ἐπιθυμίας κολάζεσθαι.

Οὐδεὶς

ducto deinceps omnia neceſſaria præbuiſſet, à nonnullis vituperatus, quod ſceleratos beneficiis afficeret: Non Homini, inquit, ſed Humanitati hunc honorem habui.

VOluptas non quælibet, ſed quæ finem honeſtum proponat eligenda.

SApientis eſt voluptatibus obſiſtere; ſtulti autem ſervire.

VOluptas veluti quædam eſca ad omnem malitiam delicatioribus animis objecta, facile ad hamum perditionis eas allicit.

ELige potius caſtigare affectus, quàm propter ipſos caſtigari.

Liber

Οὐδεὶς ἐλεύθερος, ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.

Ἡ ἄμπελος τρεῖς βότρυας φέρει· τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς, τὸν δὲ δεύτερον μέθης, τὸν δὲ τρίτον ὕβρεως.

Ἐν οἴνῳ μὴ πολυλόγει, ἐπιδεικνύμενος παίδειαν· χολερὰ γὰρ ἀποφθέγξῃ.

Μέθυσός ἐστιν ὁ τριῶν πίνων πλέον· κἂν μὴ μεθύσῃ, ὑπερέβη τὸ μέτρον.

Ἀνανεούσθω ὁ περὶ Θεοῦ λόγος καθ' ἡμέραν, μᾶλλον ἢ τὰ σιτία.

Συν-

LIber non eſt, qui ſe ipſe non continet.

VItis tres producit uvas, primam voluptatis, alteram ebrietatis, tertiam contumeliæ.

INter pocula noli multum verborum fundere, eruditionis oſtentandæ causâ: bilis enim hunc habet loquendi locum.

EBrius eſt qui plus quam tria ebibit pocula; etſi non ebrius fiat, modum tamen tranſit.

SErmo de Deo quotidie magis renovetur, quàm ipſi cibi.

Συνεχέστερον νόει τὸν Θεὸν, ἢ ἀναπνεῖς.

Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ᾧ ἐργάζῃ κατὰ ψυχὴν ἢ σῶμα, Θεὸς ἐφέστηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς προσευχαῖς καὶ ταῖς πράξεσιν, οὐ μὴ ἁμάρτῃς· ἕξεις δὲ τὸν Θεὸν σύνοικον.

Ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν· οὕτως ἥδυ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων.

Νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων· οὐ δύναται δὲ, ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν. ἐν γὰρ τοῖς πειθομένοις ἐνδείκνυται τὴν ἰδίαν ἀρετήν.

Ὥσπερ

CRebrius Deum cogitato, quàm reſpirato.

SI perpetuo memineris Deum ſpectatorem tibi adeſſe, quicquid agas, ſive id ad animum ſive ad corpus pertineat, in omnibus tuis precationibus et actionibus non peccabis; et Deum cohabitatorem habebis.

UTI jucundum eſt è terrâ mare ſpectare: ſic à periculis liberato jucundum, meminiſſe laborum.

LEgis ſcopus eſt, bene mereri de vitâ hominum: non poteſt autem, cum ipſi malis affligi volunt. ſolis enim obedientibus virtutem ſuam oſtendit.

Uti

Ὥσπερ τοῖς νοσοῦσιν ἰατροὶ σωτῆρες, οὕτω καὶ τοῖς ἀδικουμένοις οἱ νόμοι.

Νόμοι ἀληθέστατοι οἱ δικαιότατοι.

Νόμῳ καὶ ἄρχοντι καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον.

Τὰ παρὰ νόμον γινόμενα, ἀντὶ μὴ γινομένων ἐστίν.

Ἐν εὐτυχίᾳ φίλον εὑρεῖν εὐπορώτατον· ἐν δὲ δυστυχίᾳ, πάντων ἀπορώτατον.

Τοὺς ἄφρονας ὁ χρόνος, τοὺς δὲ φρονίμους ὁ λόγος τῆς λύπης ἀπαλλάττει.

Eu-

UTI ægrotantibus ſervatores ſunt medici; ſic injuriam paſſis, leges.

LEges veriſſimæ ſunt, quæ juſtiſſimæ.

LEgi, et principi, et ſapientiori cedere, decorum eſt.

QUÆ præter legem fiunt, pro infectis habentur.

IN rebus ſecundis amicum nanſciſci facillimum eſt, in adverſis autem omnium difficillimum.

INſipientes tempus; ſapientes autem ratio mœrore liberat.

Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷς ἔχει.

Ἐπίκτητος ἐρωτηθείς, πῶς ἄν τις τὸν ἐχθρὸν λυπήσῃ· ἔφη, ἑαυτὸν παρασκευάζων βέλτιστα πράττειν.

Μηδεὶς φρονίμων τοῦ ἄρχειν ἀλλοτριούσθω. καὶ γὰρ ἀσεβὲς τὸ ἀποσπᾶν ἑαυτὸν τῆς τῶν δεομένων εὐχρηστίας, καὶ ἀγεννὲς τοῖς φίλοις παραχωρεῖν. ἀνόητον γὰρ τὸ αἱρεῖσθαι κακῶς ἄρχεσθαι μᾶλλον ἢ καλῶς ἄρχειν.

Οὐδὲν ἄλλο ἡγεμόνι πρέπει, ἢ τὸ μηδένα ὑπερηφανεῖν, μηδὲ ἀθρύνεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἴσου πάντων προϊστασθαι.

Ἐν

SApit qui non triſtatur ob ea quæ non habet; ſed gaudet iis quæ habet.

EPictetus interrogatus, quomodo quis hoſti dolorem excitare poſſit; Si quis, inquit, ſe ita comparet, ut quam optimè vivat.

NEmo prudens refugiat magiſtratu fungi: eſt enim impium, abſtrahere ſeſe à bono uſu eorum, quæ fieri oportet; et ignobile, improbis concedere. ſtultum enim eſt, velle potius gubernari, quàm bene gubernare.

NIhil aliud magis eum qui præeſt decet, quàm deſpicere neminem, nec inſoleſcere, ſed omnibus ex æquo præeſſe.

IN

Ἐν πενίᾳ μέν τις διετέλεσεν εὐδαίμων, ὡς ἥκιστα δὲ πλούτῳ καὶ ἀρχαῖς. τοσοῦτον ὑπεραίρει πενίας ἀγαθὸν, ὥστ' αἰσχροῦ πλούτου νόμιμος ἀνὴρ οὐδεὶς ἀλλάξαιτ' ἂν πενίαν· εἰ γε μὴ τῶν ποτε Ἀθηναίων ὁ πλουσιώτατος, ἀμείνων ἦν Ἀριστείδου καὶ Σωκράτους, Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους, ἐν πενίᾳ τῆς ἀρετῆς. ὁ δὲ πλοῦτος ἐκείνου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐξίτηλός τε καὶ ἀνώνυμος. φαύλῳ γὰρ ἅμα τῷ θανάτῳ πάντα συνοίχεται· τὸ δὲ καλὸν, αἰώνιον.

Ὅτι τοιαύτη ἡ τοῦ κόσμου φύσις καὶ ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· καὶ οὐχ οἷόν τε ἄλλως γίγνεσθαι τὰ γιγνόμενα, ἢ ὡς νῦν ἔχει· καὶ ὅτι ταύτης τῆς τροπῆς καὶ μεταβολῆς οὐ μόνον οἱ ἄνθρωποι μετειλήφασιν, καὶ τἄλλα ζῶα τὰ ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ

IN paupertate quiſpiam felix ætatem agit; rariſſime verò in divitiis et magiſtratibus. tantum excellit paupertatis bonum, ut nemo vir juſtus paupertatem cum turpibus divitiis commutatam velit: niſi forte olim Athenienſium ditiſſimus, Themiſtocles Neoclis filius, in egeſtate virtutis, melior fuit Ariſtide et Socrate. opulentia verò ejus et ipſa evanuit, et celebrari deſiit. improbo enim viro unà cum morte omnia aufugiunt, honeſtum autem eſt æternum.

TAlis natura mundi fuit, et eſt, et erit. nec aliter quæ fiunt, fieri poſſunt, quàm ut nunc ſe habent. et hujus converſionis, mutationiſque, non ſolùm homines, aliæque in terrâ animantes, ſed et ipſa divina participant. enimvero ipſa

ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα. καὶ νὴ Δία αὐτὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄνω καὶ κάτω τρέπεται καὶ μεταβάλλει, καὶ γῆ τε ὕδωρ γίνεται, καὶ ὕδωρ, ἀήρ· οὗτος δὲ πάλιν εἰς ἕτερα μεταβάλλει. καὶ ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς μεταβολῆς ἄνωθεν κάτω. ἐὰν πρὸς ταῦτά τις ἐπιχειρῇ τρέπειν τὸν νοῦν, καὶ πείθειν ἑαυτὸν ἑκόντα δέχεσθαι τὰ ἀναγκαῖα, πάνυ μετρίως καὶ μουσικῶς διαβιώσεται τὸν βίον.

Ὁ τοῖς παροῦσι καὶ δεδομένοις ὑπὸ τῆς τύχης δυσχεραίνων, ἰδιώτης ἐν βίῳ· ὁ δὲ ταῦτα γενναίως φέρων, καὶ εὐλογίστως τὰ ἀπ' αὐτῶν, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἄξιος νομίζεσθαι.

Πάντα ὑπακούει τῷ κόσμῳ καὶ ὑπηρετεῖ, γῆ καὶ θάλασσα καὶ ἥλιος καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα.

sa quatuor elementa ſurſum ac deorſum aguntur, et commutantur, et terra in aquam mutatur, aqua in aerem, hic autem rurſus vertitur in alia. atque idem mutationis modus ſuperne fit deorſum. ſi quis ad iſta animum adpellere conetur, ac ſibi perſuadere, ut, quæ neceſſaria ſunt, ſponte ſuſcipiat, prorſus moderate concinneque hic vitam tranſiget.

RUdis et imperitus ille eſt in vitâ, qui res præſentes, et à fortunâ datas indignanter fert: qui verò eaſdem generoſe fert, et bonâ cum ratione iis, quæ ab ipſa dantur, utitur, vir bonus haberi meretur.

OMnia obediunt mundo et inſerviunt; terra et mare et ſol et reliqua ſidera et terræ ſtirpes et animalia: ſed et

τρα καὶ τὰ γῆς φυτὰ καὶ ζῶα· ὑπακούει δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα καὶ νοσοῦν καὶ ὑγιαῖνον, ὅταν ἐκεῖνος θέλῃ, καὶ νεάζον καὶ γηρῶν, καὶ τὰς ἄλλας διερχόμενον μεταβολάς. οὐκοῦν ἔυλογον, καὶ ὃ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τουτέστι, τὴν κρίσιν, μὴ ἀντιτείνειν μόνην πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ ἰσχυρός ἐστι καὶ κρείσσων, καὶ ἄμεινον ὑπὲρ ἡμῶν βεβούλευται μετὰ τῶν ὅλων, καὶ ἡμᾶς συνδιοικῶν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἡ ἀντίπραξις μετὰ τοῦ ἀλόγου, καὶ πλέον οὐδὲν ποιοῦσα, πλὴν τὸ διακενῆς σπᾶσθαι, καὶ περιπίπτειν ὀδύναις καὶ λύπαις ποιεῖ.

Quæ

et noſtrum corpus ei obedit, et ægrotum et ſanum, cum ille voluerit, juvenile item et ſenile, aliaſque mutationes tranſiens. quamobrem rationi conſentaneum, ut id quoque quod in noſtrâ eſt poteſtate, hoc eſt, judicium, non ſolum ei refragetur. etenim validus eſt, et præſtantior, et melius nobis conſulit, cum univerſitate rerum nos quoque ſimul gubernans. ad hæc repugnatio quæ abſque ratione fit, præterquam quod nihil aliud efficit, quàm ut in vanum torqueamur, in dolores etiam et mœrores incidere facit.

Mens

Quæ ſequuntur, partim Epicteto, partim aliis attribuuntur.

Αὐτάρκεια, καθάπερ ὁδὸς βραχεῖα καὶ ἐπιτερπὴς, χάριν μὲν ἔχει μεγάλην, πόνον δὲ μικρόν.

Ὄχυρωσον σαυτὸν τῇ αὐταρκείᾳ· τοῦτο γὰρ δυσάλωτόν ἐστι χωρίον.

Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω. μηδὲ φιλίας ἐκλογὴ ἔντος παθῶν διακειμένη, οἷς τὸ δίκαιον καὶ συγχέεται καὶ σκοτίζεται.

Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀΐδιον, παρέχει δὲ ἡμῖν οὐ κάλλος χρόνῳ μαραινόμενον,

MEns ſuâ ſorte contenta, ſicut via brevis et delectabilis, gratiam quidem habet magnam, laborem verò exiguum.

OBvalla teipſum virtute, quæ ſeipſa contenta eſt, hæc enim arx difficilis eſt expugnatu.

NIhil veritate pretioſius eſto: neque amicitiæ delectus affectibus obnoxius, qui quod juſtum eſt turbant et obumbrant.

IMmortalis et æterna res eſt veritas: non dat enim nobis pulchritudinem paulatim tabeſcentem, neque dicendi fiduciam

νον, οὔτε παῤῥησίαν ἀφαιρεῖ τὴν ὑπὸ δίκης· ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα, διακρίνουσα ἀπ' αὐτῶν τὰ ἄδικα καὶ ἀπελέγχουσα.

Οὔτε μάχαιραν ἀμβλείαν, οὔτε παῤῥησίαν ἄτακτον ἔχειν δεῖ.

Γλῶσσαν μίαν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις δέδωκε, δύο δὲ ὦτα· ἵνα δίπλασίονα ὧν λέγομεν παρ' ἑτέρων ἀκούωμεν.

Οὐδὲν ὄντως ἡδὺ ἢ ἀηδὲς τῇ φύσει ὑφέστηκεν· πάντα δὲ τῇ συνηθείᾳ γίνεται.

Βίον αἱροῦ τὸν ἄριστον· τοῦτον γὰρ ἡδὺν ἡ συνήθεια ποιήσει.

Τοὺς

fiduciam è juſtitia prodeuntem aufert: ſed, quæ juſta et legitima ſunt, exhibet, diſcernens ab eis injuſta et redarguens.

NEque gladio obtuſo, neque immoderata libertate uti decet.

LInguam unam hominibus natura dedit, et aures duas, ut duplum eorum quæ dicimus, ab aliis audiamus.

NIhil revera dulce aut injucundum naturâ: ſed omnia conſuetudine fiunt.

VItam elige optimam: hanc enim jucundam conſuetudo efficiet.

Τοὺς υἱοὺς σπουδάζε πεπαιδευμένους μᾶλλον ἢ πλουσίους καταλιπεῖν· κρείττους γάρ εἰσιν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ἢ ὁ τῶν ἀμαθῶν πλοῦτος.

Θυγάτηρ ἀλλότριον κτῆμα ὑπάρχει τῷ πατρί.

Ὁ αὐτὸς τοῖς παισὶ συνεβούλευσεν, αἰδῶ δεῖ καταλιπεῖν ἢ χρυσόν.

Πατρὸς ὄβρις, ἁδὺ φάρμακον· πλέον γὰρ ἔχει τὸ ὠφελοῦν τοῦ δάκνοντος.

Γαμβροῦ ὁ μὲν ἐπιτυχὼν εὗρεν υἱόν· ὁ δὲ ἀποτυχὼν, ἀπώλεσε καὶ θυγατέρα.

ΤΗΣ

CUra ut filios tuos eruditos magis quàm opulentos relinquas: præstant enim eruditorum expectationes, quàm indoctorum opes.

FIlia aliena quædam possessio est patri.

IDem liberis pudorem magis quàm aurum relinquendum esse consulebat.

PAtris convitium, suave est remedium: plus enim juvat quàm mordet.

GEnerum nactus, filium invenit; nactus autem malum generum, filiam etiam perdidit.

Erudi-

ΤΗΣ παιδείας, ὥσπερ χρυσοῦ, τὸ καλὸν ἐν παντὶ τόπῳ τίμιον.

ΣΟφίαν ἀσκῶν, ἐπιστήμην τὴν περὶ θεοῦ ἀσκεῖ.

ΟΥδὲν ἐν ζώοις κάλλιστόν ἐστιν, εἰς ἄνθρωπος παιδείᾳ κεκοσμημένος.

ΦΕύγειν δεῖ κακῶν φιλίαν καὶ ἀγαθῶν ἔχθραν.

ΗΤῶν περιστάσεων ἀνάγκη, τοὺς μὲν φίλους δοκιμάζει, τοὺς δὲ ἐχθροὺς ἐλέγχει.

ΠΑρόντας μὲν τοὺς φίλους δεῖ εὖ ποιεῖν, ἀπόντας δὲ εὐλογεῖν.

ΑΠ

ERuditionis, ſicut auri, magna ubique æſtimatio.

SApientiam exercens, ſcientiam de rebus divinis exercet.

NUllum eſt animal homine ornato eruditione pulchrius.

MAlorum amicitia, et bonorum inimicitia fugienda.

CAlamitates amicos probant et inimicos arguunt.

PRæſentibus amicis benefaciendum, de abſentibus bene loquendum.

Ἀπ' οὐδενὸς φιλεῖσθαι θέλειτω τις μηδένα φιλῶν.

Καὶ ἰατρὸν καὶ φίλον, οὐ τὸν ἡδίω, ἀλλὰ τὸν ὠφελιμώτατον ἐκλέγεσθαι χρή.

Εἰ βούλει ἄλυπον βίον ζῆν, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν, ὡς ἤδη συμβεβηκότα, λογίζου.

Ἄλυπος ἴσθι μὴ τὴν ἀπάθειαν ὡς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· μηδὲ τὴν ἀλογίαν ὡς οἱ ἄφρονες· ἀλλ' ὡς ἐνάρετος τὸν λόγον τῆς λύπης ἔχων παραμύθιον.

Ὅσαι τινες πρὸς τὰς συμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι τῶν πόλεων καὶ ἰδιώτων κράτιστοί εἰσιν.

Oi

A nemine amari ſe cogitet, qui neminem amat.

ET medicus et amicus non jucundior, ſed utilior eligendus.

SI vis triſtitiâ vacare, quæ futura ſunt, ſic æſtima, veluti jam accidiſſent.

FAC dolore vaces, non ut omnino affectionibus careas, brutorum more; nec ut rationis expers, velut inſipientes: ſed tanquam virtutis cultor rationem pro doloris remedio habe.

QUI ob calamitates tum animo minime ſunt triſti, tum reipſa maxime reſiſtunt, ii et civitatum et privatorum præſtantiſſimi ſunt habendi.

Eruditi,

Οἱ πεπαιδευμένοι καθάπερ οἱ ἐκ παλαίστρας, κἂν πέσωσι, ταχέως καὶ ἐπιδεξίως ἐκ τῆς ἀτυχίας ἐξανίστανται.

Τὸν λογισμὸν, ὥσπερ ἰατρὸν ἀγαθὸν, ἐπικαλεῖσθαι δεῖ ἐν ἀτυχίᾳ βοηθόν.

Ἐκ τυχίας ὥσπερ μέθης ἄφρων ἐπὶ πλεῖον ἀπολαύσας, ἀνοητότερος γίνεται.

Τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνίστης ὁ φθόνος.

Ὁ μεμνημένος τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπ' οὐδενὶ τῶν συμβαινόντων δυσχεραίνει.

ΕΙΣ

ERuditi, quemadmodum qui luctâ valent, quanquam cadant, subito et dextre ex infortunio resurgunt.

RAtionis opem ceu boni medici in calamitate invocare oportet.

STultus bonæ fortunæ tanquam ebrietatis voluptate nimium fruens, stultior evadit.

FOrtunatorum antagonista est invidia.

QUI meminerit quid sit homo, nullam rem, quæcunque acciderit, ægre fert.

AD

ΕΙΣ μὲν τὸ εὐπλοῆσαι κυβερνήτου καὶ πνεύματος· εἰς δὲ τὸ εὐδαιμονῆσαι λογισμοῦ δεῖ καὶ τέχνης.

ΤΗΣ εὐτυχίας, ὥσπερ ὀπώρας, παρούσης ἀπολαύειν δεῖ.

Ἀλόγιστός ἐστιν ὁ ἐν τοῖς συμβαίνουσι κατὰ φυσικὴν ἀνάγκην ἀχθόμενος.

AD prosperè navigandum gubernatore opus est et aurâ, ad felicitatem verò ratione et arte.

PRosperitate, tanquam fructibus autumni, dum adest, frui debemus.

RAtione caret, qui quæ naturali necessitate accidunt, indignanter ferre solet.

TELOS.

ERRATA.

Pag.	Lin.	pro	leg.
3	14	ἀλλὰ	ἀλλ'
4	6	ἀλλὰ	ἀλλ'
7	5	Τἄυτα	ταῦτα

Hæc & si qua alia in punctulis forsan occurrant errata facillime lector corrigere potest.

30	1	παρατεταμένος	παρατεταγμένος
40	26	neutram	neutrum
44	9	τὰ	τὸ
66	14	ἐπεὶ δὴ	ἐπειδὴ
91	12	ἐξεργαρόμενος	ἐξεργαζόμενος
140	13	νῦν.	νῦν;
154	15	ἔπραξαν	ἔπραξα
237	18	post stridorem, adde	neque ob aliud
274	3	προστίθεσθε	προτίθεσθε
400	4	ἔπεις	ἔχεις
403	2	σικρῶς	σικχῶς
403	3	δυνάμεθα	δυνάμεθα
481	2	δυσυχής.	δυστυχής.
516	8	ἐτυχίας	ἐυτυχίας
541	29	nudas illas	nuda illa
597	3	ἐσπισεσυρμένον	ἐπισεσυρμένον
666	14	συστοφῆς	συστροφῆς
685	9	παραπίπτων	περιπίπτων

ERRATA.

Pag.	Lin.	pro	lege
3	18	[illegible]	[illegible]
4	6	[illegible]	[illegible]
7	5	Tabere	tabere

Hæc & si qua alia in punctulis forsan occurrant errata Lectiosus lector corrigere potest.

IN DISSERTATIONES EPICTETI AB ARRIANO COLLECTAS NOTÆ ET EMENDATIONES *JOANNIS UPTONI*;

CUM INTEGRIS

ANNOTATIONIBUS

Jacobi Schegkii, Hieronymi Wolfii,

Selectisque aliorum Virorum doctorum NOTIS.

IN DISSERTATIONES TRICETII

AURELIANO COLLECTAS

NOTÆ ET EMENDATIONES

TOMINIANÆ

CUM INTEGRIS

ANNOTATIONIBUS

NOTÆ IN EPISTOLAM ARRIANI AD L. GELLIUM.

Ἀρριανὸς Λυκίῳ Γελλίῳ εὖ πράττειν.] Plures paſſim ſub Gelliorum nomine occurrunt: ſed quiſnam fuerit hic Lucius Gellius, Arriani æqualis atque amicus, nihil pro comperto habeo. Quod attinet ad inſcriptionem hujus epiſtolæ, alia eſt ab eâ quæ in editis libris exhibetur; nam εὖ πράττειν repoſui pro χαίρειν, idque ex auctoritate noſtri codicis: (ſic deinceps vocabo editionem Ven. cum MSS collatam, quam mihi vir amiciſſimus dono dedit.) De inſcriptionibus autem εὖ πράττειν, χαίρειν, earumque diſcrimine, vide Diogenem Laert. in vitâ Platonis, L. III, 61. atque ibi Menagium.

L. 3. τῆ Ἐπικτήτου λόγες.] Malim τοὺς Ἐπικ. atque ita diligentius inſpiciens in noſtro codice inveni.

L. 8. ὑπομνήματα.] Sunt propriè ὑπομνήματα, quæ causâ memoriæ ſublevandæ ſcriptis demandantur. Strabo L. IV. p. 177. vocat Cæſaris *Commentarios* ὑπομνήματα. Hunc autem locum reſpexiſſe videtur M. Anton. L. I. ſ. 7. καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ΤΠΟΜΝΗΜΑΣΙΝ ἃν εἶχεθεν μετέδωκεν. *huic* [Ruſtico] *denique debeo quod Epicteti commentarios legerim, quorum is è domo ſuâ copiam mihi fecit.*

L. 10. ἐποῖα ἄν τις αὐτόθεν ὁρμηθεὶς εἴποι πρὸς ἕτερον.] Αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, id eſt, ἐκ τῦ παραχρῆμα, ex tempore, non ſuſceptâ cogitatione diligentiore, prout tempus tulit, atque occaſio ſe dedit. Significat ex tempore habitos fuiſſe hos ſermones, non de induſtriâ elucubratos. *Wolfius.*

Ibid. αὐτόθεν ὁρμηθείς.] Suo animi impulſu ductus: à ſeipſo ſcilicet, nec aliunde animi ſenſa petens. M. Anton. L. II. ſ. 10. ὃ δὲ ΑΥΤΟΘΕΝ πρὸς τὸ δέκνυσθαι ΩΡΜΗΤΑΙ. *is ſponte ſuâ ad ſe oſtendum ſtratur.* Nec aliter Thucydides L. II. ſ. 69. ſed in aliâ re. καὶ τὸ λοιπὸν τῶν Πελοποννησίων μὴ ἐῶσιν ΑΥΤΟΘΕΝ ΟΡΜΩΜΕΝΟΝ βλάπτειν τὸν πλῶν. *neque navigia infeſtari ſinerent à Peloponneſiis latronibus, qui ex ipsâ Peloponneſo veniebant.* Eandem locutionem reſtitue Hierocli p. 208. edit. Needh. οὐκ ἄρα πᾶσι δέκνυσιν, ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις τοῖς πρὸς ἀπόλυσιν τῶν κακῶν ΟΙΚΟΘΕΝ [lego ΑΥΤΟΘΕΝ] ΩΡΜΗΜΕΝΟΙΣ. *non igitur omnibus oſtendit, ſed iis tantum qui per ſe et ſponte ſuâ ad malorum liberationem feruntur.*

L. 12. Ἐπὶ τῷ ὕστερον ἐντυγχάνειν τινὰς αὐτοῖς.] *Ut poſt aliqui in eas orationes incidant:* hoc eſt, ut legantur ab aliis. *Wolfius.* Sic mox οἱ ἐντυγχάνοντες, *lectores.* apud Herodian: ἐντυγχάνειν ἐπιγράμμασι.

L. 14. ἐξέπεσεν εἰς ἀνθρώπους.] Plato. ἐυλαβοῦ μέντοι μήποτε ΕΚΠΕΣΗ ΕΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΤΣ ἀπαιδεύτους.

L. 16. ὐδ' ὀλίγος.] Verte, *ne parum quidem.*

P. 4. l. 2. ὅτι μὴ κινῆσαι τὰς γνώμας τῶν ἀκουόντων πρὸς τὰ βέλτιςα.] Simplic. in procem. Πολὺ δὲ τὸ δραςήριον καὶ ΚΙΝΗΤΙΚΟΝ ἔχυσιν οἱ λόγοι· ὡς τὰς μὴ πάνυ γεγυμνασμένας νύττεσθαι ἐξ αὐτῶν, καὶ συναισθάνεσθαι τῶν οἰκείων παθῶν, καὶ πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν ἐπιχειρεῖσθαι, τὰς μὲν μᾶλλον, τὰς δὲ ἧττον. καὶ εἴ τις ὑπὸ τύτων μὴ πάσχοι τῶν λόγων, ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδε διακεκριμένων

ρίων ὑπάρχουσιν. *Genus orationis eſt nervoſum & acre; ut qui omnino mortui non ſunt eo veluti ſtimulo quodam pungantur, & ſuas affectiones tum intelligant, tum ad eas corrigendas excitentur, alii plus, alii minus. Qui verò his diſputationibus non afficitur, is non niſi apud inferorum tribunalia corrigetur.*

L. 5. ἔχοι ἂν οἶμαι.] Legendum ἔχοιεν, ſcilicet οἱ λόγοι. *Wolfius.* Ἔχοιεν ἄν. Sic noſter codex. Ms. Par. & Cod. Salmant. cæteri perperam ἔχοι ἄν. Mox autem τὸν ἀκροώμενον αὐτῷ, repoſui pro αὐτῶν, præeunte noſtro codice.

L. 9. οἱ λόγοι αὐτῶν ἐφ' αὑτῶν.] *Sermones ipſius per ſeſe*, hoc eſt, ſententiæ mandatæ literis, vivâ voce, cujus major vis eſſe dicitur, deſtitutæ: non accedente vultu, geſtu & actione, cui primæ, ſecundæ & tertiæ in eloquentiâ tribuuntur à Demoſthene *Wolfius.*

Ibid. αὐτῶν ἐφ' αὑτῶν.] Ego ſcribo αὐτῶν ἀφ' αὑτῶν. Ita ſcribendum quia verſ. [7] dicit ὁπότε ἔλιγεν αὐτὰς, ſcil. λόγους. *Per ſe*, ſcil. *non effecerint. Salmaſius.* Nihil muto. Ἐφ' αὑτῶν *per ſe*: recte ſic exponi docebit H. Steph. in Lexico, & exempla ibi allata.

L. 10. τυχὸν μὲν ἐγὼ αἴτιος.] *Fortaſſis ego in culpâ ſum*: qui ſcilicet memoriâ lapſus, non optimâ fide, quæ audivi, conſcripſerim. Τυχὸν δὲ &c. *Fortaſſe neceſſe eſt rem ita ſe habere*: quia ſcilicet mutæ literæ non poſſunt ita permovere animos, ut viva vox, & actio oratoria. *Wolfius.*

Cætera ſphalmata typographica ſic corrige, p. 3. l. 14. ἀλλ' ἐμοί p. 4. l. 4. τοῦτό γε l. 5. ὅπερ l. 6. ἀλλ' ἐκεῖνο

NOTÆ IN EPICTETI DISSERTATIONES.

LIB. I. CAP. I.

Ἀρριάνου τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν.] Hoc modo inſcriptio ſeſe habere debet, quam quidem mutavi non ſolum noſtri codicis, ſed Simplicii, Photii, atque A. Gellii auctoritate. In editis hactenus libris titulus eſt, Ἀρριάνου Ἐπικτήτου. Photius de Arriano, Ἔγραψε δὲ βιβλία ἃ ἕτερα· τῶν μὲν διατριβῶν Ἐπικτήτου τὰ διδασκάλου, ὅσα ἴσμεν βιβλία ἐκλώ· τῶν δὲ ὁμιλιῶν τὰ αὐτοῦ Ἐπικτήτου βιβλία δώδεκα. Simplicius in initio commentariorum, Περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρρίανος ἔγραψεν, ὁ τὰς Ἐπικτήτου διατριβὰς εἰς πεντεκαίδεκα συνταξας βιβλίοις. Et mox eidem auctori attribuit τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον: quod Meſſalino inſcripſit Arrianus, delectis iis, quæ maxime opportuna atque neceſſaria in philoſophiâ videbantur, ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων. Marcus Antoninus Lib. I. ſect. 7. memorat ſe à Ruſtico dono accepiſſe Ἐπικτήτου ὑπομνήματα. Atque A. Gellius L. XIX. c. 1. citat quintum Διαλέξεων Ἐπικτήτου librum.

Ex hiſce locis credas primâ facie plurimos olim extitiſſe libros, quos de Epicteto compoſuit Arrianus.

I. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν. Βιβ. ή.

II Περὶ

II. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου ὁμιλιῶν. Βιβ. ιϛ'.
III. Περὶ τοῦ βίου Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς.
IV. Ἐπικτήτου λόγοι.
V. Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον.
VI. Ἐπικτήτου ὑπομνήματα.
VII. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου διαλέξεων.

De hiſce libris quid ſentiam, palam profiteri nullus dubito, licet in aliam à doctis viris iverim ſententiam; nempe eſſe à manu Arriani duo tantùm inter tot memorata volumina, viz. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν: cujus operis nonnulli interciderunt libri: &, Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον: cujus quoque ad Meſſalinum præfatio ſeu dedicatio deperiit.

Nam ſi diligenter rem attenderis, non poſſis non videre, Ἐπικτήτου διατριβὰς, διαλέξεις, ὁμιλίας, λόγους, ὑπομνήματα, eadem fere ſonare. Ipſe etiam Arrianus in præfat. vocat, Λόγους Ἐπικτήτου & ὑπομνήματα: forſan ad Xenophontis imitationem, qui Σωκράτους ἀπομνημονεύματα ſcripſit. Imo credo, quemadmodum Xenophon Socratis apologiam ſcripſit, & nonnulla hinc inde de vitâ atque obitu viri ſapientiſſimi interſperſit, ſic Arrianum hiſce diſſertationibus nonnulla attexuiſſe de Epicteti vitâ atque obitu, quæ temporis injuriâ vetuſtate abſumpta deſiderantur.

Διατριβὴ, non modo eſt locus in quo διατρίβουσι ſe *exercent*; ut Σχολὴ locus ἐν ᾧ σχολάζουσι: (A. Gellius L. 1. c. 26. *Interrogavi in* diatriba *Taurum an ſapiens iraſceretur.* Meminit J. Pollux L. IX. c. 5. legis Atticæ, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν σοφιστῶν διατριβὴν καταστήσασθαι. Ælian. L. IV. c. 9. de Ariſtotele locutus, qui ſe Platoni ſubduxerat, ait, ἀπῳκοδόμησεν αὐτῷ διατριβήν:) ſed etiam philoſophorum congreſſus, diſſertationes, diſputationes, dicuntur διατριβαί. Suidas, Διατριβὴ, τόπος ἐν ᾧ τινες μανθάνουσιν· ἢ καιρὸς καθ' ὃν ἀναστρεφόμεθά περί τι· ἢ διάλεξις φιλόσοφος. In Plat. Charmid. Socrates inquit, ἀσμένως ἦα ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβὰς, *libenter me ad conſuetas diſputationes* (*ſeu congreſſus*) *contuli.* Ælian. L. 10. c. 16. ubi Diogenes Antiſthenem alloquitur, οὐκ ἂν ἔτως ἐξεύροις βαλανείαν σκληράν, ὥστε με ἀπελάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. Dio Pruſ. ſcripta ſua vocat διατριβὰς, & φιλοσόφους διατριβάς· & ſæpe λόγους, & λόγους φιλοσόφους, uti obſervabat Caſaubonus. Nec diſſimili ſenſu ſunt vocabula iſta διαλέξεως, ὁμιλίαι. Suidas, Διατριβὴ, διάλεξις φιλόσοφος. Heſychius, Διαλέξεις, ὁμιλία. & Ὁμιλέομεν, διαλεγόμεθα. Sunt autem ὁμιλίαι non modo conſuetudines; ſed pecul. illæ conſuetudines quæ ſunt præceptori cum diſcipulo. Apud Xen. ἀπομ. L. IV. c. 5. Ἔφη δὲ καὶ τὸ διαλέγεσθαι, ὀνομαζόμενον ἐν τῷ συνόδους κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγουσας καλὰ γένη τὰ πράγματα. Cum itaque A. Gellius L. XIX. c. 1. hæc habet verba, *Ex ſarcinulâ ſuâ librum protulit Epicteti philoſophi quintum* Διαλέξεων, *quas ab Arriano digeſtas congruere ſcriptis Zenonis & Chryſippi:* Nullus dubito quin διαλέξεων ſit gloſſema vocis διατριβῶν: aut uſurpatas eſſe quaſi voces ejuſdem ſignificationis. Ipſe Gellius L. I. c. 2. *Diſſertationum Epicteti digeſtarum ab Arriano ſecundum librum.* & L. XVII. c. 19. *Arrianus in libris quos de diſſertationibus ejus compoſuit.*

Si qua fides interea Photii teſtimonio adhibenda, quippe qui adeo particulariter numerat τῶν διατριβῶν Ἐπικτήτου ὅσα ἴσμεν βιβλία ὀκτὼ τῶν δὲ ὁμιλιῶν τοῦ αὐτοῦ Ἐπικτήτου βιβλία δώδεκα: Tres libros extitiſſe olim credamus quos de Epicteto compoſuit Arrianus.

I. Περὶ

I. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου διαλεκτῶν. Βιβ. ἡ.

II. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου ὁμιλιῶν. Βιβ. ιβ'.

III. Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον.

Verumenimvero non adeo me movet Photii teſtimonium, ut priorem mutem ſententiam. Sed ſuo lector fruatur judicio.

Τῶν ἄλλων δυνάμεων.] Quicquid in natura eſt, id opus exercere & ἐνεργεῖν, reſpectu alicujus quod extra ſe ſit, dicitur. Atque id contagione corporum, naturalium præſertim, perſpicuum eſt; itémque actionibus animæ, quas ipſa non intra ſe, ſed in corpore animato præſtare ſoleat. Necnon mens quoque ipſa intendens ſe in aliud ἐνεργάσατο, opus ſuum exercet, ut eſt apud Ariſtotelem in tertio de Anima ſcriptum, itémque in duodecimo primæ Philoſophiæ libro, ubi ſic ſcribit, νῦς γίνεται νοητὸς, θιγὼν καὶ νοῶν. Veruntamen proprium illud eſt facultatis mentis, ut non modò percipiendis aliis energeam præſtet ſuam, ſed ipſa quoque ſemetipſam contemplari poſſit. Nam ut ibidem inquit Ariſtoteles, αὐτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ, ita ut omnino idem ſit hac in ſe quaſi reflexa & retorta energeia, id quod intelligit, & quod intelligitur. Nemo autem ſperet ſe intelligendis his parem, ſi non accuratè tertium de Anima librum Ariſtotelis perdidicerit. Quare non rudibus illa, ſed in philoſophia exercitatis, breviter commemoranda duximus. Perfectiſſima hæc eſt & præſtantiſſima mentis energeia, quâ ipſa ſemetipſam cognoſcit. Quum enim melius nihil, aut divinius ſit mente, cuinam dubium, quin notitiæ quoque iſti præferendum ſit nihil, quâ ipſa ſeipſam agnoſcens apprehendit mens, ipſíque ſua energeia intra ſe vertitur? Eminentia cognitionis hæc ſapientia dicitur. Quòd ſi foràs eminens, regendæ vitæ atque actionum noſtrarum gubernacula arripiat, intra ſe contemplans quod externis applicet rebus, proxima nimirum hæc erit à perfectiſſima energeia ſapientiæ & cognitionis; prudentiæ & actionis ſcilicet energeia, de quâ hoc loco Arrianus loquitur. Penes hanc magiſterium eſt judicandi & diſcernendi omnia quæ in vita facimus, aut omittimus officiosè & laudabiliter: quod ipſum in rebus agendis virtutem eſſe dicimus, in judicandis prudentiam, in applicatione rerum extra nos poſitarum juſtitiam. *Schegkius.*

Ibid. Τῶν ἄλλων δυνάμεων.] *Aliarum facultatum:* δυνάμεις, vires ſeu facultates appellat, non tantum naturales animi corporiſve potentias, ſed etiam artes & ſcientias, ut exempla quibus utitur declarant. *Wolfius.*

Ibid. Docet Epictetus logicam ſeu rationalem facultatem cæteris omnibus tum animi tum corporis facultatibus, non modo ſuperiorem eſſe, ſed etiam imperium habere; utpote quæ uſum earum facultatum & pretium dijudicet, *quo modo, quando, & quatenus* utendum doceat; ſeſe interea contempletur, ſeſe formet, fingatque ut lubet. Confer autem hujus libri C. XVII, & XX in initio: & p. 321. l. 13. Vide etiam Plat. Alcib. 1. vol. 2. p. 131. Edit. H. Stephani. Sic M. Anton. L. II, 1. Τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς. ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαρθροῖ, ἑαυτῇ ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖ, τὸν καρπὸν ὃν φέρει αὐτὴ καρπᾶται. *Hæ ſunt animæ ratione præditæ proprietates. ſe cernit, fingit, artatque ut lubet, qualemque vult ipſa facit: fructum, quem profert, ipſa carpit.* & L. III, 1. Mens dicitur vis ea quæ ſe uti novit, τὸ ἑαυτῷ χρῆσθαι. & L. V, 21. de universâ Mente, τὸ πᾶσι χρώμενον καὶ πάντα δίκτυον. mox Mentem humanam vocat, τὸ ἐκείνῳ ὁμογενές. καὶ γὰρ ἐπὶ σὺ τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον

χρώμενον φησὶ δεῖ, ἢ ὁ ἐκ βίου ὑπὸ τέχνης διοικεῖσθαι. & L. VII. s. 55. ἡ γοῦν ἐδόκει πραγματεύων ἢ μὴ καταπραγεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων. [viz. τῶν αἰσθητικῶν ἢ ὁρμητικῶν κινήσεων.] δικαίως γε. πέφυκε γὰρ χρηστικὴ πᾶσιν ἐκείνοις.

l. 12. ὅταν μὲν ἂν τι γένηται.] Cod. Ven. Basil. & Salmant. pro ἂν τι γένηται habent ἀπαγγείλαι: & in versione *Schegkii & Wolfii, Rescribere.*

p. 6. l. 8. ὅτι χρύσιον.] Ita noster codex, edit. Salmant. & Ms. Par. Cæteri libri perperam χρυσίῳ.

l. 16. τὴν χρῆσιν τὴν ὀρθὴν ταῖς φαντασίαις.] Notanda est structura τὴν χρῆσιν ταῖς φαντασίαις: cum alibi dicit τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν; sic p. 204, 11. 291, 5. 317, 9. 447, 14. sed nihil temere mutare velim: nam nomina verbalia eundem casum ac ipsa verba regunt. Cic. de leg. L. 1. s. 15. *Justitiæ est obtemperatio scriptis legibus, institutisque populorum.* Cæsar L. I. *Domum reditionis spe sublata.* Eadem quoque constructio apud Stobæum Ecl. Eth. p. 171. eaque ab ipsis Stoicis: Εὐστοχία χρῆσις τέχνοις, &c. Εὐγνεία χρῆσις σπυδαίᾳ γῆρᾳ, &c.

p. 7. l. 2. Ἐγὼ μὲν δοκῶ, ὅτι εἰ δυνατὸς, καὶ ἐκεῖνα ἐν ἡμῖν ἐπέτρεψαν.] *Artifex* [inquit Seneca de Prov. c. 5.] *materiam mutare non potuit.* Περιεῖσι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ τὸ τοῦ Ὅλου Κόσμου συμφέρον ἢ μέρος εἶ. M. Anton. L. II. s. 3.

l. 4. κοινωνοῖς τοιούτοις.] Quorum postea mentionem facit: scil. ἀδελφῷ, φίλῳ, τέκνῳ. vide quoque infra p. 74. l. 15. Quod ideo monendum duxi, ne quis cum Salmasio κοινωνὸς velit, accusandi casu. Confer. p. 193. l. 1.

l. 8. σωμάτιον - κλεινίδιον.] Notandum est, Epictetum & M. Antoninum, id quod Stoicis familiare esse videbatur, ut rerum indifferentium [τῶν μέσων. τῶν ἀδιαφόρων. quas οἱ Πολλοὶ magni faciunt] contemptum indicarent, eas vilioribus adpellationibus extenuasse; hinc illa diminutiva vocabula σωμάτιον, κλεινίδιον, ἀγείδιον, δοξάριον, ψυχάριον, &c id genus plurima. Quod quidem semel monuisse satis esto.

l. 9. ἐποίησα ἐλεύθερον.] Vulgo ἐποίησα ἄνθρωπον. sed abest hæc particula à nostro codice: quam quidem geminatam habes frequenter apud Platonem, Euripidem & Atticos scriptores.

l. 10. σπλὸς καμψῶς περιεχόμενος.] Respicere videtur ad Promethei fabulam. sic p. 665. l. 10. τὸ σωμάτιον δὲ φύσει σπλὸς ἐστι. & p. 549. l. 13. Scribit Suetonius, *Thrasyllum subinde in objurganda adpellare solitum Tiberium,* σπλὸν κρέας περιεχόμενον.

l. 11. ἐπεὶ δὲ ταῦτα οὐ δύναμαι.] Seneca de Prov. c. 6. *At multa incidunt tristia, horrenda, dura tolleratu. Quia non patiamur nos istis subducere, animos vestros adversus omnia armavi.*

l. 12. μέρος τι ὑμέτερον.] Legit Salmasius τὸ ὑμέτερον, quia infra [p. 39. l. 7.] ταῦτα ἔχοντες ὑμέτερα καὶ ἐλεύθερα ὁ Ζεὺς αὐτοῖς: Sed frustra est: Jupiter dicit se Epicteto tribuisse *sui quandam partem: divinæ scilicet particulam auræ.*

l. 10. παρακύπτομεν.] Παρακύπτειν est *capite inclinato & prono collo solliciti adspicere:* inde metaph. *de eo qui accuratius rem intuetur.* Legit tamen Meibomius παρακύπτωμεν.

l. 13. ταμίαν τῶν ἀνέμων.] Respicit Homeri versus Od. κ'. 21.

Κεῖνον γὰρ ΤΑΜΙΑΝ ΑΝΕΜΩΝ πουήσατ' Κεγγίνον,
Ἣ μὲν πνείμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν, ὅν κ' ἐθέλησι.

l. 15. τί οὖν ἐστὶν τὸ ἐφ' ἡμῖν.] Distinguit Salmasius, τί οὖν; ἐστὶ &c.

Sed

ſed hæc diſtinctio hoc in loco non placet.

p. 9. l. 1. Ἐμὲ ἔν γε νῦν τραχηλοκοπεῖσθαι μόνον;] Cum indignatione quadam. Supple χρὴ, δεῖ, καλόν ἐστιν, aut ſimile aliquid. ſic p. 76. l. 12. σκέλος ἔν μοι γενέσθαι πεπηρωμένον;

l. 3. παραμυθίαν.] Nota πάθος, in calamitate ſocius, adeo ſocietatis amans animal eſt homo, ut etiam in calamitatibus ſocio gaudeat. *Meibomius.* Verſus notiſſimus,

Solamen miſeris ſocios habuiſſe doloris.

l. 4. Λαῖτερανος.] De Plautio Laterano ſic ſcribit Cornelius Tacitus Libro 15. Auguſtæ hiſtoriæ: *Proximam necem Plautii Laterani, conſulis deſignati, Nero adjungit, adeo properè, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret. raptus in locum ſervilibus pœnis ſepoſitum, manu Statii tribuni trucidatur; plenus conſtantis ſilentii, nec tribuno objiciens eandem conſcientiam.* Schegkius.

Ibid. Λαῖτερανος [τις ἐν τῇ Ῥώμῃ.] Plautius Lateranus, conſul deſignatus, juſſu Neronis interfectus eſt: conjurationis Piſonianæ conſcius, ei ſociatus *nullâ* (ut ait Tacitus Annal. L. XXV, 49.) propriâ *injuria ſed amore reip.*

Uncis autem hæc verba τις ἐν τῇ Ῥώμῃ incluſimus. Neque dubitabit lector, quin è margine, ut ſolet, in contextum irrepſerint: cùm recenti adhuc hominum memoriâ Laterani cædes contigiſſet.

l. 9. Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος.] Epaphroditus, libertus Neronis & à libellis, Epicteti dominus. de quo Suetonius in vitâ Neronis, c. 49. & Domit. c. 14. Tacitus Annal. L. XV, 55. Suidas in voce Ἐπίκτητος. Alius videtur ab illo quem Joſephus laudat. Neque adeo credendum eſt has voces τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος è margine deſumptas eſſe: uti iſtas ſupra τις ἐν τῇ Ῥώμῃ: ſed cùm ea ætate plures eſſent ejuſdem nominis, ad diſtinctionem, ut puto adhibentur.

l. 11. ὑπὲρ τοῦ συγκρυσθῆναι.] Scheg. & Wolf. *De conjuratione.* Forſan, *De læsâ majeſtate.* vide H. Stephan. in voce συγκρύσεις.

l. 16. μή τι ἔν καλύεις;] Fortaſſe melius cum ed. Ven. & Baſil. μή τις.

p. 10. l. 3. Ἀλλὰ δήσω σε.] Confer p. 101. l. 2. p. 151, 3. Hæc autem deſumpta ſunt ex Euripidis Bacch. v. 492, &c. Unde Horatius L. I. Ep. 16.

Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,
Lectos, argentum. Tollas licet. In manicis &
Compedibus ſævo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus, ſimul atque volam me ſolvet.

l. 3. Ἄνθρωπε τί λέγεις; ἐμέ;] Cum Salmaſio potius diſtinguendum, Ἄνθρωπε, τί λέγεις ἐμέ; ſic p. 131. l. 15. Mox autem lege cum noſtro codice, Εἰς φυλακήν σε βαλῶ. Τὸ σωμάτιον. Ἀποκεφαλίσω σε. Πίθι ἔν, &c.

l. 10. Θρασέας.] De Thraſea Pæto ſcribit Tacitus L. 14. & Plinius junior in Epiſt. L. 3. ad nepotem ſuum: cujus uxor Arria, non minore virtutis & fortitudinis celebratur fama, ut ex illo apud Martialem epigrammate liquet:

Caſta ſuo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de viſceribus traxerat illa ſuis:
Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit;

Sed

Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet. Schegkius.

Ibid. Thraſea Pætus, philoſophus Stoicus, vixit temporibus Neronis. Tacitus Annal. XVI, 21. *Trucidatis tot inſignibus viris ad poſtremum Nero virtutem ipſam exſcindere concupivit, interfecto Thraſea Pæto, & Barea Sorano.* Mart. L. I. Ep. 8. *Magni Thraſeæ.* & Lib. IV. Ep. 54. *Thraſeâ conſtantior ipſo.* Plinius L. VIII. Ep. 22. *Mandemus memoriæ quod vir mitiſſimus & ob hoc quoque maximus, Thraſea, crebro dicere ſolebat, Qui vitia odit, homines odit.* Vide etiam Xiphilin. in vitâ Neronis, ubi inter alia hæc ſunt, τοιοῦτος μὲν ὁ Θρασέας ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν, Ὅ ἐμὲ [lege ὅτι ἐμὲ] Νέρων ἀποκτεῖναι μὲν δύναται, βλάψαι δὲ, ἕ. Quæ verba ſunt Socratis apud Platonem, ab Epicteto laudata.

l. 12. Ῥῦφος.] C. Muſonius Rufus, *Thuſci generis, equeſtris ordinis, ſtudium philoſophiæ & placita Stoicorum æmulatus eſt:* Verba ſunt Taciti Hiſt. L. IH, 81. vide Annal. XIV, 59. Annal. L. XV, 11. Scribit Xiphilinus Veſpaſianum philoſophos omnes, excepto Muſonio, Româ expuliſſe. Vide A. Gell. L. 16. c. 1. Extant ejus plurimæ apud Stobæum ſententiæ.

l. 16. Ἀγριππῖνος τί ἔλεγεν;] Noſter codex, Διὰ τοῦτο γὰρ Ἀγριππῖνος ἔλεγεν, ὅτι ἐγὼ ἐμαυτῷ ἐμπόδιον οὐ γίνομαι. neque diſplicet hæc lectio. Cæterum de Paconio Agrippino (cujus pater læſæ majeſtatis reus, ſub Tiberio periit. Sueton. in Tiberio c. 61.) conſule Tacit. Annal. L. 16. ſ. 28, 29. & ibi Lipſium.

p. 11. l. 2. Ἀγαθῇ τύχῃ.] Hæc verba Ἀγαθῇ τύχῃ ſolemnia, in pſephiſmatis præſertim occurrunt: eâque loquendi formulâ veteres utebantur, quoties ſucceſſum precati ſunt lætum aut magiſtratum ineuntibus, aut provinciam aliquam ſuſcipientibus: vel etiam boni ominis causâ. Sic Plato in Symp. Ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ καλλιεπεῖν ἄρχετο Φαῖδρος. & in Critone, Ἀλλ' ὦ Κείτων τύχῃ ἀγαθῇ, &c. Eodem modo Romani, *Quod felix, faſtumque ſit.*

l. 3. Ἦλθεν ἡ πέμπτη.] Quintam diei horam intellige, non quintum diem, ut interpretes. Horâ quintâ lavatum ivit Agrippinus: Hoc credo Romanis fuiſſe ſolemne circiter id tempus.

l. 3. Γυμνασάμενος ψυχεσθαι ἠρεῖν.] Petron. c. 28. *Itaque intravimus balneum, & ſudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus.* Ubi Gloſſ. *Antiqui, poſtquam ſe exercuiſſent, ad balnea, à balneis ad cænam, ibant.*

l. 5. Λέγει τις αὐτῷ ἐλθών.] Hanc optimam lectionem noſtro codici debemus. Editi omnes, λέγει τις αὐτῷ, ἔλθ' ὅτι.

l. 7. Ἀείκειαν.] Hodie *La Riccia* dicitur. Strabo. Ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ, σάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρξ'. *in viâ* Appiâ 160 ſtadiis à Româ. Horat. L. 1. ſ. 5.

Egreſſum magnâ me excepit Aricia Româ.

l. 8. Ἀειςήσωμεν.] Edit. Salmant. ἀειςήσομεν, quæ lectio præponi videtur, cùm celeritatem exprimit majorem. Confer p. 761.

l. 12. Νῦν ἀειςῶ· τῆς ὥρας.] Diſtingue potius cum Schegkio, νῦν ἀειςῶ τῆς ὥρας· ἐλθούσης· εἶτα, &c. *Nunc prandeo, horâ adventante: ac deinde moriar.*

l. 13. Τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόμενα.] Qui vitam reſtituit ut naturæ debitum. Sic Phædrus,

Et mors vicina flagitabit debitum.

Cic. Tuſc. Q. L. 1. c. 39. *Pellantur ergo iſtæ ineptiæ pæne aniles, ante tempus mori miſerum eſſe. Quod tandem tempus? naturæne? at ea quidem dedit uſuram vitæ tanquam*

pecuniæ, nulla præfituta die. In Elegiâ de morte Druſi,

Vita data eſt utenda, data eſt ſine fœnore nobis

Mutua, nec certa perſolvenda die. Enchirid. Cap. XI. p. 692. Μὴ δὲ πόλις ἐστὶ μηδενὸς εἶπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι ΑΠΕΔΩΚΑ. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ΑΠΕΔΟΘΗ. ἡ γύνη, &c. Ex quo loco emendandi ſunt Hieroclis codices, qui huc reſpexit p. 84. Edit. Needhami.

Leviora quædam corrigenda ſunt in hoc capite p. 5. l. 6. εὑρήσεις p. 6. l. 4. ἐσὶ τίς; p. 7. l. 1. Ἄρα l. 4. τοιούτῳ l. 5. εἰς ταῦτα l. 11. ου l. 15. ης p. 8. l. 11. ᾗ p. 9. l. 1. Ὡς p. 10. l. 14. μελετᾶν ἀρχεῖσθαι p. 11. l. 5. ἐλθεῖν l. 9. Τοῦτ' ἐσι μεμ.

CAP. II.

P. 12. l. 3. Τῷ λογικῷ ζώῳ κ. τ. λ.] Hoc idem fere eſt quod legas in Enchirid. p. 728. ubi docet, *Singulis rebus duas ineſſe anſas,* τὴν μὲν φορητὴν, τὴν δὲ ἀφόρητον. ſcil. τὸ ἄλογον καὶ εὔλογον. Vide etiam M. Ant. L. VIII. ſ. 46.

l. 6. Ὅρα πῶς Λακεδαιμόνιοι μαστιγοῦνται.] De Spartanorum patientiâ, & de more pueros ad aram Dianæ Orthiæ flagris cædendi, multi multa dixere. Unde Horat. L. I. Od. 7. *Patiens Lacedæmon.* Cicer. Tuſc. L. II, 13. *Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multus è viſceribus ſanguis exeat: nonnunquam etiam, ut cum ibi eſſem, audiebam ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem.* & L. V, 28. *Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati: adoleſcentium greges Lacedæmone vidimus ipſi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morſu denique; cum exanimarentur priuſquam victos ſe faterentur.* Vide quoque Senec. de Prov. c. IV. p. 139. Edit. Lipſ. & Simplic. in Epict. c. X.

l. 7. Τὸ ἀπάγξασθαι.] Libri cæteri, τὰ δ' ἀ. Sequimur noſtrum codicem, ut in verſu ſequenti, ubi πάθη repoſuimus, pro μάθη. Recte πάθη, ut p. 97. l. 8, &c. p. 143. l. 2. 145, 12. & alibi. Τὸ παθεῖν eſt, *levi quadam opinione affici,* ſi ita loquar. *Si animo ita affectus ſum ab opinionibus hoc ipſo tempore rationi eſſe conſentaneum ſuſpendio vitam finire, nec mora abeo, ſuſpendio vitam finiturus.* Male itaque μαθὴ: nemo enim ex doctrinâ; ſed merâ ab opinione ita agit. Confer autem p. 324. l. 12.

l. 8. Ἀπελθὼν ἀπήγξαλο.] Eadem occurrunt verba apud Matt. c. 27. 5.

l. 11. Ἑλκόμενον.] Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic p. 295. l. 17. de Epicuro, τὸ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις ἰσχυρόταλον ἡ φύσις ΕΛΚΟΤΣΑ ἐπὶ τὸ αὐτῆς βούλημα, ἄκουσα καὶ σένουσα.

l. 13. Ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσπίπλει τὸ εὔλογον.] *Fit ut aliis alia vel probabilia.* Quod ſuapte natura verum, honeſtum, bonum, probabile eſt, in genere omnibus eſt tale: ſed ſpeciatim aliquod diſcrimen admittit, ob varias animorum, corporum, fortunarum conditiones: ut vinum febricitanti, mel bilioſo adverſatur, cæteris non item. Vide Ciceron. 1. de Offic. ubi de cujuſque perſonæ decoro diſputat. *Wolfius.*

p. 13. l. 2. Ὥστε μαθὼν τὴν τῶ εὐλ.] Hunc locum emendavimus autoritate noſtri codicis. Cæteri libri;

ὡς μαθὼν τὸ εὐλόγως καὶ ἀλόγως κεῖσθαι ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις. Ubi duo occurrunt errores, κεῖσθαι contra ſenſum, & μέρους contra conſtructionem: male quoque omittitur τόν. Conſule indicem in voce Πρόληψις.

l. 3. Ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις.] *Particularibus ſubſtantiis*, hoc eſt, τῇ φυσικῇ ἑκάστου ἀνθρώπου ἰδιοτροπίᾳ, *privatæ cujuſque naturæ*. De hominum variis affectionibus loquitur: non etiam de rebus animatis aut beſtiis, ut opinor. *Wolfius*.

l. 8. Ἀμίδα παραχρῆσθαι.] Ita ex noſtro codice pro περιχρῆσθαι. & mox παραχρήσασθαι pro περιχρήσασθαι, quæ lectio priores occupavit editiones. Monente etiam Meibomio. Cæterùm vide Eraſm. Adag. *Indignus qui illi matellam porrigat*. Erat autem inter ſordidiſſima, micturienti matulam ſupponere. Unde illud Martialis, L. X. Ep. 11.

Diſperiam, ſi tu Pyladi præſtare matellam
Dignus es, aut porcos paſcere Pirithoi.

Hi dicebantur *Laſanophori*. Horat. L. 1. ſ. 6. 109.

——— *Quinque ſequuntur*
Te pueri Laſanum portantes.

Sic p. 107. l. 2. ὅταν Καίσαρ αὐτὸν ἐπὶ τῷ λασάνῳ ποιήσῃ.

l. 11. ἄλλῳ δέ τινι.] Plutarchus in Apoptheg. Laconicis refert, *Puerum quendam Spartanum ab Antigono captum ac venditum, paruiſſe quidem emptori in omnibus quæ non eſſent indecora ingenuis. Cæterùm juſſus afferre matulam, detrectavit obſequium, addens, Non ſerviam*. Surgente domino, puer, *Senties*, inquit, *quem emeris: ſimulque conſcenſo tecto, ſe præcipitem dedit*. Schegkius.

l. 12. Τὸ αὐλὸν παραχρῆσαι.] Uſitatiſſimum eſt αὐτῷ pro αὑτῷ, ſeu ἑαυτῷ uſurpari: idque præſertim apud ſcriptores ſequioris ævi. Quare non temere mutandum.

l. 13. Ἂν ἔν μοι πυνθάνῃ.] *Quod ſi me percontaris*. Ea quæ ſequuntur, docent, ſi quis talia roget, eum à vulgò non differre, ac vivere populariter ei licere: ſecus ac viro honeſto, erudito & gravi. *Wolfius*.

lin. ult. Τὸ μὴ δαρῆναι.] Abſunt hæc verba τὸ μὴ δαρῆναι à cæteris codicibus, quæ huc ex noſtro codice ad locum ſuum revocavimus.

p. 14. l. 2. Ἀλλ' οὐκ ἂν καθ' ἐμέ.] *But this is not agreeable to my Rank or Character*. Monent Lexicographi καθὸ *convenientiam* ſignificare. Demoſth. περὶ στεφ. p. 189. Edit. Par. 1570. τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων. Ubi Schol. τῶν καθὰ τὴν ἐμὴν τάξιν.

l. 7. Ἀγρίππινος.] De Paconio Agrippino vide ſupra ad p. 10. l. 16.

Ib. Φλώρῳ.] Quærenti mihi de Floro nihil memoratu dignum occurrebat.

l. 8. Εἰς Νέρωνος θεωρίας.] Quàm deditus fuit ſcenicis ſpectaculis Nero, ſatis notum. Conſule Taciti Annal. L. 14. ſ. 14, 15. & Suetonium in vitâ Neronis, c. 21. Quod autem Epictetus dicit de Floro, id patet ex Xiphilino & Tacito, *Neronem* nempe *nobilium familiarium poſteros egeſtate venales, in ſcenam deduxiſſe, ratum dedecus amoliri, ſi plures fœdaſſet*.

p. 15. l. 8. Ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι.] Prorſus πορφύρα hic quod in Senecæ verbis *prætextum*, pro purpura quæ prætexitur: uti obſervabat Caſaubon: in notis ad Sueton. Jul. Cæſ. c. 30. Locus Senecæ eſt Epiſt. LXXI. *Sed Cn. Pompeius amittit exercitum: ſed illud pulcherrimum* Reip. PRÆTEXTUM, *optimates, uno prælio profligabuntur*. Vocat *optimates* honeſtâ tranſlatione, *prætextum reip*. Confer p. 351. l. 14.

l. 10. Ὅτι ἐξομοιοῦμαι.] Notanda eſt ſtructura, ὅτι cum verbo modi imperativi; uti p. 36. l. 10. ἀλλ' εἰ-

μαι, ὅτι ταῦτα πάσχω —— φέρεις. p. 41. l. 9. ἀρκεῖ τοῦτο ἀκοῦσαι, ὅτι —— παρακάθηται. Sic Xiphilin. p. 352. Εἶπε τῷ Ἀδριάνῳ παραλαλήσαντί τι, ὅτι ἀπελθὼν καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε. & p. 389. Εἰπὼν ὅτι λέγεις τοῖς οἴκοι Περσίνακα ἄρχειν. & p. 430. Ἀπεκείνατο τὸ ξίφος δείξας, ὅτι θάρσει μᾶλλον.

l. 13. Πείσκος Ἑλβίδιος.] Innocentiâ & ſanctitate vitæ facile omnibus ætatis ſuæ ſuperiorem fuiſſe Helvidium produnt hiſtoriæ. Hunc à Veſpaſiano occiſum, miſſis percuſſoribus, ſcribit Suetonius. Plura de ipſius moribus ac ingenio reperies apud Tacitum, L. 20. Hiſt. Aug. ubi ſic ſcribit: *Ingenium illuſtre altioribus ſtudiis, juvenis admodum dedit; non ut plerique, ut nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quo firmior adverſus fortuita remp. capeſſeret: doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona quæ honeſta, mala tantum quæ turpia, potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum, neque bonis neque malis annumerant.* Plura apud Tacitum, & ſparſim quædam reperies apud Plinium in Epiſtolis. *Schegkius.*

Ibid. Helvidii meminit inter alios reip. & libertatis amatores, M. Ant. L. 1. ſ. 14. Conſule autem Suetonium in Veſpaſ. c. 15. qui has ipſas altercationes ab Epicteto memoratas reſpexiſſe videtur. Et Tacit. Hiſt. L. IV. c. 4. *Ubi ad Helvidium Priſcum, prætorem deſignatum ventum, prompſit ſententiam, ut honorificam in bonum principem; falſa aberant: & ſtudiis ſenatûs attollebatur. Iſque præcipuus illi dies, magnæ offenſæ initium, & magnæ gloriæ fuit.* His adde Juvenal. Sat. V, 36. & ibid. vet. Scholiaſtem.

l. 16. Μέχει δ' ἂν ᾖ, δεῖ με εἰσέρχεσθαι.] *Quoad autem,* ſcilicet ἐάσεις με συγκλητικὸν εἶναι, *me ſenatu non moveris: eſt mihi frequentanda curia.* Interrogatio delenda eſt. Malè diſtinctus eſt hic libellus, ut Græci plerique. Ego verò in convertendo, ſententiæ autoris ſervire ſoleo, non erratis & negligentiæ librariorum. *Wolfius.*

Ibid. Μέχει δ' ἂν ᾖ.] Ita ex noſtro codice, monente etiam Meibomio, repoſui. Cæteri libri perperam μέχει δ' ἂν ᾖ, &c.

p. 16. l. 8. Τί γὰρ ἄλλο ἢ διαπρέπει ἐν αὐτῷ ὡς πορφύρα.] Lego ἐν ἑαυτῷ, vel αὐτῷ cum aſpiratione: *excellit in ſeſe, ut prætexta purpura in veſte.* Wolfius.

l. 11. Εἰσελθεῖν εἰς σύγκλητον.] Hæc lectio eſt noſtræ codicis, aliorum ἐλθεῖν: Mox autem ex Ms. Par. habes ἃ οἶδεν ὅ, τι, pro εἶδεν.

p. 17. l. 1. Εἰ μὴ ἀπεκόπη τὸ αἰδοῖον.] Ad marginem noſtri codicis adſcripta ſunt hæc verba, Ἤτοι διὰ τὸ μὴ ἀποκοπῆναι τὸ αἰδοῖον, ἐσήπη γάρ. Fortaſſe cauſa erat ob vulnus in arenâ acceptum, & male poſtea à medicis tractatum. Sed iſtiuſmodi exempla Epicteti temporibus notiſſima, & vulgari jactata ſermone, hodiernis lectoribus difficiliora non poſſunt non videri.

l. 2. Ἦν δ' ἐκεῖνος φιλόσοφος.] *Erat autem ille Philoſophus.* Ambiguum, pugilne, an frater pugilis. *Wolfius.* Certe frater pugilis, ſic enim conſtructio poſtulat: ſed Ironicè accipio; frater pugilis, ſi diis placet, philoſophiam profitebatur.

l. 3. Ἀποκόπτωμεν.] Noſter codex ἀποκόπτομεν, & ἀπερχόμεθα. Schegkius interrogative, *Præcidemuſne partem illam, ut iterum deinde in palæſtrâ verſari poſſimus?*

l. 7. Ὡς ἀνήρ.] Iſtud ὡς eſt ex noſtro codice: deeſt in aliis: & mox ἄλλος δ' ἄν, cum cæteri ἄλλος δέ, ſine particula ἄν exhibent. Nota interea, ἀνὴρ, *vir*, i. e. *Athleta.* Sic apud Gruter. p. CCCXVI. ἀνδρῶν, *Athletarum.*

ΟΛΥΜ-

ΟΛΥΜΠΙΑ
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ
ΑΝΔΡΩΝ
ΠΑΛΗΝ

Et Marm. Græc. apud Sponium p. 363. Ἀνδρῶν παγκράτιον *virorum* i. e. *Athletarum Pancratiam.* Sic interpretare apud Diog. Laert. VI, 43. Νικᾷ Διώξιππος ἄνδρας. Senſu ferè Homerico, Ὦ φίλοι, ΑΝΕΡΕΣ ἐστέ. Iliad. ε. 529.

l. 10. Οὐχὶ παρὰ τῷ Βάτῳ ἀλειφόμενος.] *Non apud Batum ungi ſolitus.* Num Βάτος hìc λήκυθον ſignificet, an verò ſit laniſtæ alicujus proprium, equidem dubito. Illud non dubito, ſignificari non umbratilem fuiſſe pugilem, ſed germanum, & probe exercitatum. *Wolfius.*

Ibid. Τῷ Βάτωνι.] Certiſſima eſt emendatio Βάτωνι pro Βάτῳ, monente Scaligero in Euſeb. p. 179. cujus hæc ſunt verba: "Fuerunt verò & alii "Batones, in quibus Βάτων ὁ ἀλείπλης, qui florebat ſub Marco Aurelio Antonino & Severo: cujus præclara commendatio extat in vetuſtiſſima ſtela [apud Gruterum p. CCCXXVII] Ἔδοξε τοῖς ἀλειφομένοις. Ἐπειδὴ Βάτων Φίλωνος περίτερον μὲν ἐπ' ἔτη δύο περιελειθεὶς γυμνασίαρχος περιεδίπσεν ἐυδόξως καὶ καλαξίως αὐτῷ τε καὶ τῆς τῶν ἀλειφομένων περιαιρέσεως, &c. Arrianus in Epicteto, παρὰ τῷ βάτῳ ἀλειφόμενος; ubi ſine ullâ dubitatione legendum, παρὰ τῷ Βάτωνι: Qui eſt iſte Βάτων Φίλωνος, σύγχρονος Ἐπικτήτῳ. nam Epictetus vixit uſque ad tempora Marci Aurelii: hoc eſt, eo imperante floruit; Auctor Suidas."

l. 14. Ἄγε δή, Ἐπίκτητε, διαξύρησόν.] Hæc refert Caſaubonus in notis Mſs. "ad Domitiani tempora, "qui juſſit in exilium ire Philoſophos: tum ii qui diſſimulare voluerant profeſſionem ſuam, ſoliti ſunt "radere barbam, quod negat faciendum philoſopho Epictetus. Non "obſtat huic expoſ. locus ille Appiani p. 616. ſi rectè accipiatur." Hæc Caſaubonus. Adde quod, faciem muliebri modo tractare & barbam tondere, indignum viro, Stoici putabant. Vide p. 89. Finge aliquem Epicteto hæc diſſerenti de eo *quod deceat, quod cuique perſonæ conveniat,* ſubjicere, aut ipſum Epictetum, interrogatione ſuppoſitâ, dicere, Ἄγε δή, &c. Cui Epictetus, *Si ſim Philoſophus, ſi reverà quod videar, nego me raſurum; nego me profeſſionem diſſimulaturum; conſervaturum paratiſſimus decorum illud in omnibus factis & dictis, in corporis denique motu & ſtatu.*

l. 15. Ἂν ᾖ.] Ita noſter codex & ms. Par. Editi omnes ἂν ἦ.

p. 18. l. 2. Πόθεν δ' ὁ ταῦρος.] Idem exemplum vide infra p. 351. l. 7. p. 444. l. 13. & p. 643. l. 13. Homer. Iliad. β'. 480.

Ἠΰτε βοῦς ἀγέλῃφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων
Ταῦρος· ὁ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι.

M. Anton. L. XI, 18. Περιπεσόμενος αὐλῶν γέγονα [ſcribe γέγονας] ὡς κεἰὸς ποίμνης, ἢ ταῦρος ἀγέλης. Cic. de fin. III, 20. *Atque ut Tauris naturâ datum eſt, ut pro vitulis contra leones ſummâ vi impetuque contendant: ſic ii,* &c. Dio Pruſæ: Orat. II. p. 33. Ὁ δὲ ταῦρος σαφῶς (ἐμοὶ δοκεῖν) πρὸς βασιλέα καὶ βασιλέως εἰκόνα πεποίηται.——Βασιλεύει δὲ καὶ ἄρχει τῶν ὁμοφύλων μετ' εὐνοίας, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ κηδεμονίας· τοῦτο μὲν ἐξηγούμενος νομῆς, τοῦτο δὲ δηλῶν φανερὸς ὢν φεύγων, ἀλλὰ πάσης τῆς ἀγέλης περμαχόμενος, καὶ τοῖς ἀσθενέσι ξυνθῶν,

θῶν, ἢ περιμηθέμενος σάζειν τὸ πλῆθος ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἢ ἀγελείων. ubi ſupple ϑηρίων, nam præceſſit ϑηρία. Mox ὑπὲρ τῆς ἀγέλης πάσης, ubi πάσης inſerui ex noſtro codice: & paulo poſt ἂν ἔχῃ habet ms. Par. pro ἂν ἔχοι.

l. 12. πόσου φωλεῦς τὴν σεαυτοῦ περαίρεσιν.] *Quanti vendas tuum inſtitutum*; hoc eſt, quanti facias atque æſtimes tuam vitæ rationem. *Wolfius.*

l. 16. Εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν.] *Siquidem tales naturâ ſumus*: ſcilicet, qualis Socrates fuit. Proponit quæſtionem neque ſolvit, ſed videtur innuere, quemvis, ſi in eo ſedulo elaboret, ad ſimilem animi conſtantiam poſſe pervenire. *Wolfius.*

Ibid. Εἰ μέν τοιοῦτοι.] Hoc loco variæ ſunt lectiones ad marginem noſtri codicis, εἰ μὲν τοῦτο πεφύκαμεν ἅπαν πολλοί. ἄλλως, εἰ ὑπὲρ τοῦτο. & εἰ μὲν πρὸς τοῦτο. Ms. quoque Par. εἰ μὲν τοῦτο πεφύκαμεν, ἅπαν πολλοὶ γίνεσθαι τοιοῦτοι. Veriſſima interea lectio videtur eſſe, quam dedimus. Objectio eſt ab auditore, *Si verum eſt, Epictete, quod de naturâ diſſeruiſti humanâ, cur non tales hodie apparent homines?* Cui Epictetus, *Anne*, inquit, *equi omnes celeres naſcuntur? anne canes omnes ad indagandum ſagaces?*

p. 19. l. 2. Τί οὖν ἐπειδὴ ἀφυής εἰμι.] *Quid ergo cum ſim hebes*: hoc eſt, deteriore ingenio quàm Socrates: ſicut etiam canes alii aliis ſagaciores & equi velociores ſunt. *Wolfius.*

l. 4. Ἐπίκτητος χρείαν Σωκράτη.] Locus corruptus. Veram tamen ejus ſententiam expreſſiſſe videtur Seneca, in lib. de vitâ beatâ, c. 17. p. 242. *Exigo itaque à me non ut optimis par ſim, ſed ut malis melior: hoc mihi ſatis eſt.*

l. 5. Εἰ δὲ μὴ, ἧττον χείρων.] *Sin minùs, non deterior.* Lego ſine diſtinctione, ut geminata negatio acriùs neget. Ex hoc dicto apparet, magno animo fuiſſe Epictetum, ut qui nè Socrati quidem cedendum ſibi exiſtimârit. *Wolfius.*

Ibid. Εἰ δὲ μὴ. ἧττον χείρων.] Caſaubonus in notis Mſs. " Suo exemplo docet non deſiſtendum à ſtudio " virtutis, etiamſi non ſit ſpes perveniendi ad ſummum culmen. *Ego*, " inquit, *non propterea ſtudeo philoſophiam, quod ſperem me aſſecuturum* " Βίον τέλειον, *& ſapientem fore; nam* " *ne Socrates id quidem, quem nos* " *miramur: ille tamen ſemper negavit ſe eſſe ſapientem: atqui ego illi* " *non præſto; ſufficiat mihi, ſi illo* " *non ſum deterior, & tamen non deſinam tendere ad virtutem.* Hanc " interpretationem ferri poſſe non puto; quia video Socratis nomen " paullo ante, & alibi perferre philoſophum primi loci; & quod ſubjicit mox de Milone & Crœſo, aliam ſententiam & lectionem ſuggerit; niſi ita accipias, *Nemo me*, " *qui ſapientiam ſtudeo, ita putet inſipientem, ut ſperem poſſe à me ſuperari Socratem, & perveniri ad perfectam ſapientiam: mihi verò ſatis* " *fuerit, ſi eo pervenero ut Socrate ſim* " *non deterior: & tamen non propterea deſino exercere me in ſtudiis* " *ſapientiæ; non ſecus ac non propterea* " *curam corporis negligo, qui Milonem* " *me fore deſpero.* Quod ait εἰ δὲ " μὴ ἧττον χ. non ſic accipio quaſi talem ſe eſſe diceret; ſed ut ſummam " voti ſui indicet. Si velit aliquis " exigere hanc ſententiam ad eum " modum, quem ſequentia ſuadent " & dictant: ſic ſcribendum eſſet, " Ἐπίκτητος Σωκράτης ἂν ἦσαν· εἰ " δὲ μὴ . . . χείρων, τοῦτ. in lacunâ deeſt aliquid, puta vox ὁδὶ ὁ; " vel τῶν νῦν ὁδενὸς, vel nomen " alicujus philoſophi, qui fuerit ce-

" lebri

" lebri ſapientiâ, ſed infra Socratem " tamen." Hæc Caſaubonus.

Judicet lector an hanc interpretationem, an illam admiſerit, deletâ nempe diſtinctione poſt μὴ, *Epictetus Socrate melior non eſt, ſi non deterior hoc mihi ſatis eſt.* Sciat interea virtutem & rationem, ſi Stoicos audimus, non ſuſcipere (ut cum ſcholis loquar) magis aut minus. Vid. p. 77. l. 4. Ὡς καλὸν γε τὸν λόγον, ἢ δὲ χείρων τῶν θεῶν, ἢ δὲ μικρόψυχος· λόγῳ γὰρ μέγεθος ἢ μήκει, ἢ δ' ὑψει κεινῆσαι, ἀλλὰ δόγμασιν. Recurrendum itaque ad ea quæ præceſſerint, Ἐπειδὴ ἀφυὴς εἰμι, inquit Epictetus, *Quanquam ingenio & animi dotibus non æque valeam ac Socrates, non ideo omnem ingenii abjicio curam; at virtute tamen non ſum deterior; hoc mihi ſatis eſt.* Neque hanc interpretationem impediunt quæ ſequuntur.

l. 6. Οὐδὲ γὰρ Μίλων.] Ex eodem, quo Horatius, fonte hæc videtur hauſiſſe: vel forſan ab ipſo Horatio.

Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus;
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia deſperes invicti membra Glyconis,
Nodoſâ corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur ultra.

Alia quædam reſtant in hoc capite corrigenda, p. 14. l. 3. τοῦτό σε l. 12. σεαυτὸν p. 15. l. 18. Μὴ μ' ἐξέλαζε, ἢ p. 16. l. 14. ἐρεῖ δ' εἶδον ὅτι p. 17. l. 7. ἐποίησεν, ὡς ἀθλητὴς ἢ ὡς φιλόσοφος;

CAP. III.

Εἴ τις τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθήσει.] *Decreto hoc afficî:* hoc eſt, ex animo ita ſentire. *Wolfius.*

l. 15. Ἀπὸ τοῦ θεοῦ.] Ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Γεγόναμεν, ἀπὸ τοῦ θεοῦ idem eſt ac ἐγεννήθημεν. *Salmaſius.* Sic p. 58. l. 2. ὑπὸ τοῦ δεσπότου.

p. 20. l. 1. Ὁ θεὸς πατήρ.] Vide p. 106. l. 2. Sic Homer.

——Πατήρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Virg.——*Divûm pater atque hominum rex.*

Ennius apud Cic. Nat. Deor. II, 2. *Patrem divûmque hominumque.* Plato in Timæo, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ Παντός. Diog. Laert. in vitâ Zenonis ſ. 147. Θεὸν δὲ—— δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ οἷονεὶ πατέρα πάντων.

p. 20. l. 5. Διὸς υἱός εἰ.] Vide p. 105. l. 9.

l. 9. Πολλοὶ μέν.] Ita noſter codex: alii libri, ἄλλοι, parum recte, monente etiam Salmaſio; cum ſequitur mox ὀλίγοι δέ.

l. 13. Ὡς ἂν περὶ ἀνῆ.] *Ut de eo:* ſine aſpiratione, non de ſeſe: ſed περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος: prout quamque rem vel magni vel parvi æſtimamus, ità eâ uti ſolemus. *Wolfius.*

l. 15. Πρὸς ἀσφάλειαν τῆς χρήσεως τῶν φαντασιῶν.] Hanc formulam loquendi interpreteris πρὸς ἀσφαλῆ τὴν χρῆσιν. Sic Lucret. L. IV, 334.

——*Quia cum propior caliginis aër*
Ater init oculos prior.

pro *aëre caliginoſo.* & Plaut. Mil. Glor. *Formam amœnitatis,* pro *formâ amœnâ.*

p. 21. l. 4. Πεφσέτηκας.] Ita cod. Ven. & Salmant. pro quo Edit. Basil. cum aliis πεφσέθηκας. Vide H. Steph. in Πεφσήκω. M. Anton. L. X, 24. Μήτι πεφσε[πικὸς [ἡγεμονικὸν] ἢ ἀναπεπαμμένον τῇ σαρκιδίῳ, ὥστε τούτῳ συν[έπεσθαι; *nunquid* [mens mea] *carunculæ ita agglutinata & permixta, ut cum illâ mutetur unâ.*

l. 5. Διὰ ταύτην τὴν συν[γένειαν.] Ob hanc cognationem cui nimium adſtricti ſumus, declinatâ naturæ melioris viâ, quidam è nobis lupis ſimiles efficimur. Vertit Schegkius, *Ob hujus* [carnis] *ſocietatem declinantes à meliore naturâ, quidam lupis ſimiles efficimur.* Wolfius, *Ob hanc deflectionem fit, ut alii lupis ſimiles ſimus.* Legit Meibomius, Διὸ, ταύτην τὴν συν[γένειαν οἱ μὲν ἀποκλίναν[ες. Quod ſi harum explicationum nulla placeat (neque enim credo abſque ope meliorum codicum locum reſtitui poſſe) forſan hoc modo excudendum oportebat, Διὰ ταύτην τὴν συν[γένειαν * * * οἱ μὲν ἀποκλίναν[ες κ. τ. λ. Explico & lacunam aliquo modo ſuppleo ex Virg. Æn. 6.

Igneus eſt ollis vigor, &c.

Διὰ ταύτην τ. σ. *Metuimus, cupimus, dolemus, gaudemus: propter cæleſtem verò illam originem,* ὅτι γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πάν[ες π. *Generoſum quiddam atque altum ſpiramus: at quidam ab eâ cæleſti origine declinantes*, &c.

l. 8. Οἱ πλείους δ' ἡμῶν ἀλώπηκες.] Forſ. ἀλώπηξι, ut λέουσι, λύκοις. Cic. de off. L. 1. c. 13. *Cum autem duobus modis, id eſt, aut vi aut fraude fiat injuria; fraus quaſi* vulpeculæ, *vis* leonis *videtur: utrumque alieniſſimum ab homine: ſed fraus odio digna majore.* Confer p. 211. l. 9. Homines quoque doloſi, ſimulatâ virtute, vulpem ſub pectore geſtare dicuntur. Perſius Sat. V, 116.——*Et fronte politâ* [ſic Heinſius legit]

Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem.

l. 9. Καὶ ὡς ἐν ζώοις ἀλυχήμα[α.] *Ut inter beſtias infortunia ſeu monſtra quædam.* Quaſi dicat; tantum abeſt, ut lupini, leonini & vulpini iſti mores hominem deceant, ut & inter beſtias monſtroſi & errata quædam naturæ eſſe videantur; ἀτύχημα enim dicit opinor, cùm natura & ratio propoſitum ſibi ſcopum non aſſequitur, efferato animali, quod cicur & manſuetum eſſe debebat, & innoxium. *Wolfius.*

Ibid. Καὶ ὡς ἐν ζώοις.] Potius cum noſtro codice legendum καὶ ὅσ' ἐν ζ. *Et ſi quid aliud vel inter animalia magis monſtroſum.* Ἀλυχὲς, quicquid finem ſuum minime conſequitur; qualia ſunt monſtra. Cicero de Fin. L. I, 18. *Ecce autem alii——aut malevoli——maledici, monſtroſi.*

l. 11. Ὁρᾶτε οὖν καὶ πεφσέχε[ε.] Quod obſervatione dignum, multa in hiſce libris non ita longe à ſtilo Evangelii abludunt: eodem autem ſeculo ſcripta ſunt Evangelia, quo hæc ab Epicteto diſſerebantur. Ὁρᾶτε οὖν καὶ πεφσέχε[ε. Matt. 16, 6.

LIB. I. CAP. IV.

In. 6. Ἔυροκν καὶ ἀπαθές.] *Proſperitatem & animi tranquillitatem.* Τὸ εὔρουν, ἡ εὐροία, τὸ εὐροῦν, crebrò in hoc opuſculo occurrunt. Deducuntur autem ἀπὸ τοῦ εὖ ῥεῖν, à bene fluendo, cùm res ad voluntatem noſtram fluunt, cùm ſecundo flumine & ſecundo vento provehimur. Ego proſperitatem verto, aut felicem ſucceſſum rerum. *Wolfius.*

l. 8.

l. 8. Τὴν μὲν ὄρεξιν ἦρκεν ἐξ ἑαυτῆς εἰς ἅπαν καὶ ὑπερλέθεσθαι.] *Appetitum à ſeſe omnino ſuſtulit & diſtulit.* Significat opinor id, quod & in Enchiridio dictum eſt: philoſophiæ tironem non nimium ſibi tribuere, ſed quaſi addubitantem exſpectare dum judicium confirmetur. *Wolfius.*

Ibid. Τὴν μὲν ὄρεξιν.] Omnino confer p. 685. lin. ult. & p. 406. 414. 588. 593. Qui adhuc in philoſophiâ inter proficientes verſatur, appetitionem in præſentiâ omnino amovere oportet, & in longum differre: (ſic ὑπερλεθεῖται interpretandum:) imprimis averſatione utendum, non appetitione. Hinc præceptum illud tyronibus, μηδὲν θαυμάζειν, *nil admirari.*

l. 12. Τὴν αὑτῆς.] Αὑτῆς pro αὐτῆς ſeu ἑαυτῆς.

Ibid. Εἰ δ' ἡ ἀρετὴ ταύτῃ ἔχει τὴν ἐπαγγελίαν.] *Si virtus hanc habet pollicitationem*, hoc eſt, ſi virtus hoc fine colitur. Si virtutis hoc munus eſt, hic fructus & effectus, ut ſui cultores beet. *Wolfius.*

p. 23. l. 8. Πολλὰς Χρυσίππου φωλάξεις.] Πολλὰς dicit, quippe ſeptingenta quinque volumina ſcripſit Chryſippus; auctore Laertio in ejus vitâ L. VII, 180. Vide p. 274. l. 17. Πάσας τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς σωλάξεις, τὰς Χρυσίππου. Vide etiam p. 505. l. 12. Memoratur adeo apud Laertium, L. VII, 190. Σωτάξις πρώτη. Σωτάξις δευτέρα. Cæterùm confer Enchir. c. XLIX. Mox pro ἀνεγνωκέναι noſter codex & Ms. Par. γεγονέναι.

l. 14. Οὗτός φησιν ἤδη καὶ δι' αὐτῆς δύνασθαι Χρύσιππον ἀναγινώσκειν.] Puto legendum δύνασθαι infinitivo modo. *Hic profitetur, ſe jam ſuo Marte Chryſippum poſſe legere.* Quod ad ſententiam attinet: præcepta philoſophorum intelligere, parvum quiddam cenſet Epictetus, & Grammatici potiùs quàm Philoſophi id eſſe munus. Sed philoſophorum præceptis parere, hoc eſt, naturæ congruenter vivere, id demum eſſe philoſophi. Poteſt hoc, & fortaſſe debet ad Theologiam quoque transferri. Eos enim audit Deus, & inter ſuos numerat, qui adorant ſpiritu & veré: eámque fidem probat, quæ per charitatem eſt efficax: & eam laudat arborem, quæ bonorum fructuum proventu ſuam bonitatem teſtatur. Dolendum profectò eſt, & religioni Chriſtianæ (ut de philoſophia taceam) pernitioſum, eos officio minimè fungi, qui officium rectiſſimè intelligunt. *Wolfius.*

Ibid. Φησὶ, indefinite ſumitur in hoc loco & centies alibi in hiſce diſſertationibus. Perpetua eſt loquendi formula quum ſibi quidquam opponi fingunt. Livius XXXIV, 3. *Ut auro & purpura fulgeamus, inquit.* Vide ibi Gronovium. Horat. Serm. I, 4. verſ. 78.

——— *Lædere gaudes,*
Inquit.

Ubi Bentleius. "*Inquit.* Rectiſſime. "Quippe *inquit* perpetua formula eſt, "ubi aliquid ex adverſo nobis objici "& opponi fingimus; ſive id ab "uno, ſeu pluribus; ſive ab abſente, "ſeu præſente fiat. —— Ita centies "ſexcentieſque apud Senecas & Quin"tilianum. Et eodem modo φησὶ "*inquit* uſurpat Arrianus in Epicte"tis." Phædrus l. 3. Prol. *Verum, inquit, tanti non eſt ingenium tuum.* Vide ibi Burmannum. Retinuit, *inquis*, Bentleius. Cicero Tuſ. Diſp. I, 39. *Nondum guſtaverat, inquit, vitæ ſuavitatem.* Hanc loquendi formulam Daviſius ibi notavit.

p. 24. l. 1. Τί ἐμπαίζεις αὐτῷ.] *Quid illudis ipſi?* Hæc quæ tertiâ perſonâ proferuntur, omnia puto ſecundâ eſſe proferenda, ut & ſententia poſtulat, & ipſa verba patiuntur. Uſitata corruptela & proclivis eſt αὐτὸν

pro ἀυτὸν, & usitata enallage (si modò enallage, ac non corruptela potiùs) ἀυτὸν pro σαυτὸν vel ἐμαυτὸν scribere. Sed non impedio, si quis tertiam personam mavult. Nam & Scriptura sic habet, & sententia non admodum adversatur. Proclives tamen sunt hujusmodi lapsus. Sed desino,

Ἀεὶδων ξανθοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε ἑέθλοι. *Wolfius.*

l. 4. Ζητῶ.] Ζητῇ, ita scribendum videtur.

l. 8. Ἐν προσθέσει καὶ ἐποχῇ.] *In assensu, & sustinendo assensu,* Πρόσθεσιν intelligo τὴν συγκατάθεσιν, assensum. Πρόθεσις propositum est. Ἐπέχειν καὶ διασκέπτεσθαι sustinere assensionem, & ampliùs deliberare, fuisse moris Academici, non est ignotum: idque in tyrone philosophiæ Epicteto non improbari, suprà est à nobis indicatum. *Wolfius.*

l. 9. Πρῶτοι δ' εἰσὶν οἱ πρῶτοι τόποι.] *Principes autem sunt primi loci.* Obscurum est quid velit. Sed ego principem locum intelligo, divisionem illam rerum nostrarum & alienarum, unde reliqui loci pendent. *Wolfius.*

Ibid. Πρῶτοι δ' εἰσίν.] Nihil hìc ad rem *Wolfius.* Vide omnino L. III. c. 11. in initio, & quæ ibi annotavimus.

l. 11. Ἆρα πῶς προκόπτεις;] Hæc lectio est nostri codicis; alii ἆρα ἔτω προκόπτεις.

l. 15. Ὄψει σὺ καὶ οἱ ἁλτῆρες.] *Tu videbis & halteres tui,* ἁλτῆρες παρὰ τὸ ἅλλεσθαι dicuntur, plumbeæ pilæ, quibus in saltando rectius sese librabant. Martialis,

Halteres agili rotant lacerto. Wolf.

Ibid. *Videris tu, & viderint tui halteres.* Nota interea hanc loquendi formulam sæpius ab Epicteto usurpatam, ὄψει σύ, ὄψεται ἐκεῖνος, ὄψονται οἱ ἄλλοι. quasi dicat, Quid hoc ad me? Sic Cicero de Nat. Deor. I, 7. *Quid didicerimus, Cottæ viderit.* Ovid. de Remed. Amor. *Viderit Atrides.* Et sæpissime M. Anton. ut L. V, 25. Ἄλλος ἁμαρτάνει· τί εἰς ἐμέ. ὄψεται. Certissima est correctio: Ἄλλος ἁμαρτάνει. Τί εἰς ἐμέ; ὄψεται. *Alius peccat. Quid hoc ad me? viderit ipse.*

p. 25. l. 4. Πῶς ἐπιβάλλεις καὶ προσίθεσαι.] *Quomodo res aggrediaris, quomodo assentiaris,* τὸ ἐπιβάλλειν refero ad doctrinæ methodum, quam assensio sequitur: assensionem præparatio diligens gerendæ rei. Sunt hæc brevia, arguta, non pervulgata, nec sine animi attentione intelliguntur. *Wolfius.*

Ibid. Προσίθεσαι sic ex nostro codice, monente quoque Salmasio, reposuimus pro προσίθεσαι. De hisce autem vocibus consule indicem. Mox πότερον, non πότερα habet noster codex.

l. 11. Δοκεῖ.] Δοκῶ legendum putat Salmasius.

l. 14. Πᾶν ὃν ἡ π.] Articulum ἡ habes ex nostro codice.

l. 15. Ἐπέρχεται.] Vide p. 477. l. 1. 483. l. 9. 511. l. 15.

p. 26. l. 5. Μεθαειτίζεσθαι.] Basilienses codex, μεθαειτίζεσθαι, παρὰ τὴν ῥιπὴν, unde ῥιπίζω. Sed quid si μεθαρυθμίζεσθαι legatur? nisi forte τὸ μεθαειτίζεσθαι sit vehementius μεθαρπαγίζεσθαι, παρὰ τὴν ἁρπαγὴν. Haud scio quàm sit usitatum. Utcunque sit, de sententiâ constat. *Wolfius.*

Ibid. μεθαῤῥιπίζεσθαι.] Sic noster codex. At Edit. Ven. & Salmant. μεθαειτίζεσθαι. Basil. μεθαῤῥιπίζεσθαι, vertente Schegkio, *modo bis modo aliis affectibus agitatum exardescere.* Wolfius, *transferri.* Videtur interea vera lectio μεθαῤῥιπίζεσθαι, à ῥιπίζω, eodem sensu ac apud Jacob. c. 1. 6. ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ. Tamen Lexica

Lexica non agnoſcunt μεταῤῥιπίζεσθαι.

l. 7. Ἡ χωλύειν δυνάμενος. ἢ λοιπὸν ἔνδον.] Videtur deeſſe prius membrum, quo deſcribatur ejus animus, cui in ſeipſo poſita ſint omnia. *Wolfius.*

l. 8. Καὶ λοιπόν.] Refer ad εἴ τις quod præceſſerit. Εἴ τις ὑμῶν ἀποσὰς —— μεμάθηκέ τε —— ἢ λοιπὸν —— ἔτος ἐστὶν κ. τ. λ. Hæc eſt conſtructio.

l. 9. Ὡς αἰδήμων ἐσθίει.] Vide hujus libri cap. 13. in initio.

l. 10. Ἐπὶ τῆς ἀεὶ παραπιπτούσης ὕλης τὰ προηγούμενα ἐκπονῶν.] Τὰ προηγούμενα intelligo, τὸ τὴν προαίρεσιν κατὰ φύσιν τηρῆσαι, ut habet Enchiridion, hoc eſt, ut omnia dicta & facta cum naturâ congruant: Philoſophus naturam, curſor curriculum, phonaſcus vocem curat. *Wolfius.*

l. 13. Ὁ μὴ οἰκεῖ ἀποδεδημηκάς.] Peregrinatio in uſu olim apud philoſophos. Tangit hunc morem Epictetus, p. 420. lin. ult. p. 424. l. 12. p. 438. l. 13. p. 482. l. 2. & p. 505. l. 2. Refert Socrates in Platonis Critone tanquam rem inuſitatam, ſe nunquam, niſi militandi gratiâ, ex Atticâ deceſſiſſe.

l. 14. Εἰ δ' ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς βιβλίοις ἕξιν τέτραπται.] *Si quis verò lectitandorum librorum exercitationi eſt intentus.* Non reprehendit lectionem diligentem: ſed eam ſequi vult vitam præceptis conſentaneam. Fieri autem vix poteſt, quin is qui optima quæque ſcripta non ad oſtentationem aut guſtum legit, mores etiam atque opiniones emendet. *Wolfius.*

p. 27. l. 2. Τῷ αὐτῷ Βίῳ.] Αὐτῷ pro ἑαυτῷ, ſeu ἑαυτῷ.

l. 5. Τί καίνειον.] Cæteri τί τὸ κ. Articulum verò ejicimus auctoritate noſtri codicis: ita melius cum ſequentibus quadrat, τί θάνατος, τί φυγὴ, ſic dici debet τί καίνειον. Hæc quanquam leviora, tamen omittenda non duco. Sequenti verſu, inſerendum forſ. καὶ, καὶ ἐν τῇ φ. *ut etiam in carcere.* Quæ ſequuntur verba ſunt Socratis apud Platonem in Critone, alibi ab Epicteto laudata. p. 153. 589.

l. 8. Ἐπὶ ταῦτά μοι τὰς πολιὰς ἐτήρησα;] Apertiſſima Tragicorum ejulatio. Haud abſimile illud apud Virg. Æn. XI, 159.

Felix morte tuâ, neque in hunc ſervata dolorem.

l. 10. Πρίαμος δὲ τὰ λέγει, ἀλλ' ὁπόσοι βασιλεῖς λέγουσι.] Dubium an hæc cum interrogatione legenda ſint. Etſi intelligi ſic quoque poteſt: Quamvis Priamus in aliqua tragœdia hæc non dicat, tamen tyrannicam vitam talium querelarum haud fere eſſe expertem. Quod ſi falſo talia tribuantur regibus: tamen id tragicorum mendacium lectoribus eſſe utile, &c. *Wolfius.*

l. 11. Οἰδίπους τὰ λέγει;] Hæc verba Οἰδίπους τὰ λέγει noſtro codici debemus: in aliis deſunt. Alio autem modo conſtrui poſſunt, deleta interrogatione: *Non ſolùm Priamus hæc dicit, non Oedipus ſolùm, ſed etiam reges eadem dicunt.* In hujuſmodi locutionibus μόνον, idque eleganter, ſupprimitur. Sic Theoc. Id. X, 19.

——Τύφλος δ' ΟΥΚ αὐτὸς ὁ πλοῦτος,
Ἀλλὰ καὶ ὁ φεύγων ἔρως.

ΟΥΚ, id eſt, οὐ μόνον: *Non modo ipſe Plutus cæcus eſt,* verùm *etiam,* &c. Longinus, Τῶν θεῶν δ' ΟΥ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀτυχίαν ἐποίησεν ἀϊδιον. *Homerus non ſolum deorum naturam, ſed & miſeriam æternam fecit.* Atque ita Latini.

l. 12. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ τραγῳδία.] Vide p. 124. l. 9. p. 149. l. 12. & Ariſtot. Poet. cap. VI. L. 1. & M. Anton. L. XI, 6.

l. 15. Τῶν ἐπὶ ὀς ἀπεραιρέτων.] Τῶν ἀπεραιρέτων, id est, τῶν ἐπὶ ὀς. Quæri potest an hoc loco deleatur ἐπὶ ὀς, tanquam glossema: an legendum potius, τῶν ἐπὶ ὀς καὶ ἀπεραιρέτων.

l. 16. Τὴν ἀπαλὴν ταύτην.] Ita à naturâ comparatum est, ut aliqua saltem species Recti, Pulcri, Decori, in animis nostris necessariò inhæreat, & ad sese rapiat. Finge exempli gratiâ, in istiusmodi rebus, ubi fortuna dominatur, ut illud Pulcrum quæratur: nonne hoc est, *cum ratione insanire, cùm quis mobilia & cæcâ fluitantia sorte laboret reddere certa sibi?* At Pulcrum illud, & Rectum ab externis ad vitam & mores, ut par est, transferatur; hinc proprium aliquid, quod alios penes non est, exoritur. Quod si hinc decipimur, ἐγὼ μὲν ἤθελον τὴν ἀπαλὴν ταύτην κ. τ. λ. Equidem errorem hunc (si error sit) extorqueri mihi nolim, ex quo vitam jucundissimam, imperturbatamque ducturus sim.

p. 28. l. 3. Τί ἔν ἡμῖν;] Hæc est objectio auditoris: cui respondet Epictetus, Ἵνα γνῶς. Haud recte; itaque ad oram cod. Basil. scribitur ὑμῖν.

l. 5. Λάβε μοῦ τὰ βιβλία.] Hæc dicuntur ab Epicteto quasi ex Chrysippi personâ. Aliter pro μοῦ, μοὶ reponendum videtur. Mox versu sequente pro ὡς ἀληθῶς scribitur ad oram nostri codicis: ὥστε, ἄλλως ὅτι.

l. 8. Τὴν ὁδόν.] Ὁδὸς est, *certa ratio atque methodus.* Vide infra ad p. 90. l. 15. Sic usurpat Theognis vers. 381.

Οὐδέ τι κεκευθμόν πως Δαίμονός ἔστι βεβῶσιν,
Οὐδ' ΟΔΟΣ, ἥντιν' ἰὼν ἀθανάτοισιν ἄδοι.

Ubi pro ἄδοι legendum ἄδοις *placeas*, id est, *aliquis placeat.*

Neque quicquam decretum est ex numine mortalibus,
Neque via (id est, vitæ ratio) *quam ingressus Diis placeas.*

l. 8. Εἶτα.] Indignabundus loquitur; quod patet ex voce Εἶτα in initio sententiæ posita. Sic enim εἶτα usurpatur; præcipue apud Atticos. Vide Schol. ad Aristoph. Plut. vers. 79.

l. 10. Ἀνεσάκασιν.] Ita omnes codices, non ἀνεσήκασιν.

Ibid. Ἡμέρας τροφάς.] Ovid. Met. V, 655. Triptolemus loquitur,

Dona fero Cereris, latos quæ sparsa per agros
Frugiferas messes, alimentaque mitia *reddant.*

l. 11. Τὴν ἀλήθειαν εὑρόντι.] Similiter à suis Epicurus dicitur, *Pater veri, veri inventor.* Petron. c. 132.

Ipse Pater veri *doctis Epicurus in hortis.*

Cic. de fin. L. I, 10. *Eaque ipsa, quæ ab illo* inventore veritatis, *& quasi Architecto beatæ vitæ dicta sunt explicabo.* Atque ita Lucretius, emendante Davisio:

Tu pater & veri inventor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta.

non ut vulgo *rerum inventor.*

l. 12. Ἐξενέγκαντι.] Codex noster & Ms. Par. ἐξενεγκόντι.

l. 13. Τίς ἡμῶν.] Ita pro ὑμῶν reposui. Modo dixit ἡμῖν ἔδωκε, & paulo post ἐπιθύομεν & εὐχαειτήσομεν. Hoc vidit & Wolfius, nam vertit, *Quis nostrûm.* Sed Lucretium audiamus eadem fere de Epicuro loquentem.

Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animoque
Expulerit dictis, non armis: nonne decebit
Hunc hominem numero divûm dignarier esse?

l. 16.

l. 16. Ἔδωκεν.] Ita ex noſtro codice repoſui; alii omnes ἔδωκεν: cum mox ſequitur ἐξήνεγκεν & ἤμελλον. Notanda interea eſt numerorum mutatio; nam θεὸς præceſſit. Ita apud Cicer. de Nat. Deor. p. 93. *Hoc idem fieri in* Deo ——— *ex quo eſſe* beati *atque* æterni *intelligantur.* Vide ibi Daviſium, & Terent. Eunuc. Act. 2. Sc. 1.

Dii boni quid hoc morbi eſt? adeone homines *immutarier ex amore, ut non cognoſcas* eundem *eſſe?*

Ubi Donatus, More ſuo à plurali numero ad ſingularem ſe convertit.

Reliqua ſic corrige, pag. 23. lin. 7. προκόπτει; l. 14. Οὗτος, φησὶν, ἤδη p. 25. l. 9. τοιαῦτα· p. 26. l. 12. φωνασκικῶς· ὅτός ἐστιν p. 28. l. 12. ἐξενέγκαντι· l. 14. ἐπὶ τούτῳ

CAP. V.

PAg. 29. lin. 6. Πρὸς τὰς Ακαδημαϊκάς.] Confer L. II. c. 20.

l. 7. Ἂν τις, φησίν.] Academici nihil ſciri, aut certa notitia comprehendi poſſe cenſent: quare ab omni aſſenſu ſe cohibent: nec pro certo quicquam defendunt, ſed pro & contra quamque rem afferunt rationes, quas principiis rationum & demonſtrationum ſi opponant, hoc loco Epictetus oſtendit ſignum non eſſe aut infirmitatis ingenii illorum quibus contradicitur, aut ſolertiæ eorum qui contrà diſputant: ſed ipſorum potius ſtuporis, qui animadvertant, ſe & ſibi & aliis intelligentiæ ſenſum eripere, ſublatis his principiis, per quæ reliqua percipi & cognoſci ſoleant. Quare talem affectionem animi in contradicendo hoc loco appellat ἀπολίθωσιν, Ariſtoteles in octavo Phyſixῶν nominat ἀῤῥωσίαν τῆς διανοίας. *Schegkius.*

l. 11. Ἀλλ' ὅταν ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ.] Ἀπολιθοῦσθαι, *in lapidem tranſire.* Utitur Ariſtot. in problem. monente Gatakero ad M. Anton. L. VI, 30. Ἀπολιθωθέντα Virgilius depingit Æn. VI, 470:

Nec magis incepto vultum ſermone movetur,
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Sed quiſnam horum verborum ſenſus, ἀλλ' ὅταν ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ? nullus ſane. Equidem credo verba quædam librariorum incuriâ excidiſſe; quæ quidem ſupplenda ſunt ex p. 45. l. 5. ἐπ' ἀδύνατον ἀπαχθῆναι. vel ex p. 362. l. 14. εἰς ἄδηλον ἄτοπον ἀπαχθήσεται. Ex alterutro horum locorum legendum arbitror, aut ἀλλ' ὅταν ἐπ' ἀδύνατον [aut εἰς ἄτοπον] ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ. *cum verò ad impoſſibile* [vel *ad abſurdum*] *adductus, in lapidem quaſi converſus fuerit.*

l. 14. Τῷ ἐπιρεπτικῷ.] Articulum τῷ habes ex noſtro codice & Ms. Par. qui male in cæteris deeſt.

Ibid. Παραλλαγμῷ.] Ita legi oportebat, non παραλλαμῷ, quæ lectio eſt codicis Baſil. Παραλάττεσθαι, inquit Budæus, eſt *opponere ſe ut repugnaturum.* M. Ant. L. VIII, 48. Κἂν ἀλόγως παραλάξῃ. *Tametſi non ratione ſed obſtinatione merâ inſtructa ſit.* Conſulendus Gatackerus ad M. Anton. L. XI, 3. Μὴ καλὰ φιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χειστιανοί. *Non ab obſtinatione merâ pro Chriſtianorum more.*

p. 30. l. 4. Παντ' ἂν μηχανησαίμεθα.] Ita noſter codex: alius verborum ordo in cæteris, πάντα μηχανησαίμεθ' ἄν.

l. 7.

l. 7. Διακείμεθα.] Διακεισθόη, ſcil. ἡ ψυχὴ, aut τις διακείμεθα. Meibomius.

Ibid. Μηδὲν παρακολουθῶν.] Potius μηδένι cum Salmaſio legendum. Seneca Epiſt. 88. *Audi quantum mali faciat nimia ſubtilitas, & quàm infeſta veritati ſit. Protagoras ait de omni re in utramque partem diſputari poſſe ex æquo. ——— Parmenides ait, ex his quæ videntur, nihil eſſe in univerſum.* [lego, *nihil eſſe præter unum.* Ita eſſe legendum patet ex iis quæ mox ſequuntur, *ſi Parmenidæ, nihil eſt præter unum.*] *Zeno Eleates omnia negotia de negotio dejecit; ait nihil eſſe. Circa eadem ferè Pyrrhonii verſantur, & Megarici, & Eretrici, & Academici, qui novam induxerunt ſcientiam,* Nihil Scire. Cicer. de Nat. Deor. L. I, 7. *Ambo enim, inquit arridens, ab eodem Philone* Nihil Scire *didiciſtis.*

l. 10. Τοῦτο ἔτι οὐ δύναμιν καλοῦμεν.] Hæc εἰρωνικῶς, Epictetus. aut cum interrogatione ſcribendum.

l. 11. Καταλαμβάνεις ὅτι ἐγρήγορας;] Verba Epicteti ad Academicum. Καταλαμβάνεις, id eſt, ἔχεις καταληπτικὴν δύναμιν. Notat Academicorum ἀκαταληψίαν: quâ veri & falſi, atque adeo decori atque indecori, boni & mali, diſtinctionem tollebant.

l. 13. Οὐδὲν ἂν διαφέρει.] Interrogationem pono poſt ἐκείνης; deinde diſtinctionem poſt οὐδέν· & pro ἔτι lego τί hoc modo, Οὐδὲν ἂν διαφέρει αὕτη ἡ φαντασία ἐκείνης; οὐδέν· τί τοῦτο διαλέγομαι; vel τί ἔτι τοῦτο διαλέγομαι. *Salmaſius.* Nihil certe hìc ad rem Salmaſius; fracta eſt ſententia, cum indignatione quadam prolata. Negat Epictetus amplius cum iis diſputaturum: οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι. Idque ex nonnullorum Stoicorum more. Cic. Academ. L. I, 6. *Sed quod nos facere nunc aggredimur ut contra Academicos diſſeramus, id quidam è philoſophis & ii quidem non mediocres, faciendum omnino non putabant; nec verum eſſe ullâ ratione diſputare cum iis, qui nihil probarent: Antipatrumque Stoicum, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant.* Confer p. 302. l. 9.

l. 16. Αἰσθανόμενός ἀ προσποιεῖται.] Forſan legendum, ἃ αἰσθανόμενός, εἰ γ' ἔτι προσποιεῖται, χείρων. vel τοῦτο αἰσθανόμενός, εἰ ἔτι προσποιεῖται, χείρων.

p. 31. l. 1. Μάχην ἔτ' ἀ συνορᾷ.] Pugnam, non exercituum, ſed rationum & propoſitionum intelligo. *Wolfius.*

l. 2. Κακῶς ἔχει συνορῶν.] Ita noſter codex & ms. Par. cæteri ἀ συνορῶν. Quid vero ſi ita diſtinguas, ἀ συνορᾷ; ——— οὐδὲ προκόπτει; ſed adhuc hæreo.

l. 3. Ἐκλέτμηται.] Haud diſplicet Salmaſii diſtinctio; ἐκλέτμηται τὸ α. α. κ. ε. κ. τ. λογικόν; οὐκ α.

l. 7. Τὴν τῶν κιναίδων.] Confer p. 302. l. 12.

Leviora errata ſic emenda p. 29. l. 7. Ἄν τις, φησὶν, p. 30. l. 6. ψυχῆς, l. 9. ἀπονενεῳθῇ.

Cap. VI.

Pag. 31. lin. ult. Τὴν εὐχαειστίαν.] *Gratum animum.* Lego εὐχρηστίαν, *uſum & commoditatem.* Sic etiam ſub finem capitis εὔχρηστα ἦν πρὸς τὸ δεῖξαι, non εὐχάειστα. *Wolfius.*

Ibid. Τὴν εὐχρηστίαν.] Ita optime noſter codex, nullo ſenſu alii libri τὴν εὐχαειστίαν exhibent. Apud Stobæum corrupte ſcribitur ἀχρηστίαν Ecl. Phyſ. L. 1. Occurrit hæc vox

infra

infra p. 320. l. 11. Apud Porphyrium quoque de Abſtin. L. 3. c. 20. ubi Carneadis ſententia citatur. Ἕκαστον τῶν φύσει γεγονότων, ὅταν τὸ πρὸς ὃ πέφυκε καὶ γέγονε, τυγχάνῃ τέλους, ὠφελεῖται. —— Κοινότερον δὲ τῆς ὠφελείας, ἣν ΕΥΧΡΗΣΤΙΑΝ ἔνιοι λέγουσιν, ἀκουστέον.

p. 32. l. 1. Εἰ χρώμεθα.] Ms. Par. Ἐπ' αὐτοῖς. ἐὰν ἂν χρώμεθα. Noſter codex εἰ δὲ χρώμεθα. & mox θεωρητὴν αὐτοῖς.

l. 2, Πεποιήκει.] Legit Salmaſius ἐπεποιήκει vel πεποίηκοι. Eundem cum Salmaſio errant errorem plurimi viri docti, qui non notaverunt augmentum ε apud proſaicos ſcriptores ſæpe in hoc tempore abjici. Sic p. 583. l. 6. & p. 107. l. 13. πεπρᾶχει. p. 160. l. 10. ἐπικεκείκει. Apud Marc. 14, 44. δεδώκει. 15, 7. πεποιήκεσαν. 16, 9. ἐκβεβλήκει. Joann. 11, 57. δεδώκεσαν. Act. 14, 23. πεπιστεύκεσαν. & alibi. Apud Joſephum verò in hoc tempore ε adeo frequenter aufertur, ut mirer Hudſonum ab emendationibus hac in parte non abſtinuiſſe.

l. 5. Τὰ ὄντα.] Res ſenſiles, non intellectuales, quo ſenſu τὰ ὄντα utuntur Platonici. Hinc adeo locus emendandus apud Max. Tyrium cap. 1. in ipſo ſtatim initio, ὁ εὐφυὴς καὶ τῶν ΟΝΤΩΝ Πλάτων. pro ΟΝΤΩΝ lego ΑΝΩΝ, i. e. ἀνθρώπων.

l. 5. Οἷα ὑποπίπτειν.] Fortaſſe οἷα δ' ὑποπίπτειν.

p. 33. l. 1. Τὸ δ' ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ.] Cauſam finientem in natura eſſe, ratione cujus τοῦ καλῶς καὶ θείου particeps ſit natura rerum, multis in locis oſtendit Ariſtoteles præſertim in ſecundo Φυσικῶν, & in quinto de Procreatione animalium, & in primo de partibus animalium. Cæterùm in ſecundo de Procreatione animalium volumine, cauſam ſexus differentiæ non tantùm ad neceſſitatem refert materiæ, ſed etiam ad providentiam divinam, ex qua dependeat finiens cauſa, καὶ τὸ καλὸν naturæ rerum. Sic enim ſcribit: Τὸ δὲ θῆλυ καὶ ἄρρεν, ὅτι μέν εἰσιν ἀρχαὶ γενέσεως, εἴρηται πρότερον, καὶ τίς ἡ δύναμις, καὶ ὁ λόγος τῆς οὐσίας αὐτῶν. διὰ τί δὲ γίνεται καὶ ἔστι τὸ μὲν θῆλυ, τὸ δὲ ἄρρεν, ὡς μὲν ἐξ ἀνάγκης καὶ τῷ πρώτῳ κινεῖσθαι, καὶ ὁποίας ὕλης προϋπάρχειν δεῖ φέρειν τὸν λόγον, ὡς δὲ διὰ τὸ βέλτιον καὶ τὴν αἰτίαν, τὴν ἕνεκα τινὸς ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ παντὸς ἔχει τὴν ἀρχήν. Et hoc quid aliud eſt quàm divinitus ſexus differentiam in naturam eſſe introductam? quod ipſum in Oeconomicis his quoque expreſſit verbis: Οὕτω προνοεῖσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐκλέξαι ἡ φύσις, τῷ τε ἀνδρὶ καὶ τῆς γυναικὸς, πρὸς τὴν κοινωνίαν. *Schegkius.*

l. 4. Ἀλλὰ ταῦτα μέν.] Subaudi ἐμφαίνει. Salmaſius.

l. 4. Ἡ δὲ τοιαύτη τῆς διανοίας κατασκευή.] A mente rationes & notitiæ quæ applicantur, Græcè appellantur καθόλου, ſcholæ nominant univerſalia: quæ ut formari ſoleant opificio mentis, rerum ſingularum ſenſibus ſubminiſtrantibus, ex Ariſtotele diſcendum. Hac enim brevi admonitiuncula res tanta explicari non poteſt. *Schegkius.*

Ibid. Ἡ δὲ τοιαύτη.] *Talis autem mentis fabrica.* Quia Epicteti verba obſcuriora ſunt: clariora fient Ciceronianis adhibitis è lib. 1. de officiis. *Sed inter hominem*, inquit, *& beluam hoc maxime intereſt, quod hæc tantum, quantum ſenſu movetur, ad id ſolum quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe accommodat, paululum admodum ſentiens præteritum aut futurum: homo autem qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia*

& cau-

& causas rerum videt, earumque progressus & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adjungit, atque annectit futuras: facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias. Wolfius.

l. 9. Οὕτω πῶς.] Scribe πως, enclitice.

l. 15. Ἐφ' ἡμῶν μόνων.] Recte μόνων habent codices Ven. & Salmant. male Basil. μόνον.

p. 34. l. 3. Ἄλλο γάρ ἐστι χρῆσις, καὶ ἄλλο παρακολούθησις.] Vide p. 204. l. 11. p. 244. l. 11.

l. 4. Ἐκείνων χρείαν εἶχεν ὁ θεὸς χρωμένων ταῖς φαντασίαις.] *Deo fuit opus illis utentibus visis.* Τὸ χρείαν ἔχειν improprie de Deo dicitur, qui est ἀνενδεὴς, nec ullâ re eget, Quare verbis omissis sententiam expressi. *Wolfius.*

Ibid. Ἐκείνων χρείαν εἶχεν ὁ θεός.] Hæc improprie dici existimat Wolfius: at ita tamen loquitur p. 155. lin. ult. χρείαν δὲ ἔχει κόσμος τοιοῦτος. & p. 171. l. 3. χρείαν δὲ ἔχει, &c. *Cogita jugiter* (inquit M. Ant. L. IV, 40.) *Mundum esse animalis unius instar.* Vide reliqua. Ipse Mundus, ut cum Stoicis loquar, quodammodo Deus est, uno corpore, unâ animâ constans. Ἓν καὶ πολλά:

——— *Cum Spiritus unus*
Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem,
Omnia pervolitans.

Manilius L. 2. Confer Virg. Æn. VI. 726.

l. 6. Καὶ ἀναπαύεσθαι.] Noster codex, cum articulo, τὸ ἀν. Quem articulum sequente versu, τῶν αὐτῶν, fide ejusdem codicis & Ms. Par. reposui.

l. 12. Περίτομεν.] Scribendum περίτωμεν. Sic codices Ven. Salmant. & Basil.

p. 35. l. 7. Τὸν δ' ἄνθρωπον θεατὴν.] Zeno apud Laertium VII, 130. Τεγονέναι γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπίτηδες τὸ λογικὸν ζῶον πρὸς θεωρίαν καὶ πρᾶξιν. Sic p. 557. ἐκεῖνός τε εἰσήγαγεν ——— ΘΕΑΣΟΜΕΝΟΝ τὴν διοίκησιν αὐτῷ, καὶ συμπομπεύσοντα αὐτῷ; vide ad p. 246. l. 11. ubi vita cum publicâ celebritate comparatur.

l. 10. Ἄρχεσθαι.] Male noster codex & Ms. Par. ἀρκεῖσθαι: mox enim ἔνθεν μὲν ἄρχεσθαι.

l. 11. Ἔνθεν μὲν ἄρχεσθαι.] *Inde quidem auspicandum,* scilicet, unde beluæ auspicantur: hoc est, à sensibus, & in contemplatione resistendum. *Wolfius.*

l. 16. Τὸ ἔργον τὸ Φειδίου.] De Phidiâ vide p. 207. Plin. L. 34. c. 19. p. 648. Edit. Par. *Ante omnes tamen Phidias Athenienſis, Jove Olympiæ facto, ex ebore quidem & auro.* ——— *Floruit autem Olympiade* LXXXIV. *circiter* CCC. *nostræ urbis anno.* Quinct. L. XII. c. 10. *Phidias tamen diis quàm hominibus efficiendis melior artifex traditur. In ebore verò longè citra æmulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem feciſſet: cujus pulcritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo majestas operis deum æquavit.* Vide autem Pausan. L. V. p. 303, &c. ubi templum atque augustissima imago describitur. Valerius Max. & Eustath. ad Il. ά. 529. ad exemplar Jovis Homerici, Olympicum Jovem tradunt Phidiam finxisse.

p. 36. l. 1. Ἀλλ' ἔστιν ἤδη καὶ πάρεστι τοῖς ἔργοις.] Corruptus videtur hic locus, nec satis occurrit quomodo corrigendus: nisi fortè significet, non tantùm præclarum opus adesse, sed & ipsum mundi opificem præsto esse.

D. Joannes Moibanus, Augustanus physicus, in Græcis literis & philosophia

phia non minùs quàm in re medica verſatus, ἀλλ' ἔστιν ἥδη, ad quemlibet privatum hominem refert, tanquam ad μικρόκοσμον: quod quiſque non ob oculos modò conſtituta habeat Dei opera, ſed & ipſemet eorum pars atque exemplum ſit. *Wolfius.*

Ibid. Ἀλλ' ἔστιν ἥδη, καὶ πάρεστι τοῖς ἔργοις.] Vertit *Wolfius, Quæ jam adſunt, quæque præſto atque in promptu ſunt.* Elegans ſane interpretatio eſt Moibani illius de quo ſupra *Wolfius* meminit. Verumenimvero corrupta mihi verba videntur, ſic emendanda, ἀλλ' ἃ ἔστιν ἥδη καὶ πάρεστι τοῖς ἀεργοῖς, otioſis nempe, quibus nullo peregrinandi labore opus eſt, ut talem comparent notitiam. Præſto eſt opus optimum maximum, præſto eſt opifex idem optimus maximus: magnus ille Phidias. Confer p. 207. l. 12. Mox ταῦτα δὴ pro δὲ legendum cenſeo.

p. 36. l. 3. Οὔτε τίνες ἐσέ.] Perſius, Sat. V.

Quid ſumus & quorſum victuri gignimur?

l. 4. Οὔτε τί τοῦτό ἐστιν.] Sic noſter codex: additur etiam alia lectio, ἔτ' ἐπὶ τί τοῦτό ἐστιν ἐφ' ᾧ. Atque ita Ms. Par. At cod. Baſil. ἔτ' ἔτι τί τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὅ.

l. 5. Ἀλλὰ γίνεσθαι τινα ἀνδρῶν καὶ καλεπὰ ἐν τῷ βίῳ.] Confer M. Anton. L. VIII. ſ. 50. & L. VI, 36. ubi ea, quæ in mundo noxia & minus decora videantur, vocat ἐκείνων ἐπιγεννήματα τῶν σεμνῶν καὶ καλῶν.

l. 6. Ἐν Ὀλυμπίᾳ δ' ἢ γίνεσθαι;] Vide L. IV. cap. IV. Ubi etiam de ſtrepitu, clamore, ac tumultu in Olympicis agonibus. In eandem rem Dio in ſermone XXXII. p. 375. Καὶ γὰρ ὑμεῖς ὅταν συνέλθητε, θυμεῖσθε, βοᾶτε, ῥιπτεῖτε, ὀρχεῖσθαι, ποίῳ χρησάμενοι [χεισάμενοι, legit Faber Agoniſt. L. II. c. XXX, ut intunctos oleo vel medicamento ſignificet.] φαρμάκῳ, δηλονότι τῷ τῆς ἀνοίας. Et p. 384. ἀλλ' ὅταν εἰς τὸ θέατρον ἔλθητε, τίς ἂν εἰπεῖν δύναιτο τὰς ἐκεῖ κραυγὰς καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν. κ. τ. λ.

l. 9. Καλεπῶν οὐκ ἀπολαύεσε.] Obſerva, in malam partem ἀπολαύειν uſurpari.

l. 10. Ὅτι ταῦτα πάντα.] Videtur τὰ ὅτι παρέλκειν. *Salmaſius.* Male. Vide ad p. 15. l. 10. ubi eadem ſtructura.

l. 14. Εἰλήφασε;] Poſt ἀνδρείαν οὐκ εἰλήφασε; in editis codicibus, adduntur, καθ' ἃς οἴσεσε πᾶν τὸ συμβαῖνον; quæ cùm ex oſcitantiâ librariorum præcedentia inaniter repetant, fidem ſecutus noſtri codicis ejicere non dubitavi.

l. 16. Τί μ' ἐκπήσει ἢ ταράξει.] *Quid me percellet aut perturbabit?* Ego Ciceronis verbis converti liberius. *Wolfius.* Qui vertit, *Quid me quaſi tumultuantem de gradu dejiciet? aut quid dolore plenum exſiſtet?* M. Ant. L. IX, 37. Τί σε ἐξέπησι; *quid te percellit?* ſive *de mentis ſtatu dimovet?*

p. 37. l. 2. Αἱ μύξαι μυ ῥέουσι.] Vide p. 256. l. 1. &c. p. 660. l. 12. Confer M. Ant. L. VIII, 50. Forte ad Heſiodi verſum reſpexit, Scut. Herc. verſ. 267.

Τῆς ὲκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον.

Hujus quidem ex naribus mucus manabat.

l. 4. Τοῦτο οὖν ἔυλογον μύξας γίνεσθαι.] *Eſtne conſentaneum mucores exſiſtere?* Objicitur hoc ad negandam providentiam: à qua videatur alienum, res condere moleſtas & noxias. Quod querelæ genus Plinio familiare eſt. *Wolfius.*

l. 14. Εἰ δ' ἄρα ἢ ἐγίνετο.] Illud ἄρα est ex nostro codice: in aliis deest.

p. 38. l. 2. Τί οὖν; Αὐτῷ ταῦτά σε δεῖ.] Alio modo hæc interpretanda sunt. αὐτῷ pro ἑαυτῷ, & mox αὑτὸν pro ἑαυτόν. Nota autem ἑαυτὸν in omnibus personis usurpari. *Quid ergo? hæc tibi ipsi parare oportet, ac quærere, unde in tuam ipsius regionem leonem, &c.*

l. 5. Εὐχρηστα.] Ita noster codex pro εὐχάριστα, quæ vox omnes inquinârat libros.

l. 9. Φέρε νῦν, ὦ Ζεῦ, ἣν θέλεις πεπρωμένην.] Vide L. 1. c. 24.

l. 10. Ἀφορμάς.] Aliud hoc in loco vult vox ἀφορμὴ, aliud cum opponitur τῇ ὁρμῇ. Consule indicem. Hîc significat *subsidia & adminicula à naturâ accepta*, uti rectè *Gataker.* interpretari videtur ad M. Anton. L. IX, 1. ἀφορμὰς γὰρ περιλήψει παρὰ τῆς φύσεως.

l. 11. Πρὸς τὸ ΚΟΣΜΗΣΑΙ διὰ τῶν ἀποδεικνύντων ἑαυτόν.] Sic p. 439. l. 1. ἀφ' ἃ ὁρμώμενοι φέρειν δυνήσονται τὰ συμπίπτοντα κακῶς, καὶ ΚΟΣΜΕΙΣΘΑΙ ἀπὸ αὐτῶν. Et p. 435. l. 7. τί γὰρ ἄλλο ἢ ἵνα σε ΚΟΣΜΗΣΗ.

l. 14. Εἶτα τοῖς θεοῖς ἐγκαλεῖτε.] Hom. Od. δ. 32. & Plato in Alcib. 2. p. 142. edit. Steph. ἐγὼ μὲν οὖν ἔτι ἀπορῶ μὴ ὡς ἀληθῶς μᾶλλον θεοὺς ἄνθρωποι αἰτιῶνται, ἐξ ὧν κακῶν φάσκοντες κακὰ σφίσιν εἶναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἄτε ἀτασθαλίῃσιν, [lege cum Homero ἀτασθαλίῃσιν, vel communi linguâ ἀτασθαλίαις] εἴτε ἀφροσύναις χρὴ εἰπεῖν,

——Ὑπερ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.

l. 5. Καὶ ὅλον.] Καὶ ex Stobæo hunc locum citante inserui. Mox ἐν' αὐτῷ pro αὑτῷ.

l. 16. Σύ μοι δείκνυε.] Alii σὺ δέ μοι δείκνυε. Autoritate nostri codicis δὲ ex contextu ejecimus, ut cursu celeriori procederet sententia, nec minus venusta.

Alia quædam restant, quæ sic corrige: p. 33. l. 2. χρηστικὴ p. 34. l. 16. χρήσει p. 37. l. 13. τοιαύτῃ l. 14. ὀφελῶ p. 38. l. 1. ὕλας l. 16. ἀγεννείᾳ p. 39. l. 11. οἰδ'

CAP. VII.

Περὶ τῶν μεταπιπτόντων.] *Doctrina præceptorum illorum quibus de nostra sententia depellimur.* Syllogismos μεταπιπτόντας interpretati sumus, quibus aliquis sentire aliud, quàm antea senserit, adducitur, ac de priore opinione redarguitur, quam posuerit. Id ut artificiosè possit præstare quispiam, docent Dialectici: ut Aristoteles in octavo Topicorum. Epistemonicus enim, ut inquit Aristoteles, ἀμεταπτωτός καὶ ἀμεταπειστός est. In hoc genere ac studio Dialecticæ, multum elaborarunt Stoici. In differentiis ἀξιωμάτων secundum Stoicos numerat inter alias μεταπτώσιν quoque Laertius in vita Zenonis, his verbis: καὶ ἄλλας δέ φασιν διαφορὰς ἀξιωμάτων, καὶ μεταπτώσεις αὐτῷ ἐξ ἀληθῶν εἰς ψεύδη καὶ ἀνίστασθαι. Cæterùm quoad sustinere, & quemadmodum propositum suum debeat aliquis in disputatione Dialectica, docet Aristoteles in eo quo dixi libro Topicorum, & recentiores: sed horridiores atque incultiores in loquendo Dialectici, accommodatè ad Stoicorum rationem tractant hanc methodum in libellis quos inscribunt de Obligationibus: sic enim appellant, ἔστι πᾶσα ἡ τοιαύτη πραγματεία περὶς

πρὸς ἕτερον δεῖν. De his pauncula quædam apud Gellium quoque reperies, & μεταπιπτόντων Dialecticarum quædam exempla. *Schegkius.*

Ibid. Τὰς μεταπιπτούσας.] Μεταπίπτειν eſt μεταβάλλεσθαι, *mutari, decedere de ſententia & conſuetudine ſua.* Hinc μετάπτωσις, *mutatio & inconſtantia.* Μεταπίπτουσας λόγοι fortaſſe *inconſtans oratio* dici poteſt, cùm dati pœnitet, cùm reperimus id quod adverſario per imprudentiam conceſſeramus. Ἀμετάπτωτος λόγος, *oratio conſtans*, cùm dictis & conventis ſtamus. Προθετικοὶ λόγοι hoc loco dicuntur, ea quæ ab adverſario conceſſa, diſputando perſequimur: quæ ſi adverſentur ei qui conceſſit, is μεταβάλλεται καὶ μεταπίπτει, non ſtat promiſſis, mutat ſententiam, quod dederat eripit; quod eſt imperitiæ ſignum. Sic apud Platonem, Socrates pleroſque ad ea neganda adigit, quæ ipſi parùm cautè affirmârant. Sequitur in hoc capite, ἀναγκαῖον δέειν ὅτε αἰτῆσαί τινα ὑπόθεσιν, ὥσπερ ἐπέθεντο τῇ ἐξῆς λόγῳ· quod rectiùs intelligent ii qui αἰτήματα γεωμετρικὰ apud Euclidem didicerunt. *Wolfius.*

l. 5. Τῶν ἐρωτᾶσθαι περαίνοντας.] *Quæ concludunt interrogando:* hoc eſt, eo quod adverſarius interrogatus fuerit, ex ejuſque reſponſionibus concluſio petatur. *Wolfius.*

Ibid. Ἔτι δ' ἐν τῷ ἐρωτᾶν περαίνοντας.] Ita noſter codex: alii ἔτι δὲ πρὸ τ. π. Scripſit autem Chryſippus Περὶ τῶν περαινόντων λόγων. Laertius L. VII, 195.

L. 8. Πῶς ἂν ἐμοιῶ τῷ διέξοδον καὶ ἀναστρόφῳ.] Pro, καὶ τῷ διέξοδον. D. Moibanus ἀναστρόφῳ hîc intelligit τῷ ἐπιτεινῷ καὶ συνθετικῷ μέθοδον, quòd ea quæ per ἀνάλυσιν inventa ſunt, καθ' διέξοδον capiosè, καθ' σύνθεσιν verò in definitionum metas contracta, ſuccinctè explicentur, atque inverſo ἀναλύσεως ordine procedatur. *Wolfius.*

Ibid. Ἐμοιοῖ.] Durum videtur ἐμοιοῦν τῷ διέξοδον, niſi ſubaudias καθ'. Non inepte legetur ἐμοῖ. *Salmaſius.* Habent codices Ven. Baſil. & Salmant. ἐμοιοῖ, noſter codex ἐμοῖ. Mihi certiſſima emendatio videtur ἐμῇ.

l. 11. Οὐ συγκαθήσει.] Sic legendum à συγκαθίημι, unde συγκαθεὶς ἀόρ. β'. participii: *qui ſe demiſit, qui deſcendit in arenam. Wolfius.* Noſter codex συγκαθήσει. corrupte alii συγκαθήκει.

p. 41. l. 1. Μὴ τοῦτον δέ.] Lego τοῖς δὲ τούτων μηδέτερον. Sententia eſt: Eſſe bono viro diſputandum, idque non temere & obiter, requiri ergo meditationem & artem. *Wolfius.*

Ibid. Μὴ τούτων δὲ μηδέτερον.] Ita noſter codex: & Baſil. codex Ven. μὴ τοῦτον. Ms. Par. μὴ τοῦτον δὲ μηδ' ἕτερον. Pro μὴ τούτων; Meibomius delet μὴ, aut ſcribit καὶ. Nihil muto: μὴ δὲ μηδέτερον τούτων προσδεχομένοις, *qui neutrum horum admiſerint.* Acrius negat gemina negatio.

l. 4. Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται; ἐν λόγῳ τἀληθῆ τιθέναι.] *Sed quid de ſe promittit ſtudioſus? Nimirum ſe rationibus ſuis adhibere vera.* Nam in obligationibus diſputationum Dialecticarum quod ponitur, aut affirmari, tanquam verum, aut negari, ut falſum, aut dubiè poni, ut incertum conſuevit. *Schegkius.*

Ibid. Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται ἐν λόγῳ;] *Quid enim in Logicâ promittitur?* Sic mox, τί παραγγέλλεται ἐν λόγῳ; *quid in Logicâ præcipitur? Te admiſſurum id, quod conſequens eſt propoſitionibus rectè à te conceſſis.* Ita vertendum.

l. 6. Τὰ ἄδηλα.] Cum Meibomio πρὸς inserendum, πρὸς τὰ ἄδηλα. Sic certe p. 143. l. 1. πρὸς δὲ τὰ ἄδηλα ἐπέχειν. p. 363. l. 12. πρὸς τὸ ἄδηλον ἐπέχειν. Vide & p. 337, 13. Cicero Academ. II, 17. ἐπέχειν, vertit, *sustinere adsensionem*. Et l. 18. *Ex his necessario nata est* ἐποχὴ, *id est adsensionis retentio*. Sext. Emp. L. II. c. 22. Οἱ περὶ Χρύσιππον δογματικοὶ ἐν τῇ συνεραιήσει τῶ σωρείτῃ περιόντῳ τῶ λόγῳ, φασὶ δεῖν ἴσασι καὶ ΤΗΝ ΕΠΕΧΕΙΝ ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς ἀτοπίαν. Hinc quoque M. Ant. L. X, 12. ἐπέχειν. Qui quidem locus perperam sollicitatus est ab interpretibus: τίς ὑπονοίας χρεία, παρὸν σκοπεῖν τι δεῖ περαχθῆναι; κἂν μὲν συνορᾷς, εὐμενῶς, ἀμεταστρεπτὶ τούτῳ χωρεῖν· ἐὰν δὲ μὴ συνορᾷς, ἐπέχειν, καὶ συμβούλοις τοῖς δεῖσοις χρῆσθαι. *Quid suspicione est opus, cum præsto sit* [vel, *cum liceat*, παρὸν] *considerare quid fieri oporteat? & si perspexeris, placide, constanter eâ fac progrediaris*: [omissâ copulativâ, quod usitatissimum:] *Si non verò perspexeris, sustineas adsensionem, & optimos quosque in consilium adhibeas.*

l. 9. Ὅτι — παρεδέχου.] De constructione vide supra ad p. 15. l. 10. Reposui autem ὅτι autoritate nostri codicis, διότι habent Editi.

p. 42. l. 5. Τὸν μέλλοντα ἐν λόγῳ συνεῶς ἀναστρέφεσθαι, καὶ αὐτόν τε κατ' ἀπόδειξιν ἕκαστα ἀποδόντα.] Sic legendum puto pro καὶ αὐτὸν τ' ἀποδείξειν. *Wolfius.*

l. 6. Καὶ αὐτὸν ἀποδείξειν.] Ita noster codex. Legit Cod. Ven. καὶ αὐτόν τ' ἀπόδειξιν. Omnino autem lege cum Salmant. edit. καὶ αὐτὴν κατ' ἀπόδειξιν ἕκαστα ἀποδόντα.

l. 7. Ἀποδόντα καὶ παρακολουθήσειν.] Cum demonstratione singula explicârit, etiam intellecturum de monstrationes.' Observentur hæc participia, & particula καί. *Wolfius.*

l. 9. Ὡς ἀποδεικνυόντων.] Dele interrogationem.

l. 9. Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν.] *Ergo venit nobis.* Intelligi potest ergo deprehendimus vel ostendimus. Sed quid si legas, οὐκοῦν ἐλελήθει ἡμᾶς; *Ergo latuit nos? non animadvertimus?* Wolfius.

l. 11. Καὶ γυμνάσια, καὶ ἀναγκαῖα.] Potest intelligi κατ' ἀπόφασιν, non modo non supervacanea, sed etiam necessaria. Quid verò si legatur χρησιμὰ καὶ ἀναγκαῖα; *utilis & necessaria.* Wolfius.

Ibid. Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ἃ πρεὶ, &c.] Ita noster codex cum Ms. Par. Sed ista lectio non placet. Repone itaque cum aliis codicibus ὡς ἃ πρεὶ, & καὶ ἀναγκαῖα verte *etiam necessaria.* Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ὡς ἃ πρεὶ, &c. *Ergo venit nobis* (vel, quod magis latinum, *Ergo res huc recidit*) *ut concludentium propositionum ac modorum tractatio & exercitatio,* etiam necessaria *videatur.* Sic p. 258. l. 10. οὐκ ἐπέρχεταί μοι, *mihi in mentem non venit.* Apud Laertium L. VII, 21. ἃ ἐπέρχεταί μοι. *Quæ occurrunt mihi.*

l. 13. Καὶ συμβαίνει τι ἐξ αὐτῶν.] Vertit Schegkius, *At interdum accidit, ut concessis propositis veris existentibus, falsum sit quod concluditur.* Legit noster codex συμβαίνει τοῦτο ἐξ αὐτῶν. Ms. Par. τοῦτ' ἐξ αὐτῶν. Ante συμβαίνει supple ἐφ' ὧν, sic omnia plana.

l. 16. Ἀλλὰ, ὅτι οὐχ ὑγιῶς παρέχωρησα τὰ ὡμολογημένα;] *An potius parum considerate me concessisse aliquid fatebor?* Ex concessis disputatio concluditur. Quæ verò adhibentur ad disputandum, aut pro veris conceduntur, aut pro falsis negantur, aut pro incertis & dubiis ponuntur. Cæterùm qui respondet in disputatione

ne Dialectica, & obligat ſeſe interroganti, cautus & circumſpectus ſit oportet, ne quid committat quo redargui poſſit: quod nimirum artis eſt, & exercitationis, & attentionis. Moleſtè qui ferunt ſe capi diſputando, ac redargui, appellantur Græcè δύσκολοι, de quibus Ariſtoteles ſic ſcribit: Δύσκολοι τὰ πρῶτα μάλιστα συγχωροῦσιν, ἐὰν μὴ παρέλῃς φανερὸν ᾖ τὸ συμβησόμενον· ὅτι τελευτῆς δὲ δύσκολαινοῦσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι οἴονται δεινοὶς εἶναι ἐν τῷ ἀποκρίνεσθαι· δένδρες γὰρ τὰ πλεῖστα, ὅτι τίλας τερθρεύονται, ὡς ὁ συμβαίνοντα ἐκ τῶν κειμένων. τιθέασι δὲ περιχαίρως πιστεύοντες τῇ ἕξει, καὶ ὑπολαμβάνοντες ἁδὲν πείσεσθαι. Hanc Dialecticam in diſputando garrulitatem Plato in Parmenide ἀδολεσχίαν appellat. Laertius verò ſic definit Dialecticos, ut hi ſint, ὅσοι περὶ τὸν τῶν λόγων τερθρείαν καταγίνονται. *Schegkius.*

p. 43. l. 1. Καὶ μὴν ἁδὲ τοῦτο δίδοται.] *Atqui ne hoc quidem datur*, ſcilicet ab adverſario, qui ſibi ſemel conceſſa mordicus retinet. *Wolfius.*

l. 2. Οὐ συμβαίνει διὰ τῶν παραχεχωρημένων.] *Quum id non ſit in conceſſis.* Ad data & conceſſa ante concluſionem caute reſpondenti eſt reſpiciendum. Illud enim artis eſt, ut pœnitentiæ non ſit locus: ſed occurrendum omnibus ante concluſionem, ne redarguamur. Præcepta ſunt apud Ariſtotelem in octavo Topicorum. *Schegkius.*

l. 3. Ἀλλ' ἁδὲ τοῦτο δίδοται.] *At ne hoc quidem datur*, hoc eſt, adverſarius & ea quæ data ſunt, ſibi extorqueri non ſinit: & concluſionem ex iis factam defendit acriter. *Wolfius.*

l. 3. Τί οὖν ὅτι τούτων ποιητέον; ἢ μή ποτε ὡς οὐκ ἀρκεῖ.] *Quid in his ergo faciendum? Annon ut non ſatis eſt?* Monuit eum qui deceptus eſt, agnitum errorem eſſe corrigendum, depoſitâ verecundiâ: etſi innuit, præſtare non decipi (id quod ars & exercitatio differendi præſtet) quàm paulò poſt negare, quod modò conceſſeris. Nunc ſophiſtam etiam monet, nè alterius imperitiâ ad evertendam veritatem & ſtabiliendum mendacium abutatur, æris alieni adhibitâ ſimilitudine: quaſi vero negare quod conceſſeris, ſit æs alienum diſſolviſſe & abſolviſſe creditorem: cum perinde ſit, ac ſi quis depoſitum inficietur. Peccat uterque, & qui temere largitur: & qui quod fraude & dolo impetrat, pertinaciter urget: cum illum acutiorem eſſe deceret, & errantem comiter monere & erudire. *Wolfius.*

l. 4. Ἢ μήποτε ὡς.] Vide Grot. de jure belli, c. I. ſ. X. 6.

l. 8. Τὸ ἐπιφερόμενον.] Articulum repoſui ex noſtro codice: mox quoque ejuſdem codicis autoritate tres integras reſtituimus lineas, quæ in aliis deſunt libris: *viz.* à lin. 13. μὴ μενόντων ad προσδέχεσθαι ultimâ lineâ.

p. 44. l. 2. Δεῖ οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν λημμάτων ἰσορῆσαι, καὶ τὴν τοιαύτην μεταλαβὴν καὶ μετάπτωσιν αὐτῶν, καθ' ἣν ἐν αὐτῇ τῇ ἐρωτήσει ἢ τῇ ἀποκρίσει, ἢ τῷ συλλογίζεσθαι, ἢ τινι ἄλλῳ τοιούτῳ, λαμβάνοντα τὰς μεταπτώσεις, ἀφορμὴν παρέχει τοῖς ἀνοήτοις τῆς ταράττεσθαι, μὴ βλέπουσι τὸ ἀλόλυθον.] Sententiam auctoris operam dedi ut appenderem: ſed & verba ipſa viſum eſt aſcribere, ut ſi quis aliquid melius deprehenderit, eo utatur; pro λαμβάνοντα lego ὁ λαμβάνων: niſi forte duriſſima ſit ἀντίπτωσις, ac potius ἀνακόλυθον, aut ſcriptura depravata. *Wolfius.*

l. 6. Λαμβάνοντα.] Sententia eſt

σολοικοφανὲς seu ἀναόλεθρον, ut Grammatici amant loqui: quod locutionis genus percrebro etiam apud probatiſſimos occurrit authores. Apud Homer. Il. β'. 350.

Φημὶ γὰρ οὐ νηλεὲς ἔσσεσθαι ὑπερμενέι Κρονίωνι, &c.

Ἀσχέτως ἐπιδέξει, ἐναίσιμα σύμβολα φαίνων.

Terent. Eunu. act. 5.

Nos omnes, *quibus eſt alicunde objectus labor,*

Omne quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt, lucro eſt.

Objicit autem Stoicis Plutarchus c. 25. καὶ σολοικισμὸν, ἂν οἷς ἄλλοι ἂν αἰσχυνθείησαν ἐκ ἐλέγχει.

l. 9. Ἵν' ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.] Dialecticam imprimis coluerunt Stoici. Ideoque Cicer. de Divin. *hoc eſt,* Dialectici, *non facitis*; atque ita alibi. Adi Laert. L. VII, 83. atque ibi vide Menagium. Perperam autem vir doctus, *Nonnulli tamen inter Stoicos Dialecticam contempſere, ut Seneca, Epictetus, Marcus Imperator.* Minime *contempſere dialecticam* Epictetus & Marcus Imperator: nam Senecam nihil moror: ſed ad ſuos revocavere uſus. Vide infra cap. XVII.

l. 12. Ὅτε αἰτῆσαι.] Ὅτε δ' αἰτῆσαι, vel ἐπεὶ δ' αἰτήσε. Meibomius.

l. 15. Περὶ τίνος ἡ συνέλευσις; περὶ καθήκοντος.] Videntur hæc verba aliunde irrepſiſſe neſcio quomodo. *Wolfius.*

p. 45. l. 1. Μενεῖσθαι ἐπὶ τῆς τηρήσεως.] *Permanendum in conſervatione.* Fortaſſe τήρησιν appellat, id quod conceſſum ſemel fuit. Sed quid ſi legatur ἐπὶ τῆς ῥήσεως; *eſtne in ea perſeverandum quod dixeris?* Wolfius.

Ibid. Ἐπὶ τῆς τηρήσεως.] *In ſuppoſitione.* Vide Petavium ad Synefium p. 23.

l. 7. Δόγμα χρυσικὸς.] Noſter codex λόγων.

l. 8. Δεινὸς ἀραῖσθαι.] Deſiderantur ἐν, ut ſit δεινὸς ἐν ἀραῖσθαι. *Salmaſius.*

l. 10. Τῷ μὲν εἰκῇ καὶ φιλόσοφον.] Fortaſſis ἀφιλοσόφως, *inerudite.* Wolfius.

Ibid. Τῷ μὲν εἰκῇ καὶ φιλόσοφον καὶ ὡς ἔτυχεν.] Dele καὶ φιλόσοφον. Vide ſupra [p. 40. lin. ult.] τῷ μὴ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχεν ἐν ἀραῖσθαι καὶ ἀποκείσει ἀναιρέσεως. *Salmaſius.* Confirmat noſter codex emendationem Salmaſii, omiſſis vocibus καὶ φιλόσοφον poſt εἰκῇ, quæ conſtructionem & ſenſum perturbant.

l. 12. Πῶς ἔτι ἐσί.] Noſter codex ἔσται.

l. 16. Τοῦτο δεικνύτωσαν, καὶ παρέλκει τὰ θεωρήματα ταῦτα πάντα, ἄτοπα ἦν καὶ ἀνακόλυθα τῇ προλήψει τῆς σπουδαίας.] In codice Baſ. *ἦν ita notatur, & ad oram ſcribitur εἶναι. Meibomius pro καὶ παρέλκει ——ἄτοπα legit ὅτι παρέλκει—— καὶ ἄτοπα. Quid ſi legamus, τοῦτο δεικνύτωσαν, παρέλκειν τὰ θεωρήματα ταῦτα πάντα, καὶ ἄτοπα εἶναι, καὶ ἀνακόλυθα τῇ προλήψει τῆς σπουδαίας.

p. 46. l. 3. Ἐξεργαζόμενοι τὸν αὐτὸν λόγον.] Fortaſſe τὸν ἑαυτῶν λόγον. *Non lucubrabimus expoliendæ noſtræ orationis causâ?* ut participium τελικῶς exponatur, ἀγρυπνήσομεν ἐξεργαζόμενοι, pro ἵνα ἐξεργαζώμεθα. Si quis convertere maluerit, *Eadem oratione expoliendâ ignaviam noſtram defendimus: non impedio.* Ut ſententia ſit: In ea diſputatione ignavos eſſe occupatos, ut perſuadeant, Dialecticâ non eſſe opus. *Wolfius.* Probat τὸν αὐτῶν Salmaſius.

l. 4. Μήτε τὸν παλαίοντα ἀποκλεισ-

ναι;] Proverbialiter dicitur de re maxime flagitiosâ. Sic Horat.

Parentis olim si quis impiâ manu,
Senile guttur fregerit.

l. 6. Τί ἒν ἐποίησας;] *Quid ergo fecisti, rogas?* potius τί ἂν ἐποίησα; *Quid ergo feci?* Mox ἐπεὶ τοι pro ἐπεὶ noster codex & Ms. Par.

l. 9. Ῥόφ.] De Musonio Rufo vide supra ad p. 10. l. 12.

l. 10. Μὴ γὰρ, ἔφην, τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα;] Ita optime restituit noster codex: pro quo alii ἐχ οἷον μέν, φημι, τὸ Καπιτώλιον καῖσκαλφα. Cæterum Capitolium incendere pro atrociſſimo facinore à Romanis vulgò dicebatur: Cicero de Amicit. *Etiamne si te in Capitolium faces ferre velit.*

l. 16. Ταῖς αὐτῦ.] pro αὐτοῦ.

p. 47. l. 2. Τὸ καθ' αὑτὸν ἢ ἃ καθ' αὑτὸν.] Nescio an non legendum sit, τὸ κατ' αὐτὸν ἢ ἃ κατ' αὑτὸν, scilicet λόγον, *ipsam logicam.* Sed suo fruatur lector judicio.

Restant alia quædam leviora sic corrigenda, p. 43. l. 9. αὐτῶν p. 44. l. 9. τὸ καθῆκον 46. l. 1. νωθροὶ ἐσμεν l. 3. ποιήσομεν 47. l. 2. ἁπλῶς

CAP. VIII.

PAg. 47. l. 6. Ὅτι αἱ δυνάμεις.] *Facultates*, artem differendi & dicendi potissimum intelligo: quæ ut hominis studiosi egregia & ornamenta & instrumenta sunt, ità sine solidâ eruditione & virtute arrogantes & negligentes efficiunt. ἡ γὰρ οἴησις ἐγκοπὴ τῆς προκοπῆς ἐστιν, ut dicebat Bion. Cùm enim se tenere omnia falsò persuasum habeant, addiscendi plura voluntatem abjiciunt: ut à plerisque novitiis magistellis & doctorculis fieri videmus. *Wolfius.*

l. 9. Τὰ ἰσοδυναμοῦντα.] *Æquipollentia* vulgo dicunt, vel è libello De Copiâ, vel è Dialecticis satis nota. *Wolfius.*

l. 11. Ἐνθυμημάτων τῶν ἐν τοῖς λόγοις ἕξεσι μεταλαμβάνειν.] Noster codex & Ms. Par. ἐνθυμημάτων ἐν τοῖς λόγοις ἐπιτοιῦ μεταλαμβάνειν.

l. 14. Οὐκοῦν.] Restituitur ἐκοῦν ex nostro codice.

p. 48. l. 2. Ἀτελὴς συλλογισμός] Enthymema imperfectus est syllogismus, quippe pars aliqua deest, facile supplenda. Aristot. in prior. Analyt. ἐνθύμημα μέν ἐστι συλλογισμὸς ἀτελὴς ἐξ εἰκότων ἢ σημείων. Et in Rhet. L. 1. c. 2. Enthymema vocat ῥητορικὸν συλλογισμόν. Hinc apud Juvenal. L. VI. 449. *Curtum Enthymema.* Sic Mss. vulgò non ita rectè, *curvum.*

l. 6. Αὐτούς τε ἢ ἀλλήλους.] *Et nos ipsos, & alii alios*, fortassis ἀλλους. Videtur Epictetus ab aliquibus reprehensus, quòd suos auditores in Dialecticis minùs exerceret. Respondet igitur, se ob auditorum ignaviam, omissis minùs necessariis, ea urgere potissimùm, quæ non tam ad decus & ornamentum faciant, quàm ea quæ ad verum judicium de rebus, & animi tranquillitatem requirantur. *Wolfius.*

Ibid. Ἄλλους.] Ità reposui stipante *Wolfio*, & sensu postulante.

l. 9. Τί οὖν χρὴ προσδοκᾶν.] Pendet oratio usque ad p. 49. l. 2. ἐπ' αὐτῇ; Nota, ἢ μᾶλλον θ' ὅτι, &c. ὅτι ἢ ἐν τῷ, &c. Hæc autem inclusive (μεγάλη, &c. usque ad προσλάβοι·) Paulo supra ἐχ ἡ τυχοῦσαι exstemmatice. Et pro αὐτῇ

προσ-

προσγένοιτ' ἂν malim ταύτῃ hoc pacto.

p. 49. l. 3. Πεῖναι.] Modo potentiali.

l. 4. Ὅτι δὲ προσθήκην.] *Non oportere additamentum.* Sensus est, Hominem non oportere proram & puppim (quod aiunt) excellentiæ suæ in dicendi artibus collocare, sed acceſſionis & additamenti vice habere. Sic Cicero: *Ornanda*, inquit, *eſt dignitas domo, non tota dignitas è domo petenda.* Wolfius.

l. 9. Τίνος ἀπολελειμμένος, τοῦ ἀποκέκλικε.] *Quo deſtitutus, quo declinârit?* Caret utique vero judicio, & animi tranquillitate. *Wolfius.*

l. 10. Τί οὖν; Πλάτων φιλόσοφος οὐκ ἦν;] *Quid ergo? Plato philoſophus non fuit?* quaſi dicat, cùm diſſerendi ac dicendi peritiſſimus fuerit, ut & Hippocrates. Adverſarius Epictetum urget exemplo Platonis, ad quod ità reſpondet Epictetus, ut ſibi neceſſe eſſe neget imitari Platonis omnia. Sic Cicero quodam loco: *Eloquentiam ſi attulerit philoſophus, non aſpernabor: ſi non attulerit, non requiram.* Wolfius.

l. 11. Ἀλλ' ὁρᾷς πῶς φέρεται Ἱπποκράτης.] Celſus de Hippocrate. *Primus quidem ex omnibus memoria dignis vir & arte & facundia inſignis.*

l. 14. Ἄλλως.] *Fortuito.* ut p. 520. l. 14.

l. 15. Καλὸς ἦν Πλάτων καὶ ἰσχυρός.] Seneca Ep. LVIII. *Erat quidem* [Plato] *corpus validum & forte fortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat.* Ælian. Var. Hiſt. L. II. c. X. de Platone, σεμνὸν μὲν ἰδεῖν τὸ πλάτος, ἴλεων δὲ τῷ προσώπῳ. Vide etiam Apuleium de Habit. doctr. in initio. Laertium in ejus vitâ. Suidam in Πλάτων. Servium ad Virg. Æn. VI, 667.

l. 16. Κἀμέ.] *Me*, ſenem claudum, & deformem. Vide mox p. 50. l. 4. & p. 91. l. 3. Sic Epigramma, Δῦλος Ἐπίκητος γενόμην καὶ σῶμα ἀνάπηρος.

p. 50. l. 3. Ἄγε δή' ἐγώ.] Fortaſſe εἰ δὴ ἐγώ. *Wolfius.* Noſter codex ἀγ' εἰ δ' ἐγώ.

l. 5. Ἀναιρῶ τὰς δυνάμεις ταύτας;] Noſter codex ἀναιρεῖς. Objectio. cui Epictetus, Μὴ γ. Confer autem L. 2. c. 23. in fine.

l. 8. Ποιὰ προαίρεσις φαντασιῶν.] *Certum viſorum inſtitutum* aliàs τῶν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν appellat, *uſum viſorum:* ut quamque rem talem judicemus, qualis ipſa eſt. Faciliùs hoc intelligeretur, ſi verum judicium & æquanimitatem dixiſſet. *Wolfius.*

CAP. IX.

PAg. 51. l. 4. Ὅτι κόσμιος.] Cicero Tuſc. L. V. *Socrates cum rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret; MUNDANUM, inquit. Totius enim mundi ſe incolam & civem arbitrabatur.* Vide & de Leg. I, 23. Plutarc. Περὶ φυγῆς p. 600. Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ ΚΟΣΜΙΟΣ εἶναι φήσας. Sic de ſe *Diogenes:* Vide ad p. 501. l. 12. Vide quoque ad p. 192. l. 10.

p. 51. l. 14. Σύστημα τὸ ἐξ ἀνθρώπων καὶ θεῶν.] Sic excudi oportebat. Laertius in Zen. L. VII, 138. Κόσμος ——σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων· ἢ σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων. Auctor de libro περὶ κόσμου, in initio.

Κόσ-

Κόσμῳ δεῖ σύσημα ἐξ ἀρρενῶς καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τέτοις φερομένων φύσεων.——ἢ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη.

p. 52. l. 3. Μόνον ταῦτα.] Malim μόνα. *Wolfius.* Mox pro τῆς συναναστροφῆς legit Salmaſius τῇ συναναστροφῇ.

l. 5. Κατὰ τὸν λόγον ἐπιπεπλεγμένα.] *Ratione implexa, ſive implicita,* ſcilicet τῷ θεῷ· hoc eſt, Mens & ratio ſocietatem conciliat inter deos & homines. Nam & Deus & homo à quibuſdam ζῶον λογικὸν, hoc eſt, anima rationis capax definitur: & mundus, civitas atque communio Deorum & hominum. *Wolfius.*

l. 10. Διάγονται εἶναι καὶ ἀκαταφρονήτως.] Sic noſter codex: Cæteri διάγονται καὶ ἀκαταφρονήτως.

l. 14. Καὶ πόθεν φάγω, φησί.] *At unde edam? inquit,* τὸ φησὶ referatur ad perſonam adverſarii, qui præceptis Epicteti refragatur, aut certe non plane acquieſcit. *Wolfius.*

Ibid. Φησί.] Vide ad p. 23. l. 14.

l. 15. Πῶς οἱ δῆλοι, πῶς οἱ δεσπόται;] Confer L. III, c. 26. in initio.

p. 53. l. 1. Αὐτός.] Noſter codex αὐτοῖς.

l. 7. Ἐγὼ μὲν οἶμαι.] Ego quidem cenſeo, ſi doctrinam hanc de cognatione, quæ vobis cum Deo communis eſt, perſuaſam habuiſſetis, &c.

l. 8. Καθῆσθαι τὸν πρεσβύτερον.] *Sedere ſeniorem.* Sic ſeipſum appellat, modeſte præceptoris nomen diſſimulans. *Wolfius.*

l. 9. Ταπεινοφρονήσηλε.] Sic cod. Ven. Baſ. & Sal. poſteriores editiones ταπεινοφρονήσεσθε quod rectius videatur, uti mox διαλογιεῖσθε.

l. 13. Δεσμά τινα ταῦτα περιπλήμεθα.] Concinnior ſententia videatur, ſi ταῦτα transferatur ad ὡς βάρη. Hoc modo δεσμά τινα περιπλήμεθα, &c. ταῦτα ὡς βάρη, &c.

l. 14. Τὸ σῶμα καὶ τὴν κῆσιν αὐτῆς, καὶ ὅσα τούτων ἕνεκα ἀναγκαῖα.] *Corpus & poſſeſſionem ejus, & quæ nobis ob hæc neceſſaria ſunt.* Poſſeſſionem corporis appellat res quibus corpus indiget: ut domicilium, veſtes, cibum & potum, jumenta, ſervos, operas artificum, &c. *Wolfius.*

l. 16. Εἰς οἰκονομίαν.] Vide ad p. 416. l. 13.

p. 54. l. 1. Ἄχρησα.] Noſter codex ἄσαχλα.

l. 6. Μετὰ τῆς σωμαλίου τούτου δεδεμένοι.] Ita Socrates apud Platonem in Phœdone, & alibi.

l. 8. Συμπεριφερόμενοι τοῖσδε καὶ τοῖσδε.] *His & illis obſequentes ſeu morem gerentes.* Significat, ob neceſſitates corporis potentiorum gratiam obſequiis moleſtis, & philoſopho parum dignis eſſe emerendam. *Wolfius.* Vide ad p. 416. l. 13. τὰ δὲ καλὰ συμπεριφοράν.

l. 9. Οὐκ ἀδιάφορα ταῦτα.] *An non indifferentia iſta ſunt?* hoc eſt, μέσα, & per ſe neque bona, neque mala, ſed pro animo & prudentia utentis. Vide Tabulam Cebetis. *Wolfius.*

l. 10. Θάνατος.] Videtur deeſſe ἀκὶ, ut ſit θάνατος ἀκὶ ὁ κακός; *Salmaſius.*

l. 15. Δοκοῦντες ἔχειν τινὰ ἐφ' ἡμῖν ἐξουσίαν.] *Qui videntur aliquam in nos habere poteſtatem.* Fortaſſis ἐπ' ἡμᾶς vel εἰς ἡμᾶς. *Wolfius.* Nihil ſine codicibus muto; exempla ſunt ubi ἐπὶ uſurpatur cum dativo pro κατὰ, vide apud H. Steph.

p. 55. l. 2. Ἐμὲ δὲ ἐν τῷ λέγειν.] *Me vero in dicendo,* verba ἐν τῷ nihil ad ſenſum faciunt. Fortaſſe αὐτοῖς *eis,* diſcipulis ſcilicet,

ego respondere deberem. *Wolfius.* Αὐτοῖς λέγειν. Wolf. non ut alias scœliciter: quia supra ὑμῖν: & ὑμᾶς μὲν ἔρχεσθαι λέγουσας. Ἐπίλοιπε, &c. *Com: Shaftesburiensis.*

Ibid. Ἐν τῷδε λέγειν.] *Interea dicendum.* Ita noster codex: dubitavi olim an non vox exciderit & legendum ἐν τῷ μέσῳ, *vicissim.* Hæc autem respondent iis quæ præcedunt, ὑμᾶς μὲν ἔρχεσθαι, &c.

l. 3. Ἀνθρωπται, ἐκδέξασθε τὸν θεὸν· ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ.] Cicero Tusc. Q. I. 30. *Vetat dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo discedere.* In Cat. Maj. *Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est Dei, de præsidio & statione discedere.* Idem de repub. *Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Non est ita. Nisi enim, cum Deus hic, cujus templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberavit, huc tibi aditus patere non potest.* Hoc autem in loco ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ, idem est ac dicit in p. 156. l. 2. ἐὰν δὲ σημήνῃ τὸ ἀναχωρητικὸν, *si receptui caneretur.* Confer & p. 412. l. 15. 510. 17. & 526. 10. Sic Marc. Ant. III. 5. Ἀναλήψεσθαι ἑαυτὸν, οἷος ἂν εἴη τις ἀπελεύθερος. τὸ ἀναχωρητικὸν ἐν τῷ βίῳ. Ubi vide Gatakerum. Idem quoque l. II. 17. δεῖ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἴσον τῇ γνώμῃ παρεμένοντα, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῴων συγκεκρίται. Et l. V. 33. τί οὖν ἐστὶ παρεμένειν ἴσον τῷ ἔτι σβέσαι, ἔτε μέλλουσιν; *quid ergo non placidus expectare vel extinctionem tui, vel demigrationem?* Sic locus iste legendus videtur. Sed hæc ex Platone desumpta sunt. Vide Phædonem p. 62. edit. H. Steph.

l. 9. Ποῖος γὰρ ἔτι τύραννος.] *Quis enim jam tyrannus?* Ut vitæ jacturam contemnere non adeo difficile sit (etsi difficile est) tamen per exquisitos cruciatus necari horribilius esse videtur, quàm ut ab ulla philosophia contemni & æquo animo ferri possit, præterquam à Christiana, cujus martyres admirabili & plus quàm humanâ constantiâ tyrannorum sævitiam vicerunt. Non dissimile est Anaxarchi exemplum, qui cùm in mortario contunderetur, dixisse tyranno fertur: Anaxarchi saccum contundito: Anaxarchum enim non contundis: ac demum nè conscios nominaret, linguam præmorsam in os tyranni exspuisse. *Wolfius.*

l. 15. Ὅταν χορτασθῆτε.] Auctoritate nostri codicis reposui ὅταν pro ὅτε. Eodem modo χορτασθήσεσθε usurpatur apud Lucam, c. VI. 21.

p. 56. l. 2. Ἐξελεύσῃ· ἤνοικται ἡ θύρα.] *Exibis,* scilicet è vitâ. *Aperta enim est janua,* ab ἀναίρω. *Wolfius.* Eandem allusionem vide p. 125. l. 6. τὸ δὲ νεοδίδακτον μέμνησο, ὅτι ἡ θύρα ἤνοικται. p. 129. l. 14. κακὸν παραίτιον ἐν τῷ οἰκήματι; ἂν μένειον, μενῶ· ἂν λιὰν πολύν, ἐξέρχομαι. τότε γὰρ δεῖ μεμνῆσθαι καὶ παρεῖναι, ὅτι ἡ θύρα ἤνοικται. p. 171. l. 7. ἂν σοι μὴ λυσιτελῇ ἡ θύρα ἤνοικται. 390. l. 9. σοὶ τὸν θύραν ἤνοιξεν ὁ Ζεύς. 412. l. 15. τὸ ἀναληπτικὸν σημαίνει. τὴν θύραν ἤνοιξε. 452. l. 6. ἡ θύρα κέκλεισται; ἀπέξεισιν ἀπεθανεῖται; Ad eandem rem Seneca de Prov. c. 6. *Ante omnia cavi, ne quis vos teneret invitos. Patet exitus. Sed si necessitates ultimæ inciderint, jamdudum exibit è vitâ, & molestus sibi esse desinet.* Epist. 24. *Vir fortis ac sapiens non fugere debet è vitâ, sed exire.* Epist. 91. *In eum mundum intravimus, in quo his legibus vivitur. Placet? pare. non placet? quacunque vis, exi.*

Nec

Nec abſimile iſtud Virgilianum,

Noctes atque dies patet *atri* janua *Ditis.*

Plenius apud Laertium VII, 130. Εὐλόγως τέ φασι ἐξαίρειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, ἢ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γίνηται αἰτίᾳ δόξῃ, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. Marc. Ant. III, 1. Καὶ περὶ αὐτῆς τῆς εἰ ἤδη ἐξαιρεῖσθαι αὐτὸν ἐφιστάνειν. Ubi conſule Gatakerum. Cato apud Ciceronem de Fin. III. *Sed cùm ab his (quæ ſecundum naturam ſunt) omnia proficiſcantur officia: non ſine causâ dicitur, ad ea referri omnes noſtras cogitationes, in his exceſſum è vitâ & in vitâ manſionem. in quo enim plura ſunt, quæ ſecundum naturam ſunt, hujus officium eſt in vitâ manere; in quo autem ſunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium eſt è vitâ excedere; ex quo apparet, & ſapientis aliquando eſſe officium excedere è vitâ, cùm beatus ſit; & ſtulti manere in vitâ, cùm ſit miſer.*

p. 56. l. 3. Δακρύων;] Sic noſter codex, alii δάκρυσι, utrolibet modo recte.

l. 7. Ἐπιστρεφόμεθα.] Fort. ἐπιστρεφόμεθα ſicut infra [p. 129. l. 9.] *Com: Shaftesburienſis.* Confirmat hanc lectionem noſter codex. Verte autem, *Quæ poſſunt, hæc non curabimus: quæ nobis curæ ſunt, in ea nihil poſſunt.* Deletâ interrogatione.

l. 11. Ἂν μοι λέγῃς.] Verba ſunt Socratis ex Platonis Apologia. Eadem repetit, p. 350. l. 10.

p. 57. l. 4. Δεῖ ἡμᾶς.] Noſter codex, interrogative δεῖ ἡμᾶς; ſed potius cum ironiâ quadam legendum. Hunc locum autem examinat Gatakerus in notis ad M. Anton. L. 7. ſ. 45. ubi vult, aut δεῖ illud inducendum, ut τὸ ἐγκαλλωπίζειν ad ἀξιοῦτε referatur: vel poſterius membrum ἐφωτικῶς enunciandum: quanquam etiam ſic (inquit) ſuſpenſa manebit ſententia.

l. 6. Ἡμεῖς ἂν ὡς πολλὰ.] Nos ſcilicet qui adeo ſumus ſolliciti de victu, & de rebus corpori inſervientibus. Vide ſupra p. 52. πόθεν φάγω, &c. p. 55. πόθεν φάγῃς, &c. Mox cum Meibomio forſan legendum ἕτω φοβ, Nota interea φοβούμεθα, ἐπιθυμοῦμεν conjungi, uti apud Virgil. Æn. VI. *Hinc cupiunt, metuuntque.* Quid verò ſi pro ὅτι legas ἔτι, & paulo infra colloces? hoc modo, ἕτω φοβούμεθα, ἐπιθυμοῦμεν· ἔτι τοὺς, &c. Ubi conjunctivæ quidem particulæ deſiderantur: ſed id non ſine elegantiâ quadam, præſertim in familiari colloquio.

l. 10. Ἐμέ τις ἠδίκηκεν.] Hæc videntur ad alium pertinere locum: neque enim cohærent cum præcedentibus.

p. 58. l. 2. Συμβήσεται.] *accidet tibi hoc & illud à domino.* Ex iis quæ ſequuntur colligo, τὸ συμβήσεται in bonam accipi partem: quaſi Rufus Epicteto ſpem feciſſet, impetrandi alicujus beneficii ab Epaphrodito hero ipſius. *Wolfius.*

l. 3. Ὅτι ἀνθρώπινα.] *Eſſe humana:* hoc eſt res externas, & non noſtri, ſed alieni juris, caducas & mutabiles, ſive bonæ, ſive malæ eſſe videantur. Significavit Epictetus, ſe heri ſui liberalitatem erga ſe parvi facere, eaque carere poſſe. *Wolfius.*

l. 4. Παρακαλῶ.] Παρακαλῶ forſan, *quid itaque ipſum deprecaris?* ſi τὸ παρακαλῶ ad Rufum referatur, etiam ſequens δυνάμενος erit primæ perſonæ participium. *Salmaſius.* Quid ſi, τί οὖν, ἔφη, ἄμεινον παρακαλῶ, σὲ παρὰ σαυτοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυναμένου;

l. 8. Ἄγρον παρὰ σοῦ λάβω.] *Agrum à te accipiam?* Non intelligo

istam magnitudinem animi, non accipientis ea quæ offeruntur, nisi forte jam ante iis abundes, & nemini quicquam debere videri velis. Ego certe panem acciperem esuriens, & sitiens potum, & nudus vestem, & pauper prædium, si nulla turpitudo, nulla fraus cum ea liberalitate conjungeretur. Idem Epicteto non invideo laudem constantiæ, si emori fame, quàm alieno beneficio vivere maluit. *Wolfius.*

l. 16. Ὅτι ἄλλος ὑπ' ἄλλου ἐ δυτυχεῖ.] *Alium per alium non esse in calamitate.* Intelligitur, Deprecatore igitur nihil esse opus. *Wolfius.*

Sic reliqua corrige, p. 50. l. 10. εἶναι 51. l. 9. ὄθεν 54. l. 4. ὑμᾶς 56. 16. ἐστι, 57. 16. ὑπὸ σῦ

CAP. X.

PAg. 59. l. 4. Συνελελάγμεθα.] *Instructi essemus.* Malim συνελελάμεθα, à συνλεινόμεθα potius unde σύνλον Θ, quàm à συνλάτλομαι. *Wolfius.* Recte συνελελάμεθα, noster codex & Ms. Par.

l. 6. Οἶδα ἐγὼ πρεσβύτερον, &c. οἷα ἔπέ μοι.] Potest sine admiratione & interrogatione verti, hoc modo: *Novi quæ mihi quidam me natu major, &c. dixerit.* Wolfius.

l. 7. Τὸν νῦν ὀπὶ τῦ σίτυ ὄνλα ἐν τῇ Ῥώμῃ.] Sic noster codex, alii χὴ νῦν ἐπὶ τῦ σίτυ ὄνλα ἐν Ῥώμῃ. Cæterùm *Annonæ Præfectus* magistratus Romæ satis notus.

l. 12. Σπυδάσειν.] Lege σπυδάσει vel σπυδάσειε. *Wolfius.* Noster codex habet σπυδάσει, alii σπυδάσειν.

p. 60. l. 2. Ἔσεῖαι.] Ἔσῃ dubio procul scripsit Arrianus. *Salmasius.* Verumenimvero frequens est hæc personarum mutatio, præsertim in familiari colloquio. Nota autem εὐχαειςῶν ἔσεῖαι pro εὐχαειςήσει. Phrasis est usitatissima apud Græcos, quam & Latini imitati sunt. Manil. V, 391. *erit capiens*, pro *capiet. Quisquis* erit *tali* capiens *pro tempore vitam.*

l. 4. Ὁ βέλε.] Ita noster codex & Ms. Par. Cæteri codices βέλοι exhibent.

l. 5. Εἰς τῷ Πόλιν.] Sic *Urbs* pro Roma. Sed Πόλιν est lectio nostri codicis, nam alii Ῥώμην habent, quæ marginalis explicatio videtur.

l. 6. Ὁ δὲ λαβὼν πάνλων ἐκείνων ἐξελάθελο.] Idem fere exemplum humanæ inconstantiæ, nec minore cum festivitate, videas licet apud Horatium, ubi post longum sermonem de ruris otio, *Fœnerator ille — amnem relegit Idibus pecuniam, quæsit calendis ponere.*

l. 10. Πόσῳ σε ἐγώ.] Sic noster codex; Ms. Par. πόσε σε ἐγὼ, alii πόσε ἐγώ.

l. 12. Τί οὖν ἐγὼ λέγω, ὅτι ἀπραχλόν ὄζι τὸ ζῶον;] *Quid ergò ego dico? animal esse otiosum?* Occupatio est, in hanc sententiam: Occupationes & negotia non improbo: sed illud improbo, quòd ventrem ità curamus, animum verò prorsus negligimus. *Wolfius.*

Ibid. Ἀπραχλόν ὄζι τὸ ζῶον;] Minime ζῶον ἀπραχλον, sed *in actu*, ut verbis Senecæ utar, debet esse Homo. Ita Stoici; quibus contraria Epicurei docebant. Cicero de Fin. L. V. *Apparet nos ad agendum esse natos, itaque appetit animus semper aliquid agere.* Marc. Ant. V, 1. Ὄρθρε ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔσω, ὅτι ὀπὶ ἀνθρώπε ἔργον ἐγείρομαι. Τί οὖν; [sic lego pro

pro ἔτι ἂν] ἀναπαλαίνω εἰ σπεύδομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν παρῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; mox Epicurea objectio, Ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον. cui Antoninus, Πρὸς τὸ ἥδεσθαι ἦν γέγονας; ὅλως δὲ ἀπὸ σπουδῆς ποιεῖν; ἀ [ſic mallem pro ἢ] πρὸς ἐνέργειαν; ἀ βλέπεις τὰ φυλάεια, &c. Καὶ σὺ ἀ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; *Et tu nolis facere, quæ hominis ſunt?* Καὶ σὺ, ſic reſpondendum videtur. Idem VIII, 19. Ἕκαστον πρός τι γέγονεν, ἵππος ἄμπελος. Τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος ἐρεῖ, πρὸς τὶ ἔργον γέγονα, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. σὺ ἓν πρός τί; τὸ ἥδεσθαι; ἴδε εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. Qui locus non tantum corruptus, ſed è loco ſuo quædam verba moventur: ſic autem corrige: Ἕκαστον πρός τι γέγονεν· ἵππος, ἄμπελος. Τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. Σὺ ἓν πρὸς τί γέγονας; πρὸς τὸ ἥδεσθαι; ἴδε εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. *Ad opus aliquod natum eſt unumquodque: puta, equus, vitis Quid miraris? ſol etiamipſe, & dii cæteri.* [*viz.* ſidera.] *Tu itaque ad quid natus es? ad voluptatem? vide an ſenſus communis id ferat.*

l. 14. Εὐθὺς ἐγὼ πρῶτος.] *Statim ego primus:* ſed quia hic Græciſmus durior eſt, à verbis nonnihil receſſi. Se nominat pro exemplo ignavi ſtudentis. Nam hac voce Fabius noſtro more utitur. Studioſus autem, ignavus eſſe nequit. *Wolfius.*

l. 15. Μικρὰ ὑπομιμνήσκομαι, τίνα ἐπαναγνῶναί με δεῖ.] *Nonnihil recordor quæ relegenda mihi ſint.* τὸ ἐπαναγνῶναι ad repetitionem auditæ lectionis referri videtur: ut ἀναγῶ præteriti, & non futuri temporis ſignificationem habeat. *Quid meâ refert, quemadmodum ille legerit?* Si quis verò τὸ ἐπαναγνῶναι de præmeditatione audiendæ lectionis, quæ non minùs & utilis & neceſſaria eſt, quàm repetitio, intelligere maluerit, non impedio. *Wolfius.*

p. 61. l. 2. Καί τοι τί ὅμοια τὰ ἐκείνων.] *Quid autem res noſtræ atque illorum?* Sententia eſt, philoſophiam ſordido quæſtu longè præſtantiorem eſſe. Majore igitur ſtudio colendam eſſe. Majore igitur ſtudio colendam eſſe. Reprehenditur autem ignavia ſcholaſticorum, qui avarorum hominum induſtriâ longè vincantur. Sic Demoſthenes noſter doluiſſe fertur, ſi quando antelucanâ opificum operâ vinceretur, cùm longè majora quàm illi ſuorum laborum præmia propoſita haberet. Ingens autem præmium eſt, non aura popularis, ſed patriæ conſervatio. *Wolfius.*

l. 11. Ἐν αὐτῷ.] Sc. ἐν κόσμῳ. Sic repoſui, monente noſtro codice. Editi omnes ἐν αὐτῇ, ſtructurâ adverſante.

l. 13. Ταῦτα ἐκείνοις ὅμοιά ἐστι; ἀλλ' ὁμοίας σπουδῆς.] *Hæccine illis ſimilia ſunt? An ſimili ſtudio?* Negativè hæc accipienda ſunt. Nequaquam tanto ſtudio dignus eſt quæſtus, quanto ſapientia, &c. Multò turpius eſt negligere animum, quàm quæſtum. *Wolfius.*

Ibid. Ταῦτα ἐκείνοις.] Deeſſe ἔστι ante ἀλλὰ videtur, hoc modo: ταῦτα ἐκείνοις ὅμοιά ἐστιν; οὐ· ἀλλ' ὁμοίας σπουδῆς χρείαν ἔχοντα. *Hæccine illis ſimilia ſunt? Non: ſed ſimile ſtudium requirunt.*

p. 62. l. 4. Προθυμήμαλω.] Abeſt hæc vox προθυμήμαλω ab editis codicibus, quam ope noſtri codicis & Ms. Par. reſtitui. Sed tamen adhuc male ſe habet hic locus, qui parva mutatione ita legendus, εἰ ε. δ. καὶ προθυμουμένους, προθυμήμαλω, &c.

CAP.

CAP. XI.

PAg. 62. l. 12. Πῶς τι ἔν χρῇ τῷ παράγματι;] Fortaſſe Πῶς σὺ ἔν χ. vel τί ἔν; πῶς χρῇ.

p. 63. l. 7. Σὺ, ὅτι φυσικῶς.] Lege cum noſtro codice & Ms. Par. σὺ, ſιότι φ.

l. 8. Πᾶν τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον, ὀρθῶς γίνεται.] Juvenal. XIV, 322.

Nunquam aliud Natura, aliud ſapientia ſuadet.

p. 64. l. 5. Ὄρεξιν.] Ita noſter codex & Ms. Par. perperam nonnulli libri ὄρεξιν.

l. 8. Τῶν παρὰ φύσιν.] Addendum ἢ παρὰ φύσιν. uti mox, ἢ τῶν παρὰ φύσιν ἢ παρὰ φύσιν.

l. 9. Ποῖον θέλεις κεφάλαιον.] Κεφάλαια φησὶ [*viz.* Chryſippus] εἶναι παίδωσιν ἢ παίλαψιν. Laertius VII, 54. & mox ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀρχαιοτέρων Στωϊκῶν τὸν ὀρθὸν λόγον κεφάλαιον ἀπολείπουσιν.

p. 65. l. 2. Σύριοις——ἀεὶ τεφῆς.] Syri à piſcibus abſtinuere. Vide Porphyr. de Abſtin. L. IV. ſ. 15. & L. II. ſ. 61. Et Lucian. de Deâ Syriâ. Xen. ἀνάβ. ά. Ovid. 2. Faſt. 474.

Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis,
Ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Cic. de Nat. Deor. III, 15. *Piſcem Syri venerantur.* Totus ibi locus ita ſe habet. *Nec verò vulgi atque imperitorum inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero, quæ dicuntur à Stoicis.* Sunt enim illa imperitorum. *Piſcem Syri venerantur:* &c. Verba iſta, *ſunt enim illa imperitorum,* ab aliis pro ſpuriis, ab aliis pro corruptis habentur: mihi autem è loco mota videntur, & elegantiam quandam præ ſe ferunt, ſi ad ordinem ſuum redigantur: *Nec verò vulgi atque imperitorum* (ſunt enim illa imperitorum) *inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero, quæ dicuntur à Stoicis. Piſcem Syri venerantur:* &c. Cæterùm ex noſtro codice repoſui ἢ νῦν pro ἢ μήν.

l. 9. Ἔφλυ.] Wolfius in verſione, *inquit,* ἔφη. Recte ut videtur.

l. 11. Οὐδ' ἐπ' ἄλλῳ.] Noſter codex ad hunc modum, οὐδὲ κατ' ἄλλο τι τιμῶ γνώμιμον ἕξεις, ἢ ὅπως τὸ κεφάλαιον ἐκεῖνο καλαμάθῃς ᾧ πρόσχ.

l. 16. Τὸ φιλόσοργον δοκεῖ σοι παρὰ φύσιν.] Ita Stoici. Diog. Laert. VII, 120. Φασὶ δὲ καὶ πρὸς τὰ τέκνα φιλοσοργίαν φυσικὴν εἶναι αὐτοῖς, καὶ ἐν φώλοις μὴ εἶναι. Cic. de Fin. L. III. *Pertinere autem ad rem arbitrantur intelligi natura fieri, ut liberi à parentibus amentur.* M. Ant. I, 9. ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέσαλον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοσοργόσαλον. & alibi.

p. 66. l. 3. Εὐλόγιστον ἔχ;] Οὐ καλόν; ita exhibet noſter codex & Ms. Par.

p. 67. l. 2. Τί δ' ἡ τίτθη σέρξει αὐτό;] Supra ἡ μήτηρ δ' ἀ φιλοσέρξει τὸ παιδίον; ſic hic legendum videtur, τί δέ; ἡ τίτθη ἀ σέργει αὐτό; vel τί δ' ἡ τίτθη, ἀ σέρξει αὐτό; ut mox τί δ' ὁ παιδαγωγὸς, ἀ σέργει αὐτό;

p. 68. l. 8. Οὐδὲν ἦν.] Sic emendavimus ex noſtro codice & Ms. Par. pro οὐδὲν ἦ.

l. 11. Ὡς ἐγκαλύπλοιτο τὸ ἵππῳ τρέχοντι.] *Ut ſe obtegeret, equo currente.* Præ pudore ſcilicet, ſi victus eſſet. ὡς ἐπιδάκει pro epiphonemate accipio: quaſi dicat, tantillâ re tantopere commovebatur. Quid enim? ipſene deterior fuit, ſi alterius equus antevertit? *Wolfius.*

Ibid.

Ibid. Ὡς ἐγκαλύπτεσθαι.] Notus est mos se velandi & caput operiendi in luctu, aut re aliquâ atrociore ohortâ. Horat. II, 3. vers. 37.

Nam male re gesta, cum vellem mittere operto
Me capite *in flumen.*

Plaut. Most: Act. II, s. 1.

Capite obvoluto *ut fugeret cum summo metu.*

Sic Petrus, cùm Dominum prodidisset apud Marc. c. XIV, 72. ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, *injectâ capiti veste,* vel, *capite operto flebat.* Vide Salmas. de Fœner. Trapæs. p. 272. Ulysses apud Homerum Od. Θ'. 85. & 92. faciem velat in luctu. Hunc autem morem hìc respexisse videtur Epictetus.

Ibid. Ἵππος τρέχοντος ἐσπουδάκει.] Ὡς ἐσπουδάκει Wolfius & edit. Bas. sed fortasse legendum ᾧ ἐσπ. *cui equo favebat. Com. Shaftesburiensis in notis Mss.* Optime vir nobilis, atque ita noster codex: cæteri perperam ὡς ἐσπ. Loquitur autem de favore certantium, & factionibus in Circo. de quibus alibi.

l. 13. Λειποψυχῆσαι.] *Cum animo linqueretur.* Ob insperatam utique victoriam, præ repentino gaudio, quo nonnullos etiam extinctos esse legimus. *Wolfius.*

p. 69. l. 4. Τῆ ἐπαίρεσθαι ἢ συστέλλεσθαι.] Hæc vocabula ex Porticu sunt. ἐπαίρεσθαι *efferri:* & ἔπαρσις *animi elatio,* vertente Cicerone. Laertius in vitâ Zenonis s. 114. ἡδονή ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις. & mox χαρὰν —— εὔλογον ἔπαρσιν. Cicero Tusc. Disp. IV, 6. *Cum inaniter & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens vel nimia dici potest: quam ita definiunt, Sine ratione, animi elationem.* Et mox, *Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur.* Contra συστέλλεσθαι *contrahi:* συστολὴν, *contractio.* Laertius in vita Zen. s. III. καὶ τὸν μὲν λύπην εἶναι συστολὴν ἄλογον. Cic. T. D. IV, 6. *Ægritudo, animi adversante ratione contractio.* Et mox, *Est ergo ægritudo opinio recens mali præsentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur.* Apud Marc. Ant. II, 10. ὁ γὰρ συμπάσχων μετὰ τινος λύπης καὶ ταπεινώσεως ΣΥΣΤΟΛΗΣ φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος. *qui enim trascitur, cum dolore quodam & contractione animi occultâ à rationis tramite declinare videtur.*

l. 9. Οὐδέν.] Inseritur οὐδὲν autoritate nostri codicis, ut & l. 14. τῦ, ante φεύγειν.

l. 15. Καὶ νῦν ἐν Ῥώμη ἀνέρχη.] Hinc patet Epictetum non Romæ hunc sermonem habuisse. Vide præfationem nostram in initio.

l. 16. Μεταδόξη.] Noster codex μεταξὺ δόξη.

p. 70. l. 2. Αἴτιόν ἐστι τῶν περιπλεῖν τι, ἢ μὴ πράττειν ἡμᾶς, ἀλλ' ὑπολήψεις καὶ δόγματα.] Non ex perturbationibus, sed ex opinionibus oriri actiones humanas, existimabant Stoici. Id quod patet ex hisce dissertationibus passim, & ex Marc. Ant. VIII, 1. ἐπειὰν δόγματα ἔχῃ, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. Hinc apud eundem crebro ista occurrunt, Πᾶν ὑπόληψις. & Πάντα ὑπόληψις. & ἀβίος ὑπόληψις. Seneca Epist. 78. *Omnia ex opinione suspensa sunt.*

l. 4. Πάθους, ἔφη.] Deest ἔφη in aliis: restitui autem ex nostro codice. Mox Οἷα δὴ τὰ αἴτια. axioma in scholis, *Qualis causa, talis est effectus.*

l. 16. Ἡμεῖς κύριοι.] Ἐφ' ἡμῖν.

p. 71. l. 6. Σχολαστικόν σε δεῖ γενέσθαι.] Scholasticus est is qui in pulvere literario vitam tantùm agit, non ad forum accedens. Vita autem Stoici in actione, non in otio versari debet.

debet. ideoque vituperio vertitur σχολαστικός. sic p. 567. l. 4. ἄλογον ἐκεῖνα τὰ τῶν σχολαστικῶν καὶ τῶν μωρῶν. Author de cauſ. corrupt. eloquent. *At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas* Scholaſticorum, *qui Rhetores vocantur*, &c. Petronius in Satyr. *Ideo ego adoleſcentulos exiſtimo in* Scholis *ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex eis quæ in uſu habemus aut audiunt, aut vident.* Hinc M. Anton. I, 16. μήτε ὅτι σχολαστικός. Ubi videas Gatakerum. Vide etiam Hieroclis Facet. edit. Needh. p. 460. & Caſaub. Not. ad Hiſtor. Aug. p. 188.

Alia quædam in hoc capite ſic corrige. p. 62 l. 11. ἔφη. p. 63. l. 3. ιοσθένη. l. 11. γινέσθαι. p. 65. l. 4. Καὶ πῶς οἷόν τε; Ἀλλ' οἶμαι, &c. ut diſtinguantur perſonæ interloquentes: ſic mox, Πῶς γὰρ ἔφη; Ὅτι, &c. p. 66. l. 1. Πῶς γὰρ ἔφη; Τί δέ; l. 13. Ἆρ' οὖν σὺ μὲν ἐπείθου, &c. p. 70. l. 4. Ὅτα l. 7. ἀφ' ἕ

CAP. XII.

VArias philoſophorum de Diis ſententias refert Epictetus.

I. Eorum, qui dixerunt nullos eſſe Deos: μηδ' εἶναι τὸ Θεῖον: quorum in numero Diagoras Melius, Theodorus Cyrenaicus. Vide Cic. de Nat. Deor. I, 1. Democritus, cum aliis.

II. Eorum, qui Deos eſſe dixerunt, ſed qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos. εἶναι μὲν, μὴ προνοεῖν δὲ μηδενός. Quales Epicurei; infra p. 294. l. 7. Sic autem Epicurus: *Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.* Cicero de Nat. Deor. I, 30. Laertius X, 139. Velleius apud Ciceronem I, 8. vocat Πρόνοιαν, *Providentiam, anum fatidicam Stoicorum.* Lucretius de divinâ Naturâ,

Nam privata dolore omni, ſejuncta periclis,
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtrî,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur irâ.

Ennius apud Cicer. de Divinat. II, 50. de Nat. Deor. III, 12.

Ego Deûm genus eſſe ſemper dixi, & dicam cælitum:
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.
Nam ſi curent, bene bonis ſit, male malis: quod nunc abeſt.

III. Eorum, qui Deos eſſe dixerunt, & rerum procurationem habere, ſed magnarum ſolummodo & cœleſtium, non item terreſtrium, εἶναι καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ τῶν μεγάλων καὶ ἐφανίων, τῶν δ' ἐπὶ γῆς μηδενός.

IV. Eorum, qui Deos eſſe dixerunt, & rerum procurationem habere, tùm cœleſtium, tùm terreſtrium, ſed in univerſum tantùm, non particulariter: εἶναι καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ τῶν μεγάλων καὶ ΟΥΡΑΝΙΩΝ, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ ΑΝΘΡΩΠΙΝΩΝ, εἰς κοινὸν δὲ μόνον, καὶ οὐχὶ δὲ κατ' ἰδίαν ἑκάστου. Ubi ἀνθρωπίνων pro ἐφανίων repoſui ex Stobæo Ecl. Phyſ. L. 1. p. 8. cui etiam aſtipulatur noſter codex. Cæterùm hæc fuit nonnullorum Stoicorum

ſententia: Balbus apud Ciceronem de Nat. Deor. II, 66. *Magna Dii curant, parva negligunt. Magnis autem viris proſpere eveniunt ſemper omnes res.* Vide quæ ibi Davisius. Ad hanc ſententiam autem reſpexit M. Anton. VI, 44. Εἰ δὲ μὴ ἐζυλεύσαντο ΚΑΤ' ΙΔΙΑΝ περὶ ἐμοῦ, ἀλλ' γε τῶν κοινῶν πάντως ἐβουλεύσαντο. *Quod ſi de me ſpeciatim nihil dii conſuluerint, at de rebus univerſis ſaltem omnino conſuluerunt.* Apud Juſtinum in Dial. cum Tryphone p. 183 quidam philoſophi memorantur qui divinam providentiam ad particularia non extendere perſuadere moliti ſunt: Ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπιχειροῦσι πείθειν, ὡς τὰ μὲν σύμπαντα καὶ αὐτῶν τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν ἐπιμελεῖται Θεὸς, ἐμοῦ δὲ καὶ σοῦ οὐκ ἔτι, καὶ τοῦ καθέκαστα· ἐπεὶ οὐδ' (ſcribe οὐδ' ἐπεὶ) ἂν ἠυχόμεθα αὐτῷ δι' ὅλης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. *Quin etiam nobis perſuadere moliuntur univerſitatis quidem hujus ac generum ſpecierumque ipſarum curam gerere Deum, mei autem & tui & uniuſcujuſque ſingillatim non itidem: non quanquam imploraremus eum totis noctibus atque diebus.*

V. Eorum, qui etiam ad particularia extendere divinam providentiam cenſerent. Inter quos Ulyſſes Homericus, ſic enim Minervam alloquitur, Il. κ'. 278.

——Ἦ τέ μοι αἰεὶ
Ἐν πάντεσι πόνοισι παρίστασαι· ἠδέ σε λήθω
Κινύμενος.

Quæ mihi ſemper in nullis non laboribus ades: neque te lateo cùm moveor.

Noſter codex etiam habet κινύμενος: cum cæteri κινούμενος exhibent. Socrates autem apud Xen. in Memor. L. 1. Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλόμενα· πανταχοῦ δὲ παρεῖναι, καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων. & apud Platonem in Phædo. p. 62. edit. Steph. ὃ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. Propſius accedit ad Homerica verba Hermogenes apud Xen. in Sympoſ. p. 887. edit. Francof. ἔτοι τοίνυν οἱ πάντα μὲν εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι θεοὶ, ἕτω μοὶ φίλοι εἰσὶν, ὥστε διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαί μου, ἐπότε ΛΗΘΩ αὐτοὺς ἔτε νυκτὸς, ἔθ' ἡμέρας, ἔθ' ὅποι ἂν ΟΡΜΩΜΑΙ, ἔθ' ὅ, τι ἂν μέλλω πράττειν. Cicer. de Nat. Deor. I, 2. *Sunt autem alii philoſophi, & hi quidem magni atque nobiles, qui deorum mente atque ratione omnem mundum adminiſtrari & regi cenſeant: neque verò id ſolum, ſed etiam ab iiſdem vitæ hominum conſuli & provideri.* Ipſe Zeno apud Laert. VII, 147. Θεὸν δὲ —— πρωτογενῆ κόσμου τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ. Confer p. 243. l. 10. p. 514. l. 6. p. 526. l. 6.

p. 72. l. 9. Ἢ οὐχ ὑγιῶς.] Deſunt hæc verba ἢ οὐχ ὑγιῶς, ut & l. 13. δή: ἀλλὰ δὴ καὶ ὄντων: in aliis libris: nos authoritate noſtri codicis adducti reſtituimus.

l. 11. Τέλος ἔπεσθαι θεοῖς;] Vide ad p. 112. l. 4.

l. 17. Τὴν αὐτὸ γνώμην.] αὐτῷ, pro ἑαυτῷ.

Ibid. Εἰ δέ εἰσι μὲν, μηδενὸς δ' ἐπιμελούμενοι.] Nemeſius de Nat. hom. p. 306. Εἰ γὰρ μὴ προνοεῖ θεὸς—τίς ἂν ἦν ἔτι προσκυνήσεως θεὸν μηδὲν εἰς ἡμῖν [l. ἡμᾶς] συλλαμβανόμενον;

p. 73. l. 1. Καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ πολῖται πρὸς νόμῳ τῆς πόλεως.]

Ex præcepto Apollinis. Xen. ἀπομ. L. IV. c. 3. Ὁρᾷς ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς, ὅταν τὶς αὐτὸν ἐπερωτᾷ πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται ΝΟΜΩ ΠΟΛΕΩΣ.

Præcepit etiam Pythagoras, Νόμοις πείθεσθαι, item, Νόμῳ βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν, uti ſcribit Laertius: & Jamblicus in vitâ; apud quem hæc etiam verba ſunt p. 148. edit. Kuſt. Τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις, εὐδοκίμαζον οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, κἂν ἦ μικρῷ χείρω ἑτέρων. Τὸ γὰρ ῥᾳδίως ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ οἰκείους εἶναι καινοτομίας, ἐδαμῶς εἶναι σύμφορον καὶ σωτήριον. ubi legendum videtur τὸ γ. ρ. α. α. τ. υ. νόμων καὶ οἰκείων, εἶναι καινοτομίας, ἐδαμῶς τ' εἶναι σ. κ. σ. id eſt, *nam leviter deſcedere à legibus latis & propriis, eſſe eorum qui rebus novis ſtudent, & nequaquam conducere ad publicam utilitatem & ſalutem.*

Porphyr. de Abſtin. L. III. p. 179. Ἐπεὶ καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον· Θεοὺς τιμᾶν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, * ἐμπολίτοις [l. ἐπομένους] νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ καθ' δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, * πελάνους ἐπετείους. [l. καὶ πελάνοις ἐπετείοις. nam ſic mox.] *Quin etiam Draconis lex memoratur hujuſmodi: Lex perpetua Atticam incolentibus, ſemper rata: Deos colere, & Heroas indigenas publicè ſecundum patrias leges, privatim pro facultate, cum fauſtâ acclamatione & fructuum primitiis, & libis annuis.* Vide Cicer. de Divinat. II, 16.

l. 6. Ἐλεύθερος γὰρ ὄζις.] Vide L. IV. c. 1. in initio.

p. 74. l. 1. Δίωνος ὄνομα;] Nomen Dionis Θεϊκῶς uſurpatur: idque ex more Stoicorum: vide ad p. 180. l. 9.

l. 6. Περισπμόζεσθε.] Nempe τὸ ἐπίσασθαί τι.

l. 8. Τὸ παιδεύεσθαι.] Nempe ἐρωτᾶται, *erudiri permiſſum eſt.*

l. 9. Μανθάνειν ἔκασα ὕτω δίκαιον, ὡς γίνεσθαι.] Omnino confer Ench. c. VIII. p. 690. Vide etiam p. 263. l. 9. p. 270. l. 12. p. 553. l. 14. In eandem mentem M. Ant. IV, 23. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοὶ εὐάρμοστόν ὄζις, ὦ Κόσμε. *quicquid tibi convenit, ô Munde, convenit & mihi.* Ibid. ſ. 34. & ejuſdem Libri ſ. 26. συμβέβηκέ σοί τι κακῶς; [lege καλῶς;] ἐκ τῶν Ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθείμαρτο καὶ συνεκλώθετο πᾶν τὸ σύμβαινον. *Obvenit tibi mali aliquid? ab initio tibi quicquid contingit, ab Univerſo deſtinatum, & fato certo aſſignatum eſt.*

l. 12. Ἀρετὴν καὶ κακίαν.] Pulchre hac de re Chryſippus in libro Περὶ Προνοίας. Extant autem apud A. Gellium: at emendatiora, & auctiora apud Lactantium in Epitom. p. 75. edit. Davis. *Nihil prorſus,* inquit, *iſtis inſulſius, qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent ibidem mala. nam cum bona malis contraria ſint, utraque neceſſe eſt oppoſita eſſe inter ſe, & quaſi mutuo, adverſoque fulta niſu conſiſtere. nullum adeo contrarium eſt ſine contrario altero. quo enim pacto juſtitiæ ſenſus eſſe poſſet, niſi eſſent injuriæ? aut quid aliud juſtitia eſt, quàm injuſtitiæ privatio? quid item fortitudo, non intelligi poteſt, niſi ex ignaviæ adpoſitione; quid continentia, niſi ex intemperantiæ? quo item modo prudentia eſſet, niſi foret contrariæ imprudentia? Proinde,* inquit, *homines ſtulti cur non hoc etiam deſiderant, ut veritas ſit, & non ſit mendacium? namque itidem ſunt bona*

na & mala, felicitas & importunitas, voluptas & dolor. Alterum enim ex altero, ſicut Plato ait, verticibus inter ſe contrariis deligatum; ſi tuleris unum, abſtuleris utrumque. Idem apud Plut. de Stoic. repug. p. 1050. F. Ἡ καπία πεὸς τὰ λοιπὰ συμπλώματα ἔχει ὅδον. γίγνεσθαι γὰ αὐτή πως καὶ τὸν τῆς φύσεως λόγον. καὶ ἵν' ἔτως εἶπω, ἐκ ἀχρήσως γίνεσθαι πεὸς τὰ ὅλα. ἔτε γὰ τἀγαθὰ ἦν. Socrates apud Plat. in Theætet. p. 176. ed. Step. Ἀλλ' ἔτ' ἀπολέσαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε (ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ αἰεὶ εἶναι ἀνάγκη·) ἔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσαι. τὸν δὲ θνητὸν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον πεειπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. *At fieri non poteſt, Theodore, ut ex hominum ſocietate mala funditus expellantur: (contrarium enim aliquid bono ſemper eſſe neceſſe eſt:) malum tamen inter deos locum habere minime putandum eſt; mortalem autem naturam, & hæc noſtra loca neceſſario ambit & circumvagatur.*

l. 13. Καὶ πάσας τὰς τοιαύτας ἐναντιότητας ὑπὲρ συμφωνίας τῶν ὅλων.] Author de Mundo c. VI. Ἴσως δὲ καὶ τῶν ΕΝΑΝΤΙΩΝ ἡ φύσις γλίχεσθαι, καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ ΣΥΜΦΩΝΟΝ, οὐκ ἐκ τῶν ὁμοίων. M. Anton. VII, 48. τὸ ἐκ τῶν ΕΝΑΝΤΙΩΝ συγκοσμούμενον. Heraclitus apud Ariſtot. in Ethic. L. VIII. c. 1. τὸ ἀνθίξαν σύμφεεον· καὶ, ἐκ τῶν ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΝ καλλίσην ΑΡΜΟΝΙΑΝ· καὶ, πάντα κατ' ἔειν γίνεσθαι. Vide Diſſertat. Max. Tyr. Τῷ Θεῷ τὰ ἀγαθὰ ποιητέον, πόθεν τὰ κακά. ubi hæc ait inter alia hunc ad locum pertinentia: ἃ δὲ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθοεὰς, καὶ ἐφ' οἷς ὀδυεόμεθα, ταῦτα ὁ τεχνίτης καλεῖ ΣΩΤΗΡΙΑΝ τοῦ ΟΛΟΥ. μέλει γὰ αὐτῷ τοῦ ὅλου, τὸ δὲ μέεος ἀνάγκη κακοῦσθαι ὑπὲρ τοῦ ὅλου. Vide infra ad p. 80. l. 13.

p. 75. l. 1. Οὐχ' ἵν' ἀλλάξωμεν τὰς ὑποθέσεις.] Vide p. 158. l. 8.

l. 4. Αὐτοὶ τῳ̃ γνώμην.] Sic noſter codex: alii corrupte πέφυκεν αὐτὸ, τῳ̃, &c.

l. 1. Τί ἂν ἀπολείπεσθαι;] Eodem ſenſu p. 68. l. 6. ὑπολείπεσθαι, rectius forſan. Mox τῳ̃ χρῆσιν αὐτῶν τοιαύτη. ubi Cod. Ven. habet τοιαύτῃ: *quæ ars excogitari poteſt ut cum iis verſemur tali modo, ut,* &c.

l. 12. Κἂν μὲν μόνον ᾖς, ἐρημίαν καλεῖς τοῦτο.] Vide L. III. c. 13. & p. 591. l. 17.

p. 76. l. 3. Παρήγγειν.] Vide ad p. 246. l. 11.

l. 4. Τίς οὖν ἡ κόλασις;] *Quæ igitur pœna eſt eorum, qui ita homines ſeſe habere nolunt, quemadmodum ſeſe habent.* Τὸ [τοὺς ἀνθρώπους] ἔτως ἔχειν ὡς ἔχουσι. Vel forſan, Τίς οὖν ἡ κόλασις τοῖς ἐ πεοσδεχομένοις; Τὸ ἔτως ἔχειν ὡς ἔχουσι. *Quæ igitur pœna eſt eorum qui non admittunt? Ipſum iſtud non admittere.*

l. 9. Ποίαν φυλακήν;] Hæ voces, ποίαν φυλακὴν, cum huc uſque abfuerint, fide noſtri codicis, & ſenſu poſtulante non dubitavi reſtituere.

l. 12. Σκέλος ἔν μοι] Seipſum innuit.

l. 15. Οὐκ ἀποσήσεις;] Editi ἀποσήσῃ. at codex noſter ἀποσήσεις. Sed quiſnam hujus loci ſenſus? Vertit Schegkius, *atque ab eâ* [univerſitate rerum] *te non removebis?* Wolfius, *non cedes?* Equidem credo hìc aliquid librarium omiſiſſe, & legendum, οὐκ ἀποσήσεις τῶν ἐκτός; *non à rebus externis te abduces?* Hanc emendationem firmant quæ legas p. 25. l. 14. εἴ τις ὑμῶν ἀποσὰς

σὰς τῶν ἐκλὸς. & Euch. p. 714. ἐὰν μὴ ἀποσῆς τῶν ὐκ ἐφ' ἡμῖν. Aliter tamen contextus reformari poteſt: ἆρ' ἂν ἀποσήσῃ; *te à rerum univerſitate, cujus pars es, ſejunges, & deſertorem te reddes?* firmat M. Ant. II, 16. ὑβείζει ἑαυτὼ ἡ τῦ ἀνθρώπυ ψυχὴ, μάλιςα μὲν ὅταν ΑΠΟΣΤΗΜΑ, κὴ οἷον φῦμα τῦ κόσμυ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ γένηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γενομένων, ΑΠΟΣΤΑΣΙΣ ὅτι τῆς φύσεως, ἧς ἐν μέρει ἑκάςυ τῶν λοιπῶν φύσεις πεπλέχονται. & L. IV, 23. Ἀπόσημα κόσμυ, ὁ ἀφιςάμενος κὴ χωρίζων ἑαυτὸν τῦ τῆς κοινῆς φύσεως λόγυ. Utro accipias modo, ſenſus orietur Stoico accommodatiſſimus.

p. 77. l. 1. Ἃ ἐκεῖνος, μελὰ τῶν μοιρῶν παρυσῶν κὴ ἐπικλωθυσῶν.] Ex Homero forſan, apud quem Telemachus Od. γ'. 208.

Ἀλλ' ἔ μοι τοιῦτον ἘΠΕΚΛΩΣΑΝ θεοὶ ὄλβον.

Od. π'. 64.

——ὡς γὰρ οἱ ἐπέκλωσεν τάδε δαίμων.

& alibi ſæpius. Eodem modo M. Ant. III, 4. κὴ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα διηνεκῶς ἐννοεῖ. *ſibique ab univerſo deſtinata cogitat aſſidue.* L. II, 3. ὐκ ἄνευ φύσεως κὴ συγκλώσεως. & aliis in locis. Tacitus Annal. L. VI, 22. *Contrà alii,* [nempe Stoici] *fatum quidem congruere rebus putant; ſed non è vagis ſtellis, verùm apud principia, & nexus naturalium cauſarum.*

l. 3. Ἤλίκον μέρος πρὸς τὰ ὅλα;] Lucret. L. VI.

Et quota pars HOMO ſit terrai totius unus.

Sic autem p. 188. l. 14. p. 192. l. 10. τί γάρ ἐςιν ἄνθρωπος; Μέρος πόλεως. p. 216. l. 5. & ſæpius alibi. Nec aliter M. Anton. II, 4. δεῖ δὲ ἤδη ποτὲ αἰδεῖσθαι, τὶ τῦ κόσμυ μέρος ἐῖ. quod quidem paſſim inculcat: juxta illud Perſii III, 71.

——*quem te Deus eſſe*
Juſſit, & humana qua parte locatus es in re.

Hinc illud apud Stoicos præceptum nullo modo noſmetipſos disjunctos & ſeorſim ab Univerſo conſiderare: nam membra ſumus corporis magni: Homo quanquam per ſe non perfectus, eſt tamen quædam particula perfecti: referamus nos itaque πρὸς τὸ ὅλον. Ex hac Stoicorum doctrinâ locus apud M. Anton. XII, 17. illuſtrari atque emendari poteſt: qui nunc hoc modo ſeſe habet.

Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξῃς. εἰ μὴ ἀληθές ὅτι μὴ εἴπῃς. ἡ γὰρ ὁρμή σε ἕξω.*

§. 18. Εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾶν, τί ὄςιν αὐτὸ, &c.

Ita diſtingue,

Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξῃς. εἰ μὴ ἀληθές ὅτι, μὴ εἴπῃς. ἡ γὰρ ὁρμή σε ἕξω εἰς τὸ Πᾶν ἀεὶ ὁρᾶν. id eſt, *eo te tuus impetus ferat, ut in omnibus actionibus obſerves* τὸ Πᾶν, ἕ μέρος ἐῖ. Mox nova periocha incipit, τί ὄςιν αὐτὸ, &c.

l. 4. Καλὰ τὸν λόγον ὑπὲ χείρων τῶν θεῶν.] Ratio, quatenus eſt ratio, non ſuſcipit magis aut minus. Vide ad p. 263. l. 8.

l. 11. Τῇ δᾶνι.] Excepto noſtro codice, cum edit. Salmant. alii exhibent τῇ δᾶνα. male.

l. 12. Οὐκ ἐδίδοτο.] Seneca de Brevit. vit. c. XV. *Solemus dicere, non fuiſſe in noſtra poteſtate quos ſortiremur parentes:* [*ſorte nobis datos.*] *nobis verò ad noſtrum arbitrium naſci licet.* Quas voces uncis incluſimus, è gloſsâ natas arbitror.

l. 13. Γεννηθῆναι.] Repone γενηθῆναί σε, uti noſter codex docet.

p. 78.

p. 78. l. 1. Περσαγόντων.] Περσαγομένων. *Meibom.* Passivè accipi potest.

l. 5. Περσάγεταί σοι τὰ καλάλλαλα τῇ δυνάμει ἣν ἔχεις.] Confer Ench. C. X.

Alia quædam sic corrige: p. 71. l. 14. οἰδ', p. 72. l. 9. μη εἰσι θεοὶ, l. 10. δέ εἰσι p. 78. l. 7. ἔδει. l. 8. ὅτι

CAP. XIII.

PAg. 79. l. 3. Πῶς ὄζιν ἐσθίειν ἀρεσῶς θεοῖς;] Magna apud veteres *reverentia mensæ*, uti loquitur Juvenalis Sat. II. 110. Synesius Ep. LVII. Τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται Φιλίός τε καὶ Ξένιος. Hac de re occurrunt passim præcepta: p. 26. l. 9. p. 586. l. 9. Ench. Cap. XV. Confer autem Xenoph. ἀπομ. L. III. cap. ult. & L. I. c. III. s. 5.

l. 4. Εἰ δικαίως ὄζιν.] Εἰ δικαίως ἐσθίει. Et mox, οὐκ ἔστι legitur pro οὐκ ἐσθίει. *Meibomius.*

l. 5. Κοσμίως.] Sic in Ench. c. XV. p. 695. κοσμίως μελάλαβε.

l. 7. Χλιαρώτερον ἐνέγκη.] Eadem de re Seneca de Irâ L. II. c. 25. *Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui* ——— *ad ista concitari, insania est.* Et supra L. I. c. 12. *Idem faciunt, si calida non bene præbeatur.*

l. 9. Μηδὲ ῥήγνυσο.] Ῥήγνυσο, ut *rumpi* apud Latinos. Horat. I. Serm. III. vers. 136.

——— *miserque*
Rumperis, & *latras.*

Mart. L. VIII. Ep. 61.

Livet Carinus, rumpitur, *furit*, *plorat.*

M. Ant. VIII, 4. κἂν σὺ διαῤῥαγῇς, *licet tu rumparis.*

l. 13. Τῆς αὐτῆς ἄνωθεν καλαβολῆς;] Synesius p. 48. Εἰ μή τις εὐγένεια τύχοι ψυχῆς ΑΝΩΘΕΝ ἔλκουσα τῷ πρώτῳ ΚΑΤΑΒΟΛΗΝ.

p. 80. l. 2. Τί εἰ.] Potius τίς ἄ, cum nostro codice, & edit. Salmant.

l. 7. Οὐ βλέπεις.] Male ἴν.

CAP. XIV.

LIn. 13. Οὐ δοκεῖ σοι, ἔφη, ἡνῶσθαι τὰ πάντα;] Cicero de Oratore, L. III. *Ac mihi quidem Veteres illi majus quiddam animo complexi, multo plus etiam vidisse videntur, quàm quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest: qui omnia hæc, quæ supra & subter, UNUM esse, & una vi, atque una consensione naturæ constricta esse dixerunt. Nullum est enim genus rerum, quod aut avulsum à cæteris per seipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam, atque æternitatem conservare possint.* Seneca Ep. 92. *Totum hoc quo continemur & UNUM est, & Deus; & socii ejus sumus & membra.* & Ep. 95. *Omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt UNUM est: membra sumus corporis magni.* Apud Laertium in vitâ Zenonis, VII, 140. Ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ΗΝΩΣΘΑΙ αὐτὸν, τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὸν τῶν ὅλων νοῦν τῇ τῶν ὅλων πρὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συνέχειαν. M. Ant. VI, 10. Ἢ τοι κυκεὼν ——— ἢ ΕΝΩΣΙΣ καὶ τάξις καὶ πρόνοια. & VII, 9. Πάντα

Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται καὶ ἡ σύνδεσις ἱερὰ καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. & IV, 40. Ὡς ΕΝ ζῶον τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν, καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν. quem locum respicere videtur Julianus Orat. 4. Ὁ σύμπας κόσμος ΕΝ ὄντι ζῶον, ὅλον δι' ὅλου ψυχῆς καὶ νοῦ πλῆρες, τέλειον ἐκ μερῶν τελείων. Adde illud Heracliti citante Authore de Mundo, C. 6. ἐκ πάντων ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Huc respexit Socrates apud Xenoph. ἀπομ. L. I. C. I. s. 14. τῶν τε ἀεὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεμιμνήσκων τοῖς μὲν δοκεῖν ΕΝ μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δ' ἄπειρα τὸ πλῆθος. Hinc capta occasione duobus in locis Ciceronem de Nat. Deor. corrigere & illustrare in promptu est: L. II, 7. *Hæc ita fieri omnibus inter se concinentibus mundi partibus profecto non possent, nisi ea UNO, divino, & continuato spiritu continerentur.* ita locum distingue. Ibid. s. 32. *Sed nos cum dicimus naturâ constare, administrarique mundum, non ita dicimus ut glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejusmodi, nullâ cohærendi naturâ, sed ut arborem, ut animal, in quibus nulla temeritas, sed ordo apparet, & artis quædam similitudo.* Qui quidem locus male ab interpretibus accipitur: τὸ Πᾶν naturâ constat, singulis inter se concinentibus partibus, non ut lapidum fragmenta, quæ arte, non naturâ, constare possint; neque in iis eadem est partium relatio & conspiratio, ac in arbore aut in animalibus. Cæterùm confer Lockium nostratem de humano intellectu L. IV. C. 6. s. 11.

l. 14. Συμπαθῆν τὰ ἐπίγεια τοῖς ἐφανίοις.] Laert. VII, 140. Ἓν δὲ τὸ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ἡνῶσθαι αὐτὸν, τοῦτο δὲ ἀναγκάζειν τὴν τῶν ἐφανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συνῳδίαν. vide Sext. Empir. adv. Phys. p. 569, 570. edit. Lipsi.

p. 81. l. 12. Τὰ φύλλα.] Repone φυλὰ, ex Stobæi autoritate Ecl. Phys. L. I. p. 7. Et sic supra l. 3. τοῖς φυλοῖς ἀνθεῖν.

l. 16. Ἅτε αὐτὸ μόρια ὄντα καὶ ἀποσπάσματα.] Ἀποσπάσματα, non *avulsæ*, sed potius, *haustæ*, *delibatæ*, *decerptæ*. atque ita Cicero Tusc. Disp. V, 13. *Humanus autem animus*, decerptus ex mente divinâ, *cum alio nullo nisi cum ipso Deo (si hoc fas est dictu) comparari potest.* Idem de Senectute c. 21. *Audiebam Pythagoram, Pythagoræosque——nunquam dubitasse, quin ex universâ mente divinâ* delibatos *animos haberemus.* Idem de Divinat. I, 49. *A quâ* [naturâ deorum] *ut doctissimis, sapientissimisque placuit*, haustos *animos*, & libatos [potius, delibatos] *habemus.* Vide M. Anton. V, 27. & ibi Gatakerum. Hinc Jupiter ad Epictetum p. 7. l. 12. μέρος τι ἀπ' ἐμέτεσον. & sic p. 205. l. 12. Σὺ δὲ περιγράμμενον εἶ, σὺ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ θεοῦ, ἔχεις τι ἐν σεαυτῷ μέρος ἐκεῖνο. vide & p. 96. l. 11. Horat. Serm. L. II. 2. vers. 79.

Atque adfligit humo divinæ particulam auræ.

vide Lipsi. Phys. Stoic. L. III. dissert. 8. Hinc obiter explicandus Xenoph. ἀπομν. L. I. c. 4. s. 8. νῦν δὲ μόνον ἄλλα ἐδαμῶς ὅτι σε εὐτυχῶς πως [scribe πως enclitice] δοκεῖς συνευπράττειν; Huc respexit Cicero de Nat. Deor. II, 6. III, 11. non verbum verbo reddit. neque adeo πόθεν cum Davisio legendum.

p. 82. l. 1. Ἀλλὰ σύ μὲν ἀεὶ τῆς θείας διοικήσεως.] Confer Xenoph. ἀπομν. L. I. c. IV. s. 17.

l. 4. Ἅμα μὲν αἰσθητικῶς κινεῖσθαι.] *Simul sensu moveri*: hoc est αἰσθάνεσθαι, sentire, videre, audire, con-

contrectare, &c. κινεῖσθαι διανοητικῶς, pro διανοεῖσθαι. Sic & reliqua adverbia declarentur: συγκαθεστικῶς, id est συγκαταλήθεσθαι: ἀναπνευστικῶς, id est ἀναπνεύειν: ἐφεκτικῶς, id est ἐπέχειν. *Wolfius.*

l. 7. Τύπους δὲ τοσούτους.] Formas rerum quas animus à sensibus abstrahit, intelligo: ut formam domûs, navis, equi, &c. *Wolfius.*

l. 9. Καὶ ἀπ' αὐτῶν κινούμενον, εἰς ὁμοιότητας ὁμοειδεῖς ἐμπίπτοντας τοῖς πρώτως τυπωθεῖσι.] *Et formis illis impellentibus, in cogitationes conformes iis quæ primùm animo impressæ fuerunt, incidis.* Sententia est, opinor, ut res exemplo fiat clarior: Cùm equi imago semel oculorum ministerio impressa menti fuerit, ea imagine unius excitari cogitationem multorum equorum: & effici, ut ubicunque visi fuerint, ex illa imagine agnoscantur. Τύποι hic idem esse, quod apud dialecticos τὰ εἴδη καὶ αἱ ἰδέαι videntur. *Wolfius.*

l. 14. Καὶ ἀπὸ πάντων τινὰ ἴσχειν διάδοσιν;] *Et ab omnibus aliquam habere distributionem:* hoc est, sensum seu intelligentiam rei pervenire ad Deum posse: sentire & intelligere Deum singula. *Wolfius.* Vertit Schegkius, *Et quandam penes ipsum omnium rerum dispensationem habere?* διάδοσις, est traditio quæ fit per manus: & διάδοσις θεοῦ, citante Steph. ex Dion. Areop. *impertitio providentiæ.* Hoc loco sensus est, Deum aliquam tenere partem sibi traditam: vel, Ab omnibus rebus aliquam habere impertitionem: quippe qui omnia sentit. Male autem apud Stobæum, τινὰ ἰσχὺν δίδωσιν.

p. 83. l. 1. Μέρος ὄντ' αὐτοῦ μικρόν.] Lego αὐτῷ, scilicet τῷ θεῷ: qui sol parva Dei pars est, si cum universitate rerum comparetur. Mundum & Deum hic confundere videtur Epictetus. Sed rectius (τὸ αὐτοῦ) omitti videtur, aut subintelligi ποιημάτων, parvam suorum operum partem. *Wolfius.* Probo αὐτοῦ, *sui ipsius*, viz. Dei. Mundus est Deus: sol itaque pars Dei. Vide Ciceronem de Nat. Deor.

l. 3. Φύσιν.] Vide ad p. 23. l. 14.

l. 6. Ἀλλ' ἓν οὐδὲν ἧττον.] Forsan, Οὐδ' ἀλλ' οὐδὲν, &c. quæ loquendi formula Epicteto familiaris, ubi aliquid cum ironiâ quadam negatur. Nisi hoc modo scribas, pendere videtur oratio: *Anne aliquis istud tibi dicit, &c. Non: sed nihilo minus,* &c. Supra autem variant codices in lectionibus, Cod. Basil. τοῦτο δέ σοι μὴ λέγει τίς, ὅτι: atque ita noster codex. Edit. Ven. τοῦτο δέ σοι μὴ λέγειε τίς ὅτι: Edit. Salmant. τοῦτο δέ σοι μὴ λέγεις, τίς εἶ; ὅτι.

l. 7. Τὸν ἑκάστου δαίμονα.] *Cujusque genium.* Nota opinio de genio cujusque, bono & malo. Minantur & Magi nescio quam Genii excantationem, si cujus veram genesin nôrint. Sed per Genium videtur hîc intelligenda cujusque conscientia, præsertim si τίνι γὰρ ἄλλῳ interrogativè legas: *cui enim potentiori & diligentiori custodi quenque commendâsset?* Sed τινὶ γὰρ cùm gravi: *Cuidam enim,* &c. ut ad sententiam Platonis alludat, quâ homines pecudibus, hominibus genios præesse dicit. *Wolfius.*

Ibid. Ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε τὸν ἑκάστου Δαίμονα.] Menander:

Ἄπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

M. Anton. V, 27. ποιῆσαν ὅσα βούλεται ὁ Δαίμων, ὃν ἑκάστῳ παρέδηκεν ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν,

σπόασμα ἑαυτῦ· ὅτ☉ δέ ἐστιν ὁ ἑκάστ☉ νῦς κ) λόγ☉. atque ita paſſim. Cebes in Tab. Ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, κ) τῇ ἑτέρᾳ, ὥσπερ δεικνύων τὶ, ὅτ☉ Δαίμων καλεῖται. προσάπτει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. Cæterum vide, ſi lubet, Lipſ. Phyſ. Stoic. L. 1. diſſert. 19. & Laert. VII, 151. atque ibi Menagium.

l. 11. Παραδέδωκεν ἡμῶν.] Videtur deeſſe ἄν, παραδέδωκεν ἄν.

l. 13. Ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ὅτι.] *Dominans ille in nobis Deus:* uti loquitur Cicero Tuſc. Diſp. I, 30. Seneca Ep. 41. *Prope eſt à te Deus, tecum eſt, intus eſt. Ita dico, Lucili, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſervator & cuſtos: hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat.* M. Ant. III, 5. ὁ ἔν σοι θεός. *qui in te reſidet deus.* & ita paſſim. Laertius VII, 119. Θείους τε εἶναι· ἔχειν γὰ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεόν. τὸν δὲ φαῦλον, ἄθεον. Ovid. Faſt. L. 6.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus ipſo:
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Confer autem p. 206. l. 3. p. 261. l. 8.

l. 15. Τί ποιεῖτε; τύτῳ τῷ θεῷ.] Sic legendum, non τῷ τύτῳ θεῷ. *Wolfius.* Edit. Ven. Baſil: Salmant. τί ποιεῖτε τῷ. τύτῳ θεῷ. Noſter autem codex exhibet eodem modo ac Wolfius legendum voluit.

p. 84. l. 3. Ὀμνύουσι πάντων περιμήσειν τιὼ τῦ καίσαρ☉ σωτηρίαν.] Reſpexit plane Epictetus non modo ad ſacramentum militare, ſed ad novam iſtam formulam, quam omnibus ſacramentis adjecit Caligula: NEQUE ME LIBEROSQUE MEOS CHARIORES HABEBO, QUAM CAIUM HABEO ET SORORES EJUS. Sueton. in Calig. c. 15. & Dio p. 742. Περὶ δὲ δὴ τῦ Αυγύστ☉ τότε Γαΐῳ τά τε ἄλλα ὥσπερ εἴθιστο, κ) ὅτι σφῶν αὐτῶν, κ) τῶν τέκνων, κ) ἐκείνου, κ) τὰς ἀδελφὰς αὐτῦ ΠΡΟΤΙΜΗΣΟΥΣΙΝ ὤμοσαν: *De Auguſto & Caio reliqua pro more facta, juratumque ab omnibus, Caium ſe ejuſque Sorores ſeipſis & liberis ſuis antehabituros.*

l. 3. Ὑμεῖς δὲ δέον τοσύτων κ) τηλικύτων ἠξιωμένοι.] Δέον nihil ad ſententiam facit. Quare legendum ſuſpicor θεόθεν, divinitus, vel à Deo. *Wolfius.* Recte noſter codex, ὑμεῖς δὲ οἱ τ.

l. 8. Ὁμοιός γε.] Interrogative legendum. Significat enim diſſimillimum, & plane contrarium eſſe jusjurandum. *Wolfius.* Recte. nam & eodem modo loquitur ſupra cap. 10. Καί τοι τί ὅμοια, &c. *Com. Shaftesburienſis.*

l. 10. ἐπὶ αὐτῦς ἁπάντων.] Scilicet περιμήσειν ὀμνύουσι. *Hic jurant, ſe pluris facturos eſſe ſeſe, quàm cæteros omnes;* ceſſuros eſſe nemini: hoc eſt, ſe forte ſuâ fore contentos, & optime ſecum agi teſtaturos eſſe. *Wolfius.*

CAP. XV.

PAg. 85. l. 3. Πείσῃ.] Ita noſter codex: alii πείσει.

l. 7. Ἡ γὰ τέχνη ὕλη.] Noſter codex ὡς γάρ.

l. 8. Τῆς περὶ βίον τέχνης.] Cic. de Fin. III, 1. *ARS eſt enim philoſophia VITÆ.* & §. 21. *Recte igitur*

igitur ſi omnibus in rebus temeritas ignoratioque vitioſa eſt, ARS ea, quæ tollit hæc virtus nominata eſt. Ubi male nonnulli codices pro *ARS ea*, habent, *ab his ea*. Idem Tuſc. Diſp. II, 4. *Philoſophus in vitæ ratione peccans, hoc turpior eſt; quod in officio cujus magiſter eſſe vult labitur, ARTEMque VITÆ profeſſus, delinquit in vitâ.* Seneca Ep. XCV. *Omnes iſtæ artes circa inſtrumenta vitæ occupatæ ſunt, non circa totam vitam.* ——— *At hæc quæ ARTEM VITÆ profeſſa eſt*, &c. Idem Ep. I. *ARS eſt bonum fieri.* Hanc μεγίστην τέχνην vocat Epictetus p. 111. lin. ult. & alibi τὴν ἐπιστήμην τοῦ βίου. M. Ant. XI, 5. τίς σοῦ ἡ τέχνη; Ἀγαθὸν εἶναι. Τοῦτο δὲ πῶς καλῶς [f. ἄλλως] γίνεται, ἢ ἐκ θεωρημάτων, τῶν μὲν περὶ τῆς τοῦ Ὅλου φύσεως, τῶν δὲ περὶ τῆς ἰδίας τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς; *Quænam tua eſt ars? Bonum fieri. Hoc verò quo modo aliter fit, quàm documentorum ope, quorum alia de Univerſi naturâ, alia de hominis propriâ conſtitutione?*

p. 86. l. 2. Ὀργίζηται.] Sic noſter codex. & l. 4. ὅτι τοῦτο. & l. 10. περιβαλῇ: cum alii codices dant, ὀργίζεται, ἔτι τοῦτο, περιβαλεῖ. Fortaſſe autem rectius ἔτι τοῦτο.

l. 5. Πῶς ἄν, ἐκεῖνε.] Confer p. 599. l. 1.

l. 7. Ἄφνω γίνεσθαι.] Vide p. 18. l. 8. p. 642. l. 6. mox pinge, σῦκον, male σύκον.

l. 12. Γνώμης δ' ἀνθρώπου καρπόν.] Hunc ad locum reſpexiſſe videtur M. Anton. L. IX. ſ. 10. & L. XI. ſ. 1.

l. 10. Εἶτα.] Vide ad p. 28. l. 8.

l. 13. Μήδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, περισσόκα.] Etſi ego tibi dixero, virtutem brevi parari poſſe, noli credere. Hunc ſenſum eſſe puto. Sed ſi quis ita diſtinguere maluerit, μήδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, περισσόκα: Equidem confirmo tibi, id ne expectandum quidem eſſe. *Wolfius.* Vertit Schegkius, *id verò moneo ego, ne expectes*: incluſive, ἐγώ σοι λέγω. *Ne vero tu (id ego tibi dico) expectes.* Neque diſplicet Wolfii interpretatio, *Etſi ego tibi dixero,* [virtutem brevi parari poſſe] *ne expectes.*

CAP. XVI.

PAg. 87. l. 5. Πόμαλα.] Sic noſter codex: alii πόμα. Ex eodem codice, mox l. 12. ἐνδύσηλαι, ἀποδύσηλαι: repoſui, pro ἐνδύσελαι, ἀποδύσελαι.

p. 88. l. 4. Οὕτως ἂν παιδίον.] Fortaſſe Sophocleum illud reſpexit in Ajace, verſ. 1270.

Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ.
Μέγας δὲ πλευρὰν βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
Μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.

Sed qui recta ſapiunt ubique vincunt.
Bos autem magno-latere ab exiguo tamen
Flagello rectus in via incedit.

Ubi verſu ſecundo πλευρὰν pro πλευρᾷς reposui ex Ms. Oxon. ut κακοφωνία vitetur.

l. 5. Νῦν δ' ἡμεῖς ἀφέντες ἐπὶ τούτοις εὐχαριστεῖν, ὅτι μὴ κἀ αὐτῶν τιὰ ἴσην ἐπιμέλειαν ἐπιμελούμεθα ἐφ' αὑτοῖς ἐγκαλοῦμεν τῷ θεῷ.] Obſcurus & dubius locus. Sed hanc ejus ſententiam eſſe rebr:

gratias esse agendas Deo, quod pecudes nostris usibus serviant, quamvis eis non magnam curam impendamus; tantam certe nequaquam, quantam nobismetipsis. nos verò propter nosmetipsos succensere Deo: hoc est, molestè ferre occupationem quærendi victûs, parandique cultûs, &c. Vulgo sic dicunt: Cur non æque expeditum nobis victum & cultum esse voluit, ac pecudibus? Respondet Epictetus, Imo gratias agite Deo, quod non bestias etiam vobis utiles, æque atque vosmetipsos curare necesse habetis. Est inversio quædam: Doleo me non altero etiam onere levatum esse. Imo gaude, alterum etiam tibi non esse impositum. Quod si cum Deo expostulas; quid proficis, nisi ut & impius sis, & majori calamitate dignus? *Wolfius.*

Ibid. Νῦν δ' ἡμεῖς ἀφύλες.] Verte, *Nunc verò propter hæc* animantia *nosmet gratos exhibere negligentes, quoniam non eodem & pari modo curamur, quo illa curantur, propter nosmetipsos Deum incusamus.*

l. 8. Νὴ τὸν Δία καὶ τὰς θεάς.] Vide Aristoph. Plut. vers. 1. atque ibi Scholiast.

p. 89. l. 1. Τῶν ὑπὸ γενέσεως.] Ita noster codex: alii τῆ ἐπ.

l. 11. Ἀνήρ εἰμι.] Dele interrogationem.

l. 11. Πῶς δὲ ἐ καλὸν τὸ σύμβολον.] Vide supra ad p. 17. l. 14. Pulcritudinis simul & virilitatis signum barbam putabant. Vide Musonium apud Stobæum p. 83. Cynicus in Lucian. *Idem esse*, dixit, *Leoni jubam ac barbam viro tondere.* Athenæus L. 13. p. 565.

Τί γὰρ αἱ τείχες λυτῆσιν ὑμᾶς [l. ἡμᾶς] πρὸς θεῶν,
Δι' ἃς ἀνὴρ ἕκαστος ἡμῶν φαίνεται;
Εἰ μή τι ταύταις ἐνιτρέχεσθ' ὑπ' ἀπονοείς.

Διογένης δὲ ἰδών τινα ὕστατα ἐρχόμενα τὸ γένειον, ἐφησεν, Μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σὲ ἐποίησε καὶ ἐ γυναῖκα;

p. 90. l. 1. Ταῦτα μόνα δεῖν ἔργα ἐφ' ἡμῶν τῶν Προνοίας; καὶ τίς.] Hæc omnia authoritate nostri codicis in contextum revocavi, quæ cum in aliis desiderantur, nihil miror hunc locum interpretes vexâsse, cum tantam haberet lacunam. Mox quoque l. 9. eadem authoritate τοιαῦτα emendavimus, cum ταῦτα prius legeretur.

l. 3. Ὁμοίως.] Ὁμοιοθ. *Salmasius.*

l. 4. Ἄλλο τί.] Sic pinge.

l. 5. Ἢ ὑμνεῖν τὸ θεῖον καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπεξέρχεσθαι τὰς χάριτας;] *Quàm numen celebrare & laudare, & ordine illius beneficia percurrere?* vide p. 526. l. 12. M. Ant. V, 33. τί οὖν ἐ [sic lege] πεπεισμένοις ἵλεως τοῖς ὅσιόν ἐστι μεμάσασιν; ἕως δὲ ἐπαινῶν ὁ καιρὸς ἐφίσταται, τί ἀρνεῖ; τί δ' ἄλλο θεὸς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν, &c. *Quid igitur non propitio animo mortem expectas, sive ea destructio est sive demigratio? donec verò istius tempus obvenerit, quid suffecerit? quid aliud, nisi ut Deos colas celebresque,* &c.

l. 14. Τούτων.] Noster codex τοῦτο.

l. 15. Ὁδῷ χρηστικήν.] Ὁδὸς est *certa ratio atque methodus.* vide ad p. 28. l. 8. sic usurpatur p. 174. l. 7. M. Ant. III, 11. ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἐλέγχειν. *certa ratione modoque,* [ut verbis utar Horatii] *discutere.* & I, 9. ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ ταμιευτικόν. ubi Gatakerus, "Formula Marco admodum familiaris, "quâ certa ratione methodoque aliquid institutum designatur." Utitur quoque Plato in Lib. IV. de leg. ἀλλ', ἔφη, καθ' ὁδόν τε λέγεις. *recte atque certo ordine dicis.* καθ' ὁδὸν est etiam

etiam proverbialis formula. Dionyſ. de Struct. Orat. ſ. XI. ἵνα μοι καθ' ὁδὸν, ὡς φασὶ, χωρῇ ὁ λόγος. *Arte & viâ dicere*, apud Cic. de Cl. Orat. 46. Idem de Nat. Deor. II, 22. *Zeno igitur ita naturam definit, ut eam dicat, ignem eſſe artificioſum ad gignendum progredientem VIA.* Πῦρ τεχνικὸν ΟΔΩ βάδιζον εἰς γένεσιν. apud Laert. VII, 156. ſic Virg. Georg. L. II. verſ. 22.

Sunt alii quos ipſe VIA ſibi repperit uſus.

Ubi Servius, *via*, i. e. ratione. Apud Paul. Apoſt. ad Roman. II, 33. Ἀνεξιχνίαστοι αἱ ΟΔΟΙ τοῦ θεοῦ. *Viæ Dei imperveſtigabiles.* Ubi ὁδοὶ ſunt *rationes iſtæ atque via quâ divina providentia omnia dirigit.* Idem III, 17. ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. Optime Heſych. ὁδὸν εἰρήνης, τὴν καλὴ θεὸν πολίτειαν.

p. 91. l. 2. Διαδιδόντα.] Noſter codex, διδοντα.

l. 3. Γέρων χωλός.] Vide ſupra ad p. 50. l. 3.

l. 7. Οὐδ' ἐγκαταλείπω τὴν τάξιν.] Vide p. 57. l. 4. atque ibi quid hanc ad rem Socrates.

CAP. XVII.

Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ λογικά.] Laertius in vita Zenonis VII, 46. αὐτὴν δὲ τὴν διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι, καὶ ἀρετὴν ἐν ἕξει τοῦ μὴ παράγεσθαι ἀρετάς. Cicero de Fin. L. III. *Dialecticam etiam adjungunt, & Phyſicam, eaſque ambas virtutum nomine appellant.* Vide ad p. 44. l. 9. Vide etiam L. II. c. XXV.

Τὰ λογικά.] Rationem diſſerendi intellige. λόγος & ratio & oratio eſt, unde τὰ λογικὰ dicuntur, quam utranque cùm uno verbo complecti non poſſimus, minus perſpicua hæc ſunt. Sententia eſt, unam eſſe diſſerendi artem, quæ doceat ambigua primùm videre, deinde diſtinguere: rationemque habeat ne cui falſò aſſentiamur, neve unquam captioſa probabilitate fallamur: eaque quæ de bonis & malis dicimus, ut tenere tuerique poſſimus. Nam ſine hac arte, quemvis arbitramur à vero abduci fallique poſſe. Cicero de Finibus. *Wolfius.*

l. 13. Διαρθρωθῇ.] Forſan, διαρθρωθῆσθαι: ut in verſione: mox διαρθρώσει. Legit Salmaſius, διαρθρώσῃ.

l. 14. Ἤτοι ἐν λόγῳ ἐστίν.] *Aut igitur ratio eſt.* Supra capite 2. expoſuit, mentem ac rationem, tum alia omnia, tum ſemetipſam quoque contemplari. Idem fere hîc dicit: ubi à ratione diſceſſeris, & quæ à ratione profluit oratione, nihil eſſe reliquum, quo res explicari dijudicarique poſſint. Quæ rerum explicatio & dijudicatio, cùm in Logicis tradatur aut diſcendam eſſe diſſerendi artem: aut fieri non poſſe quin ejus ignarus, malè affectato compendio, in maximum diſpendium incidat. *Wolfius.*

p. 92. l. 2. Ὅπερ ἀδύνατον.] *Quod fieri nequit.* Nam mente & ratione ipſum quoque Jovem negat quicquam habere præſtantius: etſi humana mens divinæ menti collata, quid eſt aliud quàm extinctus carbunculus, ſoli meridiano ſi conferatur? Non negat rationem ſui eſſe judicem & explanatricem. Id enim ſupra, ut dixi, affirmavit cap. 1. & poſt 20. affirmabit. Sed poſterius tantum membrum eſſe quicquam ratione præſtantius negat. *Wolfius.*

l. 2. Εἰ λόγ☉, ἐκεῖνον πάλιν τίς διαρθώσει; εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται καὶ ἔτοι, ἢ ἄλλα δεησόμεθα, ἄπειρόν ἐστι τοῦτο, καὶ ἀκαλάληκτον εἶναι.] Locus obſcurus, & ut exiſtimo, malè diſtinctus, & nonnihil corruptus. Quem, uti certam ſententiam ſequi liceret, ſic emendandum exiſtimavi, donec liber correctior nobis contigerit, εἰ λόγ☉· ἐκεῖνον πάλιν τίς διαρθώσει; *Si ratio: quis eam tandem explanabit?* ἢ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται καὶ ἔτ☉, ἢ ἄλλα δεησόμεθα· ἄπειρον δ' ἔσται τοῦτο, καὶ ἀκαλάληκτον. *Aut enim ea quoque ratio ipſa ſeſe explanabit, aut aliâ nobis erit opus; atque ità nullus terminus, nullus finis reperietur.*

Hæc mea ſententia eſt: quam ſequatur qui volet, ac nihil meliùs habebit. Quanquam autem (in hoc quidem opere) Stoici ſumus: tamen ab Academia in obſcuris locis non recedimus. Nam Moibanus noſter hunc locum aliter accepit, cujus verba ſubjicere viſum eſt.

ὁ λόγ☉ διαρθωθήσε☉, ἢ { ὑπ' ἄλλα, ὧν τῷ λόγῳ χρεῖαν· ὅπερ ἀδύνατον. ὑφ' ἑαυτῷ, εἰ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται. καὶ ἕτως ἄλλου δεηθησόμεθα. ἄπειρον δὲ ἔσται τοῦτο, καὶ ἀκαλάληκτον.

Quæcunque explicationem requirunt, pro incertis habentur: ſunt autem explicanda per ea, quæ illis ſunt certiora. Nunc ſi ratio ſeipſam explicet, incertum incerto explicari dicetur: quod eſt abſurdum. Videtur ità etiam hac dilemmatum parte negata, innuere τὸν λόγον non indigere διαρθρώσει, quatenus διάρθρωσις accipitur pro explicatione vel probatione: ſed ſatis eſſe eam περιλάσεσθαι ὥσπερ μέτρον, ζυγὸν, κανόνα, γνώμονα ἢ καὶ βάσανον τῶν ἄλλων διακριθησομένων. Nec videtur hæc ſententia pugnare cum illis quæ 10. cap. dixit, ἡ καὶ αὐτῷ θεωρητὰ καὶ τἄλλα πάντα, δύναμις λογικὴ. cùm aliud videatur eſſe θεωρεῖν quàm διαρθροῦν, quorum hoc ad probationes & conſequentias rationum referendum: illud ad genuinum hominique innatum lumen, quo per ſe ſibi, atque eo ipſo aliis etiam lucet. *Wolfius.*

l. 2. Εἰ δὲ λόγ☉.] Sic noſter codex. ut & mox εἰ δ' ἄλλα. ut in verſione expreſſimus.

l. 5. Ἀκαλάληκτον εἶναι. Ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν καὶ τὰ ὅμοια.] Hìc plane deſiderantur quædam, non ſupplenda niſi ope codicum meliorum. ἀκαλάληκτον. Ναί· ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν * * * καὶ τὰ ὅμοια. Verba ſunt diſcipuli Ναι· ἀλλ' ἐπ. cujus verba quidem partim ſunt omiſſa à feſtinante librario; haud male ab Wolfio ſuppleta.

l. 5. Ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεῦσαι καὶ τὰ ὅμοια.] Eſt & hic locus ſuſpectus, niſi fortè θεραπεῦσαι abſolutè ponatur, pro mederi animo. Sed videntur accuſativi prætermiſſi, τὰς ὑπολήψεις, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ ὅμοια. *Magìs opus eſt mederi opinionibus, & appetitionibus, & affectionibus, & ſi qua ſunt alia ejus generis.* Adverſarius Dialecticam elevat, ut ſine qua viri boni eſſe poſſimus: eíque doctrinam morum anteponit. Sed Epictetus monet, qui Dialecticus non ſit, eum nec doctrinam morum ſatìs percepturum eſſe. *Wolfius.*

l. 10. Ἀλλ' ἐρῶ σοι, ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον.] *Sed dicam tibi: At magìs urget, vel neceſſarium eſt.* Quidnam? ars diſſerendi. Concedit plus eſſe momenti in moribus, quàm in diſputationibus: ſed ità, ſi in diſſerendo nec hæſites, nec fallaris. Qua

facultate

facultate ſive naturæ beneficio, ſive arte & uſu parta ſi careas: magis eſſe neceſſariam Dialecticam, & doctrinæ morum prævertendam. Comparat autem doctrinam morum frumento, Dialecticam modio & libræ. Qua ſimilitudine ſignificat, Dialecticam non per ſe expeti, ſed ut inſtrumentum & regulam aliarum diſciplinarum. Verbum ἐπείγειν ſignificat incitare, accelerare, moram ferre non poſſe. Unde ἐπείγομαι, feſtino. Iſocrates Areopagitico, εἰ παρελείφθη τι τῶν τέλῳ ἔχειν καλεπεγόντων: Nunquid præteritum ſit, quod primo quoque tempore confici oporteat. *Wolf.*

Ibid. Ἀλλ' ἐρῶ σοι, Ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον.] Repetit Diſcipuli verba præcedentia, Ναι' ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν.

p. 93. l. 1. Καλαμανθάνεται.] Ita edit. Salmant. alii καλαμανθάνετε. Mox pro ἀκειβῶσαι καὶ καλαμαθεῖν, exhibet noſter codex ἀκειβῶς καλαμαθεῖν.

l. 4. Ναί· ἀλλ' ὁ.] Ab adverſario hæc urgentur. Cui Epictetus Ἀλλὰ, &c. diſtingue itaque. Ναι· ἀλλ' ὁ μ. ξ. ε. κ. ἄκαρπον. Ἀλλὰ μ. σίτυ. Καὶ τ. λ. α. ὅζ. Καὶ π. &c. A. *Eſto: ſed modius lignum eſt & ſterile.* E. *Ejuſmodi tamen, quo frumentum metiri queas.* A. *Eſt & Logica ſterilis.* E. *De eo quidem videbimus*, &c.

l. 9. Σταλικά.] Ita noſter codex, & Ms. Par. alii ταχλικὰ, minus recte ut è præcedentibus liquet.

l. 10. Μῶν ὡς χρύσιππ@.] Leg: μόν@ χρ· καὶ Ζην· καὶ κλ; erotematice. *Com: Shaftesburienſis.* Recte. confirmat noſter codex.

l. 14. Ἤρχετο ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐπισκέψεως. τί σημαίνει ἕκαστον;] Vide Xen. ἀπομ. L. IV. c. 6. ὧν ἕνεκα σκοπῶν σὺν τοῖς συνοῦσιν, ΤΙ ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΙΗ τῶν ὄντων, ἐπεπώπτε ἕλκυε. & ſupra ejuſd. Libri c. V. ſ. 12. ἔστι δὲ καὶ τὸ, Διαλέγεσθαι, ὀνομάζειν ἐν τῇ συνόδῳ κοινῇ βουλεύεσθαι, Διαλέγονται καλὰ γένη τὰ πράγματα. δεῖ οὖν περὶ ἕκαστα σπουδάζειν πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν ἕτοιμον παρασκευάζειν, καὶ τούτῳ μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι· ἐν τούτῳ γὰρ γίνεσθαι ἄνδρας ἀξίους τε καὶ ἡγεμονικωτάτους καὶ διαλεκτικωτάτους. Ex hoc loco lege ſupra c. III. in initio. Τὸ μὲν ἓν διαλεκτικοὺς, pro λεκτικούς. Vide etiam L. I. c. 1. ſ. 16. & L. III. cap. ult. ſ. ult. ubi agit de Etymologia vocis εὐωχεῖσθαι. Extat hac de re Platonis dialogus qui inſcribitur Cratylus. Audi Dionyſ. de Struct. Orat. ſ. XVI. Τὰ κράτιστα δὲ νέμω ὡς πρώτῳ τὸν περὶ ἐτυμολογίας εἰσάγοντι λόγον, Πλάτωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ. *Laudem verò præcipuam Platoni Socratico, ut primo nominum ad origines ſuas reductori, equidem aſſigno, qui hac de re cùm ſæpe alias, tum potiſſimum in Cratylo diſputat.* Imprimis Stoici Etymologiæ ſtuduerunt. Cicero de Off. L. I. *Audeamus imitari Stoicos, qui ſtudioſe exquirunt unde verba ſunt ducta.* & de Nat. Deor. III, 24. *Magnam moleſtiam ſuſcepit & minime neceſſariam primus Zeno, poſt Cleanthes, deinde Chryſippus, commentitiarum fabularum reddere rationem: vocabulorum, cur quique ita appellati ſint, cauſas explicare.* Vide Balbum apud eundem L. II, 25, 26, &c. Scripſit Chryſippus περὶ Ἐτυμολογικῶν, teſte Laertio in ejus vitâ. Ipſe Epictetus infra p. 244. l. 5. Πόθεν οὖν ἀρξάσθαι δεῖ; Ἂν συγκαθῇς ἐρῶ σοι, ὅτι πρῶτον δεῖ σε τοῖς ὀνόμασι παρακολουθεῖν. Conſer L. II. c. X. & M. Anton. III, 11.

l. 15. Ἆρ' ἓν τοῦτό ἐστι τὸ μέγα—— νοῆσαι χρύσιππον.] Vide ſupra p. 23. l. 8. & conſer Enchir. cap. XLIX. ubi notatur Chryſippus ἀσαφῶς,

ἀσαφῶς, obscurè scripsisse. & Seneca Benef. L. 1. c. 3. *Chrysippus quoque, penes quem subtile illud acumen est, & in imam penetrans veritatem, qui rei agendæ causâ loquitur, & verbis non ultra, quàm ad intellectum satis est, utitur.*

p. 94. l. 2. Τὸ βέλτιμα τῆς φύσεως.] Vide Enchirid. c. XXVI. M. Ant. IV, 49. Ἀπότευγμα δὲ τῆς φύσεως τῷ ἀνθρώπῳ εἶναί σοι δοκεῖ, ὃ μὴ οἶδε τὸ βέλτιμα τῆς φύσεως αὐτῷ ὅτι; τί οὖν; [sic distingue.] τὸ βέλτιμα μεμάθηκας; *Frustratio verò naturæ hominis tibi esse videtur, quæ non sit contra voluntatem naturæ illius? quid igitur? voluntatem didicisti?*

l. 5. Πάντας ἀνοήτους ἁμαρτάνειν.] Vide ad p. 143. l. 7.

l. 10. Ἐξηγητὴς τῆς φύσεως.] Horat. Carm. L. 1. Od. 28.

——— *Non sordidus auctor*
Naturæ verique.

Id est, *Naturæ, verique explicandi.* Sed, ut obiter moneam, alia sunt in hoc carmine Horatii, quæ interpretatione egeant. Nauta loquitur, *Te maris & terræ*, &c. MORITURO. Archy. *Occidit*, &c. *admissus.* Naut. *Habentque*, &c. [cùm ironiâ quadam] *atræ.* Archy. *Judice te*, &c. Sed hæc obiter.

l. 13. Ποία οὖν ἐνθάδ' ὀφρῦς.] *Quale igitur hìc supercilium?* hoc est, is solus merito multum sibi tribuit, qui naturam sequitur. Qui verò naturam declarat, si naturam non sequitur, Grammaticus est, potius quàm Philosophus, nec habet quo glorietur. Quanto ergo minus eum superbire decet, qui obscuriora illius Grammatici verba declarat? Egregia est hæc extenuatio eorum qui stylo & lingua plus valent, quàm vitâ & moribus. *Wolfius.*

l. 13. Οὐδ' αὐτῷ.] Οἷα δ' αὐτῷ, ita ferib. *Salmasius.*

l. 15. Πόσῳ πλέον τῷ ἐπαίνου ἐξηγεμόνι.] Scilicet ἐπ' ἴσην ὀφρῦς δικαίως. Si Chrysippus ob sua scripta causam efferendi sese non habet: quanto minus commentator Chrysippi? Addere licet, Quanto minus interpres Græcæ orationis? Cur igitur Wolfi te fatigas, in re adeo tenui? Cur non Historicum potius aut Poetam legis? Respondeo simpliciter & verè; Volo hæc præcepta mihi ipsi inculcare: cupio eadem plurimis esse nota. Atqui jam ista nota sunt. Innotescent pluribus. Hactenus enim fragmenta Epicteti sunt edita, non totus Epictetus. At tu Wolfi nullam ex ista conversione laudem consequeris; ὃ φεύγεις ἱπποκλείδην. Ast etiam posthumus sit fœtus: quid enim refert? neque vivus neque mortuus curabo, quid de me dicant aut sentiant vitilitigatores. *Wolfius.*

p. 95. l. 6. Τὸν σημαίνοντα.] Habes articulum τὸν ex nostro codice. Supra autem σημαίνεται, impersonaliter: nisi legas ἀλλ' ὅτι τι σημ.

l. 8. Ὅτι ἐπίστευται.] Vide ad p. 15. l. 10.

l. 13. Ἐπὶ τῶν συγκαταθετικῶν τόπων, καὶ τῶν ὀρεκτικῶν.] *In loco assensionis & appetitionis.* Locos appellat, opinor, quod peculiariter & seorsim de his agere soleant Stoici. *Wolfius.* De tribus locis in philosophiâ, vide L. III. c. 11.

p. 96. l. 3. Νικῶσαι δύνανται.] Ad oram ed. Salmant. scribitur κινῶσαι.

l. 5. Ἀλλ' ἐμοί, φησὶ, προσάγει θανάτου φόβον, ἀναγκάζεις με.] Noster codex ἀναγκάζεις με, alii dant ἀναγκάζει με. Nota φησὶ, formulam objiciendi: quod semel atque iterum monuisse satis. Vide ad p. 23. l. 14. Ita M. Ant. V, 28. Ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος λόγον ἔχει, φησί. & Dio in Orat. XLVIII. p. 532. l. 6. Sed latuit

latoit interpretes. Conſer autem p. 152. l. 6.

l. 10. Εἰ γὰρ τὸ ἴδιον μέρος, ὃ ἡμῖν ἐδωκεν ἀποσπάσας ὁ θεὸς.] *Nam ſi eam ſui partem, quam nobis impertiit avulſam Deus.* Τὸ ἴδιον μέρος ad Deum referri poteſt, ut in verbo ἀποσπάσας intelligatur ἑαυτοῦ, ſicut Horatius:

Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

Eſt & hæc hyperbole ardore diſputationis expreſſa. Neque enim ita eſt ὁ νοῦς ἀπόσπασμα τοῦ θεοῦ, ὥσπερ τὸ σπέρμα ὅλου τοῦ σώματος, ut ait Hippocrates: neque cum Deo injuriarum agi poſſet, etiamſi aliam humanæ mentis conditionem eſſe voluiſſet. Poteſt inquam ſic intelligi τὸ ἴδιον μέρος, ut referatur ad Deum. Nam ſupra quoque capite 14. ſcripſit, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ μέν ἔτως εἰσὶν ἐνδεδεμέναι, καὶ συναφεῖς τῷ θεῷ, ἅτε αὐτοῦ μόρια ὄσαι καὶ ἀποσπάσματα. Sed ſimplicius eſſe puto, ut τὸ ἴδιον μέρος peculiaris & propria hominis pars intelligatur: & participium ἀποσπάσας, pro ἐὰν ἀποσπάσῃ τοῦ ἀνθρώπου, *ſi Deus eam partem, quam homini propriam dedit, ei eriperet, talemque faceret*, &c. *Wolfius.* Male Wolfius, vide ſupra ad p. 81. l. 16.

CAP. XVIII.

PAg. 97. l. 8. Τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει.] *Affectione quòd ita ſit:* & paulo poſt ἔτω καὶ τῷ ὁρμῆσαι ἐπί τί τὸ παθεῖν, ὅτι ἐμοὶ συμφέρει.] *Sic etiam ad expetendum aliquid, affectione quod mihi expediat, commoveri.* τὸ παθεῖν animi affectionem ſignificat, ut & τὸ πάθος. Hîc verò ad opinionem refertur, idémque valet quod δόξα, ὑπόληψις, φαντασία: quæ vocabula primo tomo declarata ſunt. Quia verò locus hic perobſcurus fore videbatur, ſi verba annumerâſſem: ſententiam appendendam eſſe judicavi. Quòd ſi cui hæc libertas diſplicuerit, perſpicuitati ſuperſtitionem præferenti, is penè ad verbum ſic habeat: *Si verum eſt quod à philoſophis dicitur, unum eſſe omnibus hominibus principium, ut aſſenſionis affectionem, quâ ità eſſe aliquid ſtatuitur: & improbationis affectionem, quâ aliquid non ità eſſe ſtatuitur: itémque cohibendi aſſenſus affectionem, quâ incertum aliquid eſſe ſtatuitur: ſic etiam ad expetendum aliquid, affectionem quâ mihi aliquid conducere ſtatuo (neque verò fieri poteſt ut aliud conducibile iudicem, aliud appetam; aliud conveniens cenſeam, ad aliud impetu ferar) quid vulgo adhuc ſuccenſemus?* τὸ παθεῖν nominativo, quàm τῷ παθεῖν dativo caſu, rectiùs legi videtur: etſi utraque conſtructio locum habet. Ἀρχὴ τοῦ συγκαλεῖσθαι γίνεσθαι τὸ παθεῖν, hoc eſt, ἡ ὑπόληψις, vel τὸ παθεῖν, id eſt, ὅτι ἔπαθον, vel διὰ τὴν ὑπόληψιν συγκαλέσθενσο οἱ ἄνθρωποι. Paulò poſt, pro ἔτω καὶ τῷ ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν, ὅτι: legendum omnino cenſeo, τῷ ὁρμῆσαι ἐπί τι, τὸ παθεῖν ὅτι ἐμοὶ συμφέρει. Hîc protaſis periodi finitur. Sequitur parentheſis, ἀμήχανον δ' ἄλλο, &c. apodoſis eſt, τί ἔτι τοῖς πολλοῖς χαλεπαίνομεν; Dia me torſit hic locus, ob diſtinctionum confuſionem, & omiſſam particulam τι. ſed an ſcopum attigerim, candidè judicent eruditi. *Wolfius.* Optimè, ô Wolfi. *Com: Shaft.* Confirmat noſter codex Wolfii lectionem. Nota autem ſtructuram, Εἰ ἀληθὲς ἔξι τὸ — τί ἔτι τοῖς πολλοῖς χαλεπαίνομεν; p. 98. l. 4. Ἢ ἐλεεῖν αὐτούς;] Minimè. Vide p. 271. l. 6. εἰ δὲ φθονεῖς, ταλαίπωρε, καὶ ἐλεεῖς. & p. 531. l. 1. φοξούμενος, φθονῶν, ἐλεῶν.

Ubi

Ubi vides *miſericordiam* inter animi perturbationes indignas ſapiente poni, & jungi cum *invidiâ*. nec temere. nam miris modis inter ſe conveniunt, & in unâ ſede morantur. Sic Virg. Georg. II, 499.

Aut doluit miſerans *inopem*, *aut* invidit *habenti*.

Confer Cic. Tuſc. Diſp. III, 9. Laert. in vitâ Zen. VII, 111. Ἔλεον μὲν οὖν εἶναι λύπην, ὡς ὂπ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. Hanc definitionem exprimit Cic. Tuſ. Diſp. L. IV. *Miſericordia eſt ægritudo ex miſeriâ alterius injuriâ laborantis.* Non cadit autem ægritudo, λύπη, ἄλογος συστολὴ, in ſapientem; ergo neque miſericordia. Sed audiamus Senecam de Clem. L. II. c. V. p. 477. ed. var. *Scio male audire apud imperitos ſectam Stoicorum, tanquam nimis duram, & minime principibus regibuſque bonum daturam conſilium. Objicitur enim illi, quod ſapientem negat miſereri, negat ignoſcere. Hæc ſi per ſe ponantur, inviſa ſunt. videntur enim nullam ſpem relinquere humanis erroribus, ſed omnia delicta ad pœnam deducere. Quod ſi eſt, quidni hæc ſecta,* [Ipſa codicum variatio ſatis indicat hunc locum eſſe corruptum, lego itaque nonnullorum codicum veſtigia ſecutus, *Quod ſi*, (viz. nullam ſpem relinquunt, &c.) *quid eſt hæc ſcientia,*] *quæ dediſcere humanitatem jubet, portumque adverſus fortunam certiſſimum mutuo auxilio cludit? ſed nulla ſecta benignior leniorque eſt, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior.* Et paulo poſt: *Ergo non miſeretur, quia & ſine miſeriâ animi non ſit. Cetera omnia, quæ qui miſerentur, ſolent facere, hic libens & alius animo faciet.* Quin & hæc verba corrupta, namque & otioſum eſt, revoco itaque in ſuum locum; & aliorum librorum ope lego, *quia ſine m. n. ſit; & cetera o. q. q. m. s. f. hic libens & alacri animo faciet.* Quanquam autem in ſapientem, in perfectum non cadit miſericordia; at proficientem non dedecorat. Itaque mox Epictetus addit, ἐλεεῖ αὐτὸν μᾶλλον. namque ad proficientem, non perfectum ſermo eſt. Eodem modo M. Ant. II, 13. ἔστι δὲ ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἐλεεινὰ, δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ubi notandum illud τρόπον τινὰ: atque ita interpretandum VII, 26. Ὅταν τις ἁμαρτῇ τι εἰς σὲ ἐνθὺς ἐνθυμοῦ τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν ἥμαρτε. τοῦτο γὰρ ἰδὼν, ΕΛΕΗΣΕΙΣ αὐτὸν, καὶ οὔτε θαυμάσεις, οὔτε ὀργισθήσῃ.

l. 4. Δεῖξον τῷ πλάνην, καὶ ὄψει πᾶς ἀφίσανται τῶν ἁμαρτημάτων.] Hypotheticè accipiendum puto pro ἐὰν δείξῃς, ὄψει ὅτι ἀποστήσονται. *ſi oſtenderis errorem.* Sic paulo poſt: μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς καὶ τῷ μοιχῷ· ἐὰν καλὸν παιδίον (non καλὸν παίνεις.) *ſi formam uxoris tuæ non magnifeceris, adultero non iraſcêris.* Frequens Epicteto eſt hic loquendi modus. *Wolfius.*

Ibid. Ἀλλὰ δεῖξον.] Omittitur Οὐ ante ἀλλὰ, qui error frequens eſt in hoc libro. Χαλεπαίνειν οὖν δεῖ αὐτοῖς, ἢ ἐλεεῖν αὐτούς; cui Epictetus, Οὐ ἀλλὰ &c. *Minime aliquid horum faciendum, inquit,* viz. iraſci aut miſereri: *ſed errorem oſtendito, nec mora ab erroribus deſiſtent.* danda venia eſt errantibus, per ignorantiam à veritate abhorrent. πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα στερεῖται τῆς ἀληθείας. vide ad p 143. l. 7. Perſ. Sat. III, 33.

——*Caret culpâ, neſcit quid perdat.*

l. 6. Ἂν δὲ μὴ βλέπωσιν.] Alii libri ἐὰν δὲ, noſter codex ἂν δὲ, quod eodem redit. Cæterùm confer p. 70. l. 15.

l. 9.

l. 9. Μηδαμῶς, ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον τοῦτον τὸν πεπλανημένον, &c. μὴ ἀπολλύσθαι.] verba obscura sunt, & aut depravata, aut ἐλλειπτικά. sic fortè restituenda & complenda, μηδαμῶς τοῦτο λέγε, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον τοῦτο, τὸν πεπλανημένον. Sequitur enim, κἂν οὕτω λέγεις, γνώσῃ πῶς ἀπανθρωπόν ἐστιν ὃ λέγεις. *Si sic dixeris, cognosces quàm inhumana sit tua oratio:* prior scilicet illa, de interficiendo fure atque adultero. Significat, nomen furis atque adulteri seponendum esse, & illius loco reponendum nomen errantis, decepti, occæcati animi. Repete ea quæ primo Tomo de duabus cujusque rei ansis dicta sunt. Ad rem ipsam quòd attinet: neque Platonem neque Epictetum sensisse existimo, homines peccare invitos, & scelera impunita esse oportere: (quid enim eâ opinione stultius, aut pernitiosius?) sed cùm pravæ pleræque cupiditates, & quæ eas sequuntur facinora, ab opinionis errore proficiscantur: dandam esse operam, ut homines verè de rebus omnibus judicent, quò peccata honestæ disciplinæ veræque doctrinæ subsidiis præcaveantur potiùs, quàm puniantur. Quam Persicæ institutionis rationem fuisse testatur Xenophon, quám. que apud nos quoque aliquando exsistere optare possumus, sperare vix possumus, ac nè vix quidem. Plato quidem impunita esse scelera adeò non vult, ut disputet è re facinorosorum esse, ut è medio tollantur, quod per supplicium maximis malis erroris & improbitatis liberentur. Potest vir bonus punire nocentes, & dolere vicem eorum, ut pater filii quem invitus ille quidem & dolens, sed necessariò castigat. Hoc puto velle Epictetum. Sin aliud spectavit, valeat. Non ignorat fur, se & legi naturæ, & juri civili fraudem facere, si rapiat alienum: sed cupiditate vincitur. Scit deprehenso pœnam fore luendam. Sed aut clàm fore sperat, aut pluris cupiditatem suam quàm vitam facit. Qui si Stoicè disputet, fatale sibi esse furari: respondebit Zeno, illud etiam fatale esse, ut flagris cædatur, aut suspendatur. *Wolfius.*

Ibid. Ἀλλ' ἐκεῖνον, &c.] Legendum puto ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον (subaudi λέγε) deinde τοῦτον τὸν πεπλανημένον, & ut postea per Epanalepsin resumatur κἂν οὕτω λέγῃς. *Salmasius.*

Ibid. Μηδαμῶς· ἀλλ' ἐκεῖνον, &c.] Nullus in his verbis mihi error videtur. Τοῦτον οὖν τὸν λῃστὴν, &c. Hæc adversarius. cui respondet Epictetus. Μηδαμῶς· ἀλλ', &c. non ita dicendum, omitte ista nomina furis & adulteri, ista inhumana nomina; illorum loco potius repone nomen errantis, decepti, occæcati: ὃ τλῶ ὄψιν, &c. hæc inclusive. Sed recte Wolfius interpretatur. & recte sese habet contextus.

p. 99. l. 1. Ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ ᾖ τοῦτο.] Fortasse ὅτε: & post δεῖ, τὸ μέγιστόν ἐστι. & paulo post κακοῖς διαλίθειδς, videtur addendum οὕτω διαλίθειδς. *Wolfius.*

Ibid. Ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ.] W. ὅτε: & post δεῖ, τὸ μέγιστόν ἐστι. Recte. sed simul legendum paulo ante ἡ γὰρ μεγίστη βλάβη, pro εἰ γὰρ μεγίστη. sicut in editione Basilienst. *Com: Shaft.*

Ibid. Ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ.] Si pro ὅτι legi posset τοῦτο, plana sententia est, ut sit, τοῦτο δὲ (subaudi ἐστὶ μέγιστον) ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις; οἵα δεῖ. *Salmasius.*

Ibid. Ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ.] Ipsa codicum diversitas hunc locum minime sanum esse ostendit. Cod. Ven. εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη ἡ τῶν μεγίστων, ὅτι δ' ἐν ἑκ. Cod. Bas. ἡ γὰρ μεγ. Noster codex auctior, εἰ γ. μ. βλάβη ἡ στέρησις τῶν μεγίστων, ὅτι δ' ἐν

ἐν. Unde ita locum posse emendari me eodem tempore, inter alia, monuerunt, Episcop. Oxonienſis, quem honoris causâ nomino; & Marcklandus, vir sane (si quis alius) optime de literis meritus: Εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη, ἡ στέρησις τῶν μεγίστων· μέγιστον δ' ἐστὶν ἐν ἑκ. Hæc emendatio mihi valde placet: ipsa series argumentationis postulare videtur. præterea μέγιστον facile omitti posset propter præcedens μεγίστων. imo hæc origo & fons mendarum multarum quibus hi libri scatent. neque unum verbum solùm, sed & verba plurima, imo integræ sententiæ sæpe omittuntur, cùm festinans librarius verba intervenientia oculo negligentiore pervideat. Ecce harum omissionum exempla: ex nostro codice optime restituta. p. 13. lin. ult. καὶ μείζονα ἀπαξίαν τὸ ΔΑΡΗΝΑΙ [τῷ μὴ ΔΑΡΗΝΑΙ.] ὡς', &c. p. 27. l. 11. Πείσομαι αὐτὰ ἃ ΛΕΓΕΙ; [οἷς ἅττως ἃ ΛΕΓΕΙ;] ἀλλ', &c. p. 43. l. 12. καὶ τὸ ἀπόλυθον αὐτοῖς ΠΡΟΣΔΕΧΕΣΘΑΙ· [μὴ μενόντων δὲ αὐτῶν ὁποῖα παρεχωρήθη, καὶ ἡμᾶς πᾶσα ἀνάγκη τῆς παραχωρήσεως ἀφίστασθαι, καὶ τὸ ἀνακόλυθον αὐτοῖς λόγοις ΠΡΟΣΔΕΧΕΣΘΑΙ.] εἰδὲ, &c. p. 72. l. 9. πότερα ΤΙΩΣ [ἢ οὐχ ΤΙΩΣ] λεγόμενον, &c. p. 76. l. 9. βάλλε αὐτὸν εἰς ΦΥΛΑΚΗΝ [ποίαν ΦΥΛΑΚΗΝ;] Ὅπου, &c. p. 99. l. 4. Ista corrupta ex eodem fonte oriuntur. Item: p. 117. l. 7. p. 127. l. 1. Τὸ ποιὸν. ΣΟΝ. [τὸ αἴδημον, ΣΟΝ.] τίς, &c. p. 170. Ἔδει ἓν ΠΡΟΣ ΜΕΝ ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ [τὸ θάρσος ἐσφάλθαι, πρὸς δὲ τὸν φόβον τοῦ θανάτου τὴν εὐλάβειαν· τῶν δὲ τὸ ἐναντίον, ΠΡΟΣ ΜΕΝ ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ,] τοῦ φυγὼν, &c. p. 227. l. 2. ἐφ' ᾧ ΘΑΡΡΕΙΝ ΑΞΙΟΝ; [Ναὶ, καὶ ᾧ πεποιθέναι δεῖ. ἀδεέστερον τινὶ ΘΑΡΡΕΙΝ ΑΞΙΟΝ;] Οὐ, &c. p. 256. l. 11. ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας ΤΗΣ ΑΥΤΟΥ; [τίς πειρᾶται τῆς ἐνεργείας ΤΗΣ ΑΥΤΟΥ] ἐπιτρέψει, &c. p. 276. l. 1. ἐκεῖνον. ΠΟΙΕΙ ΑΥΤΟ· [εἴ τι μὴ ποιεῖν ἐθέλοις, μὴ ΠΟΙΕΙ ΑΥΤΟ.] ἀλλ', &c. p. 291. l. 7. Διατί οὖν οὐκ [ΑΝΤΕΤΕ; ἐπαίτιός μοι τοῦ αὐτίκα; ἢ γὰρ παρ' ἐμὲ] ΑΝΤΕΤΑΙ, ἢ, &c. p. 338. l. 11. ἢ ΠΟΛΗΜΗΣΩΝ; [ΠΟΛΗΜΗΣΩΝ.] τίσι, &c. p. 564. l. 12. τὰ μέρη αὐτῆς ΑΛΛΟΤΡΙΑ, [ἡ κλῆσις ΑΛΛΟΤΡΙΑ.] ἀν, &c. p. 571. l. 7. ΕΙ ΤΟΥ ΣΚΕΛΟΥΣ, [ΤΟ ΣΚΕΛΟΣ· ΕΙ] ὅλω, &c. p. 625. l. 1. ΤΙ ΟΥΝ ΠΡΟΣ ΕΜΕ; [οὐχὶ τῇ κλησευθείσῃ; ΤΙ ΟΥΝ ΠΡΟΣ ΕΜΕ;] οὐχὶ, &c. p. 630. l. 1. διδάσκουσιν ΕΞΙΣΤΑΣΘΑΙ, [δεῖ τὴν κλῆσιν ΕΞΙΣΤΑΣΘΑΙ,] δεῖ, &c. p. 669. l. 11. Ὁ τείχων ΜΗ ΠΡΟΣΕΧΩΝ [τειχαίνει ἀκριβέστερον; ὁ κυβερνήτης ΜΗ ΠΡΟΣΕΧΩΝ] κυβερνᾷ, &c. p. 676. l. 3. ἐμαυτὸν ΠΕΠΟΝΘΑ [ἃ ΠΕΠΟΝΘΑ] Ναὶ, &c. Vides, Lector, harum omissionum causam; quæ profectæ sunt ex librariorum negligentiâ, voces istas, quas uncinis inclusimus, omittentium: nec mirum est, oculos illorum parum ad rem attentos, & ex earundem vocum repetitione deceptos, quæ in medio, transiluisse. Vides præterea præstantiam nostri codicis, qui feliciter hos locos inter alios quamplurimos, restituit. Sed ad rem redeamus.

l. 9. Ἐλεεῖ αὐτὸν μᾶλλον.] In editis omnibus hoc modo, omissis interjectis, legitur: ἐλεεῖ αὐτὸν μᾶλλον. ἢ μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γ. &c. At noster codex eodem modo habet ac edendum curavi. Hiatus sunt supplendi ex merâ conjecturâ, quos quidem supplere tentavimus aliquo modo in versione: ἐλεεῖ αὐτὸν μᾶλλον, μὴ χαλέπαινε, *miserere illius potius, ne succenseas.* Eatenus tuto

tuto proceditur: nam ſic ſcribitur ad oram noſtri codicis. Cætera ſunt in incerto. Sed audi Socratem in Plat. Rep. L. 1. Ὦ Θρασύμαχε, μὴ χάλεπῶ ἡμῖν ἴδῃ· εἰ γὰ [lege ex Ms. Oxon. εἰ γάρ τι] ἐξαμαρτάνομεν ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει ἐγώ τε καὶ ὅδε, εὖ ἴσθι ὅτι ἀκουσίως ἁμαρτάνομεν· μὴ γὰ δή οἶα, εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν, οὐκ ἂν ποτε ἡμᾶς ἑκόντας ἅναι ὑποκαθαιρίνεσθαι, ἀλλήλοις ἐν τῇ ζητήσει, καὶ διαφθείρειν τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ· δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντες, πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον, ἔπειθ' ὕτως ἀνοήτως ὑπείκειν ἀλλήλοις, καὶ οὐ παραδέχεσθαι ὀτιμάλιτα φανῆναι αὐτὸ οἷόν γε [Ms. οἷόν τε] ὂν, ὦ φίλε· ἀλλ οἶμαι, οὐ δυνάμεθα· ἐλεεῖσθαι ἂν ἡμᾶς πολὺ μᾶλλον εἰκὸς ἢ πρὸ ὑμῶν τῶν δεινῶν, ἢ καλεπαίνεσθαι.

l. 11. Οὐ καλεπαίνεις.] Lege cum Wolfio καλεπαινεῖς, uti mox legendum.

Ibid. Ἢ μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικός.] *Aut ne mirare formam uxoris.* Contemtus formæ zelotypiam quidem minuit, ſed infamiam non tollit. Epictetus verò negat uxoris impudicitiam marito imputandam eſſe, qui nihil habeat ſuum præter animum: cætera fortunæ & aliorum eſſe. Quantum autem conjugii legitimi fœdus vulgo valeat, videmus: & repudia tuta non ſunt. Nota verò mala tutiora plerunque. *Wolfius.*

l. 13. Γνῶθι, ὅτι κλεπτης, &c.] Confer p. 471. l. 13.

p. 100. l. 3. Θέλεις αὐτὰ ψύξαι.] *Vis ea refrigerare.* Non ſatis placet, ut nec ψῆξαι, à ψήχω. quid ſi σμῆξαι? à σμήχω, *vis ea purgare.* Moibanus ψύχειν τὰ ῥεύματα τῷ ἵππῳ, inquit. Pollux pro agitatione quadam ventilare, & à ſitus atque incluſi aeris vindicare incommodo. *Wolfius.* Nihil muto, vide mox l. 10. Vis ea veſtimenta ad aerem & ſolem æſtivum pandere, ut ſicca fiant, nec male oleant.

l. 11. Ἔχων παρὰ τοῖς θεοῖς.] De larario ſeu veſtibulo intelligo, ubi veteres ſuos deos collocarunt. ſed dii iſti negligenter cuſtodierunt pretioſiſſ. fortaſſe cultoris ſui ſupellectilem. *Wolfius.*

l. 12. Καλὸν δεσμον, εὖ ἴσον.] Copulâ omiſſa: eleganter. ſic verba ſæpe ἀσυνδέτως junguntur, idque præcipue cum motum & celeritatem ſententia poſtulat.

l. 13. Ὅτι ἔπαθέ τι ἄρας οὐκ ἀπίθανον.] Innuit, candelabri elegantia invitatum eſſe furem. *Wolfius.*

l. 14. Αὔριον, φημὶ, ὀρεφάνιον εὑρήσεις.] Fuit quidam Luciani temporibus, qui hunc Epicteti lychnum fictilem ter mille drachmis emit. Vide Lucian. adv. Indoct. p. 386. Confer autem p. 154. l. 5.

l. 17. Μή τι κεφαλὴν ἀλγεῖς;] Alludit Epictetus ad interrogationem iſtam quæ Κεφαλίνη, ſeu Κεφαλὶς, vocabatur. Vide Laertium II, 108; VII, 187. Εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτο ἔχεις, κεφαλὴν δ' οὐκ ἀπέβαλες· Κεφαλὴν ἄρα ἔχεις. Vide A. Gell. XVI. 2. Seneca Ep. 45. p. 151. edit. var.

p. 101. l. 1. Τί οὖν ἀγανακτεῖς;] *Quid ergo ſtomacharis?* Reſpondeat aliquis, Hoc ipſum, quia caput mihi dolet. Epictetus verò monet, aut caput abjiciendum: aut ejus dolorem ſanari ſi nequeat. æquo animo ferendum, quod naturæ ita viſum ſit. *Wolfius.*

l. 1. Τούτων οἱ πόνοι, ὧν αἱ κλήσεις.] *Earum rerum dolores ſunt, quarum acquiſitiones.* Vide in Simplicio diſtinctionem inter κτήσις & κλῆσις ad Cap. Ench. 46. in initio. *Com: Shaft.*

l. 2. Ἀλλ' ὁ τυφεννῶ δήσει.] Vide ad p. 10. l. 3.

l. 5. Παρήγγελλον οἱ παλαιοὶ, τὸ Γνῶθι σαυτόν.] Plurimis veterum hoc ἀπόφθεγμα adſcriptum fuiſſe monuit Menag: ad Laert. I, 40. Apollini quoque attribuitur Cic. Tuſ. Diſp. I, 22. de Leg. I, 22. Xen. ἀπομ. L. IV. c. 2. s. 24. Infra p. 350. l. 3.

l. 6. Τί οὖν ἔδει; Νὴ τοὺς θεούς, &c.] Hæc lectio non placet; neque iſta, τί οὖν; ἔδει νὴ τ. At omnino placet lectio quam noſter codex exhibet: Οὐκοῦν ἔδει, νὴ τοὺς θεούς, μ. *Itaque oportebat, per deos, in rebus parvis meditari.* à parvis initiis ad majora progrediendum. Confer Ench. p. 693. l. 3. & p. 559. l. 12.

l. 10. Ὅτι δ' ἐδόθαι σενάξαι.] Gemitus concedunt Stoici ad animi confirmationem. ſed eum qui gemat, ſine animi aliqua affectione gemere, vix credo: niſi forte ex conſuetudine fiat, ut de Virgilio proditum eſt, & ipſe nonnullos novi. Æneæ quidem ſuo tribuit hoc Poeta:

Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes.

Wolfius.

Vide Cic. Tuſc. Diſp. II, 22. *Ingemiſcere nonnunquam viro conceſſum eſt, idque raro.* & mox: *Nec vero unquam ne ingemiſcit quidem vir fortis ac patiens.* Ubi repone veram & veterem lectionem, *Vir fortis & ſapiens.* Recte *ſapiens*, patet ex hoc Arriani loco: conceſſum eſt *ſapienti*, ingemiſcere, ut ſe intendat ad firmitatem. ergo addit, ἀλλὰ ἔσωθέν τοι μὴ σενάξῃς. Confer p. 696. lin. ult.

l. 15. Ὀρθὸς σκιπάτει.] Vulgg. ὀρθῶς. male. ὀρθὸς autem, qui per ſe rectus eſt, alienâ non indigens ope: ductâ metaphorâ ab humano corpore, & ad mentem tranſlatâ. hinc explicatur Perſ. V, 104.

——*Tibi* recto *vivere* talo
Ars dedit.

Ars, i. e. philoſophia, βίᾳ τέχνη, βίᾳ ἐπιστήμη. uti p. 85. l. 8. Hor. Ep. L. 1. §. 1. verſ. 68.

An qui, fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum & erectum, *præſens hortatur & aptat?*

M. Ant. III, 5. ὀρθὸν εἶναι χρὴ, οὐκ ὀρθούμενον. *Ipſe rectus ſis, minime alienæ opis indigus, ut qui erigaris.* Hinc patet legendum eſſe L. VII, 12. Ὀρθὸς, μὴ ὀρθούμενος.

l. 17. Οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀήτητον εἶναι χρή.] *Neque enim ut aſinum invictum eſſe oportet.* Pugilem comparat aſinis, qui λακτίζει, id eſt calcibus valeant: pugiles enim πυκτεύουσι, pugnis. *Wolfius.*

l. 17. Ὡς ὄνον ἀήτητον εἶναι δεῖ.] Reſtituimus δεῖ, authoritate noſtri codici, quæ vox male ab aliis deeſt. Sed quid iſta ſibi verba velint ὡς ὄνον? Credo reſpexiſſe Epictetum ad ἄγκον illum & πολυσαρκίαν athletarum. de quo vide Pet. Fab. Agon. L. 2. c. 3. Achelous de ſe: Ovid. Met. IX, 39.

Me mea defendit gravitas; fruſtraque petebar:
Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnat, manet illa, ſuoque eſt pondere tuta.

Vide Galen. Exhort. ad Med. & Art. c. 7. p. 22. edit. Goulſt. ubi hac de re poetæ neſcio cujus verſus citantur.

Αὐτὰρ ἐν ἰσοείῃ πολυπείρῳ γεγάφθαι——
Ὅτι ὄνῳ
Παγκράτιον νίκησέ ποτ' ἀνδρας——
Εἰκοστὴ κὴ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἦν, ὅτ' ἐνίκα
Ὀγκησής.

Ita

Ita locus iſte ſcribendus. Athletas autem carpit (uti Faber docet) in Ὀγκηςῷ vocabulo, alludens ad aſininum & carneum humani corporis pondus, ex homonymiâ vocabuli elegantiam captans. Mox addit, "Iſtud τῷ Ὀγ- "κηςῷ epitheton eſſe aſino conve- "nientiſſimum ex eo intelligas, quod "ita ſcriptum alicubi ab Arriano in "L. 2. c. 24. videre eſt: in quo τὸ "συνογκᾶσθαι uſurpatum licet ad- "vertere, quod Lexicographi ne- "quaquam adferunt." Hæc Faber. Cæterùm, Heros invictus, Ajax, apud Homerum Il. λ'. 557. aſino comparatur.

p. 102. l. 1. Τίς ἂν ἀήτητός;] Quod notandum, percrebro phraſibus, verbiſque utitur Epictetus à re agoniſticâ petitis. Et vir bonus & ſapiens cum robuſto Athletâ comparatur. Magnificæ autem erant appellationes quibus ſeſe ornabant Athletæ. Hinc in inſcriptionibus, Ἀήτητος, Ἀνίκητος, Παγκρατιάστης, Περιοδονείκης, Παραδόξος, Ἄλειπτος, Ἀπλῶτος, Ἀσυνέξωστος. & alia id genus.

l. 3. Καταμανθάνω ὡς ἐπὶ τῶν Ἀθλητῶν.] *Eas* [difficultates] *perpendo, ſicut in Athleta mos eſt perpendere.*

l. 4. Ἐξεβίασε.] Forſ. ἐξεβίβασε. Meibomius.

l. 7. Τί ἂν ἐν σκότῳ;] Cic. de Leg. I, 14. *Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet niſi teſtem & judicem? quid in deſerto quo loco nactus quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum atque ſolum? noſter quidem hic naturâ juſtus vir ac bonus, etiam conloquetur, juvabit, in viam deducet: is verò qui nihil alterius cauſâ faciet, & metietur ſuis commodis omnia, videtis credo, quid ſit acturus.* Idem de Fin. II, 18. *Cur juſtitia laudatur? aut unde eſt hoc contritum vetuſtate proverbium? Quicum in tenebris.* Idem de Off. III, 19. *Itaque talis vir non modo facere, ſed nec cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare. hæc nonne eſt turpe dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitent? à quibus natum eſt id, quod jam tritum eſt vetuſtate proverbium: cùm enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices.* Hinc obiter Cicer. de Fin. III, 21. emendemus. *Alienumque eſſe à ſapiente, non modo injuriam cui facere, verùm etiam nocere.* Non hæc ſunt Ciceronis verba, *injuriam cui facere, verùm etiam nocere.* Sed ex lib. de Off. III, 19. verba quædam reponenda cenſeo, quæ omiſit librarius, *Itaque talis vir non modo facere, ſed nec cogitare quidem*, &c. Sic hoc in loco, *Alienumque eſſe à ſapiente, non modo injuriam cui facere & nocere, verum etiam* * deeſt, *male velle*, aut *male cogitare de quopiam:* aut aliquid ſimile.

l. 10. Νικῆσαι.] Rectius forſan νικῆσαι; cum interrogatione.

Ibid. Τί ἂν καῦμα ᾖ τοῦτο;] Quæ ſupra de Athletâ dixit, nunc ad ſapientem accommodat. Tantus erat æſtus in Olympicis certaminibus, ut ſæpe mortem intulerit. ſed hoc in loco καῦμα tranſlatitio ſenſu accipio, Τί ἂν καῦμα ᾖ τοῦτο, *Quid ſi febre laborat?* Poſt τοῦτο Editi omnes interſerunt ἢ, unde ſententia turbatur. removi ipſe monente noſtro codice.

l. 11. Τί ἂν ὑόμῳ ᾖ.] Scheg. & Wolf. *Quid ſi compluatur?* Ego verò corruptum eſſe locum omnino arbitror; ſed facile corrigitur ex p. 273. l. 6. & p. 359. l. 11. Confer, Lector, & lege: Τί ἂν οἰνωμένος ᾖ; τί ἂν μ. *Quid ſi febre is laborat? quid ſi potus largior æquo? quid ſi atrâ bile laborat?* Hæc omnia cadere poſſe in ſapientem Stoici putabant. De febre, nemo dubitat. De largiore potu, modo mera ebrietas

tas vitetur: vide apud Laert. in vitâ Zenonis VII, 118. Καὶ ΟΙΝΩΘΗΣΕΣΘΑΙ μὲν, ὑ μεθυσθήσεδς δέ. ubi conſule Menagium. Vide etiam quid de Socrate Plato in Conviv. De atrâ bile mox videbimus. Sed prius audi Wolfium aut nihil aut parum ad rem differentem.

l. 11. Τί ἂν μελαγχολᾶν.] *Quid ſi triſtetur animo?* τὸ μελαγχολᾶν plerunque pro errore mentis atque inſania uſurpant veteres: ut Ariſtophanes, μελαγχολᾶντ' ἀπόπεμψόν με τὸν ἑταῖρον. Quare ſuſpicor, hanc vocem à deriſore aliquo Stoicæ magniloquentiæ inſertam eſſe: ut & Horatius ſapientem Stoicum facit. *Præcipuè ſanum, niſi cum pituita moleſta eſt:* εἰρωνικῶς utique. *Wolfius.*

Ibid. Τί ἂν μελαγχολᾶν;] Stoici dixerunt Μανίαν, *inſaniam* in ſapientem cadere non poſſe, poſſe autem Μελαγχολίαν, *furorem:* ut vertit Cic. Tuſc. Diſp. III, 5. Laert. in vit. Zen. VII, 118. Οὐδὲ μανήσεδς· σφαιρωδεῖς μέντοι πόδε αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους διὰ ΜΕΛΑΓΧΟΛΙΑΝ ἢ λήρησιν, ὑ κατὰ τὸν τῶν αἱρέσεων λόγον, ἀλλὰ παρὰ φύσιν. Sed tamen hanc rem in controverſiam Stoicorum nonnulli vocabant: alii perpetuam virtutis, bonique poſſeſſionem fuiſſe dicebant, nullo caſu amittendam; alii negabant. Apud Laert. in Zen. Καὶ μὲν τῷ αἱρεσιώτῃ Χρυσίππῳ ἀποβλητήν· Κλεάνθης δὲ, ἀναπόβλητον. ὁ μὲν, ἀποβλητὴν, διὰ μέθην καὶ ΜΕΛΑΓΧΟΛΙΑΝ. ὁ δὲ, ἀναπόβλητον, διὰ βεβαίους καταλήψεις.

l. 11. Τί ἐν ὕπνοις;] Confer p. 273. l. 5. p. 359. l. 10. Conſule Ariſt. Ethic. L. I. c. 13. Βελτίω γίνεσθαι τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν, ἢ τῶν τυχόντων. Zeno apud Plut. Περὶ Προϊ. ait, *ex inſomniis ſuum quemque proceſſum poſſe ſentire.*

CAP. XIX.

PAg. 103. l. 3. Ὅτι ἂν τινι.] Legendum videtur Ὅταν τινὶ π. Mox, Δοκῇ pro Δόκει reposui ex noſtro codice, unde & temporum & modorum ſit congruentia.

l. 6. Εὐθύς.] *Exempli gratiâ.* Quo ſenſu αὐτίκα uſurpatur. Vide Indic. Attic. ad Lyſiam in elegantî nuperâ editione. Apud Dion. p. 39. D. Αὐτίκα, ὁ τὸν πένητα μακαρίζων. *Verbi gratiâ, qui,* &c. p. 47. E. Αὐτίκα ὁ πατὴρ, &c. & alibi.

p. 104. l. 5. Τὸν ὄνον ὑ θεραπεύω;] Confer p. 318. l. 2.

l. 7. Σὲ δ' ἅττως ὡς τὸν ὄνον.] *Te verò ita ut aſinum;* hoc eſt, non amore & admiratione tuî, ſed ſpe id ſibi utile futurum. *Wolfius.*

l. 9. Τίς σε ζηλωτής.] Vide p. 387. l. 16.

l. 13. Ἐν Ῥώμῃ Πυρετῷ βωμός ἐστι.] Febris divino honore apud Romanos habita: vide infra. p. 118. l. 2. Ei erat templum & ara in Palatino monte. Cic. de Nat. Deor. II. 2. Idem L. III, 25. Idem de Leg. II, 11. Val. Max. L. II. c. 5. Plin. L. II. c. 5. Ælian. L. 12. c. 11. Inſcriptio apud Gruter. p. XCVII.

FEBRI. DIVÆ. FEBRI SANCTÆ. FEBRI. MAGNÆ CAMILLA. AMATA. PRO. FILIO. MALE. AFFECTO. P.

Lactant. edit. Oxon. p. 86. *Hæc enim ſemper excuſatio eſt eorum, qui mala ſua pro diis habent; ut Romani Rubiginem* [ſcrib. *Rebiginem:* vide Heinſ.

Heinſ. ad Ov. Faſt. L. IV, 907.] *ac Febrem.*

l. 16. Πόθεν; μὴ γένοιτο.] Πόθεν; *Nequaquam.* Vide Suid. in V. Sic Latini. *Undenam?* negative. Corrige obiter Dion. p. 312. B. & p. 324. C. τοῖς καθ' ἕκαστα; πόθεν; *erga ſingulos? nequaquam.* Deeſt autem μὴ γένοιτο, in noſtro codice, & abeſſe poteſt; nam Gloſſema eſſe videtur.

p. 105. l. 1. Ὑπ' ἄλλου.] Sic noſter codex pro ἀπ' ἄλλου, uti cæteri habent.

l. 2. Ἀλλὰ τὰ δόγματα.] Confer Ench. c. V.

l. 5. Μή' ἐλέησον.] F. Κύειε ἐλέησον. ſicut infra L. 2. c. 7. nam ſtatim infra ὅτι Κύειος. *Com: Shaſt.*

l. 8. Ἐγώ σοι δείξω.] Verba ſunt Tyranni.

l. 13. Λέγω σοί.] *Tibi dico me culturum,* &c. vel potius Σὲ, μιμηλικῶς.

l. 14. Τοῦτο οὐκ ὄζει φίλαυτον.] *Hoc non eſt ſe amare.* Φιλαυτία in vitio ponitur, cùm quis ſe pluris facit quàm quanti eſt. Sed Epictetus, malle ſibi eſſe melius quàm alteri, negat eſſe vitioſum, quod natura quodvis animal ſibiipſi primum conciliet. *Wolfius.* Confer p. 117. l. 7. p. 140. l. 4. & paſſim. Vide autem A. Gell. L. 12. c. 5. & Ariſtot. Ethic. L. IX. c. VIII.

l. 15. Ὥστε αὐτῷ.] Cum hanc particulam ὥστε authoritate noſtri codicis reſtituimus, ſententia ſatis perſpicua eſt, quæ aliis in libris confuſa & turbata occurrit.

p. 106. l. 1. Καὶ τὸ λυπηρὸν, αὐλὸς ὁ Ζεύς.] *Et quod moleſtum eſt, ipſe Jupiter.* τὸ λυπηρὸν accipio κατὰ παρένθεσιν, ſicut dicunt, τὸ δεινὸν, τὸ μέγιστον. Innuit opinor, iniquis auribus vulgo accipi, ſi Deus ſuapte, non noſtrâ causâ facere dicatur omnia. Deo cultu hominum non eſſe opus, conſtat. ſed Deum coli ab hominibus, quod ejus beneficia exſpectent. Quod ſi æterna illa mens atque omnipotens majeſtas gratuito non colitur: quæ vecordia tyrannorum eſt, ea de cauſa coli ſe & obſervari putantium, quia ſunt tyranni: non autem ideo, ut & maleficiis abſtineant, & bene mereantur? *Wolfius.*

Ibid. Καὶ τὸ λοιπὸν αὐτὸς ὁ Ζεύς.] Καὶ τὸ λοιπὸν, *& denique.* Sic noſter codex.

l. 2. Ὑέτιος, ἢ Ἐπικάρπιος.] Jupiter *Pluvius,* cultus eſt à Romanis. Tibull. I. 8. 26.

Arida nec Pluvio *ſupplicat herba Jovi.*

Ζεὺς ὑέτιος, ὄμβριος à Græcis. Vide Auth. de Mund. p. 869. Virg. G. L. II. verſ. 326.

Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus Æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus.

ac propterea Ἐπικάρπιος dictus.

l. 2. Πάτηρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.] Vide ad p. 20. l. 1.

l. 6. Ἵνα μηδενὸς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν.] *Ut nullum ſuum bonum.* Pene in Epicuri ſententiam inclinat, qui (ut Ciceronis verbis utar) ſummum bonum ſic inſtituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum; idque ſuis commodis, non honeſtate metitur: ideoque his, quibus congregamur, uti moderate & prudenter oportere cenſet, ut eorum ſtudiis ea quæ natura deſiderat, expleta cumulataque habeamus: per eoſdemque, ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus, &c. *Wolfius.*

l. 8. Οὕτως ἐκέτι ἀκοινώνητον γίνεσθαι, τὸ πάντα αὑτῆ ἕνεκα ποιεῖν.] *Sic non amplius à communitate recedit, qui omnia ſua cauſa facit.* Si ſic intelligatur, ſua cauſa facere omnia, ut officio quiſque ſuo fungatur, & naturæ congruenter vivat: ferri poteſt. Si verò ideo bene merendum de aliis exiſtimat, ut viciſſim alii de ipſo bene mereantur: vulgarem potius conſuetudinem, quam boni viri officium deſcribere videtur: qui honeſtatem propter ſeſe expetens, præmia non aſpernatur, ille quidem, ſi contingant, ſed non præcipue ſpectat. Sic homo dives, & quæſtûs ſimul honoriſque contemtor, inſervit reip. gratis, labores & moleſtias capit, adit pericula, de ſuo largitur iis, à quibus nihil ſperat, æquo animo fert invidorum & imperitorum obtrectationes. Cur? Loquor hic non de Chriſtiano, cui divinum præmium propoſitum eſt: ſed de philoſopho. Quia perſuaſum habet, ſe non eſſe oportere telluris inutile pondus: humanitatem id poſtulare, ut proſit plurimis. Si gratiam init, ſi laudatur, ſi honore afficitur, πάρεργα hæc non aſpernatur: ſed maximum officii fructum judicat ipſum officium. *Wolfius.*

l. 11. Καὶ πῶς ἔτι μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀρχή.] *Quomodo jam unum & idem principium erit?* Animal natura ſibiipſi primum conciliat. Sed in eo non ita inſiſtit, ut non ad aliud quoque progrediatur. Vulgo quidem ſuapte cauſa pleraque faciunt. *Wolfius.*

l. 12. Οἰκείωσις.] Laert. VII, 85. τὸν δὲ πρώτην ὁρμὴν φασι τὸ ζῶον ἴσχειν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτό, ΟΙΚΕΙΟΤΣΗΣ αὐτὸ τῆς φύσεως ἀπ' ἀρχῆς. Cic. de Fin. III, 5. *Placet his, quorum ratio mihi probatur, ſimul atque natum ſit animal (hinc enim eſt ordiendum) ipſum ſibi conciliari, & commendari ad ſe conſervandum.* Vide Cic. de Off. L. 1. c. 4. & Alex. Aphrod. περὶ ψυχ. p. 154. ed. Ven. οἱ μὲν ἓν Στωϊκοὶ (ἅ πάντες δὲ) λέγουσι πρῶτον ΟΙΚΕΙΟΝ εἶναι τὸ ζῶον αὐτῷ· ἕκαστον γὰρ ζῶον εὐθὺς γινόμενον πρός τε αὐτὸ οἰκειοῦσθαι, καὶ δὴ καὶ τὸν ἄνθρωπον. οἱ δὲ χαλεπώτερον δοκοῦντες λέγειν αὐτῶν, καὶ μᾶλλον διαρθροῦντες περὶ τούτου, φασὶ, πρὸς τὴν σύστασιν καὶ τήρησιν ΩΚΕΙΩΣΘΑΙ εὐθὺς ἡμᾶς τὴν ὑμῶν (l. ἡμῶν) αὐτῶν.

l. 13. Ὅταν ὑπῇ.] *Cùm ſubſint.* quaſi quæ intus & nulli viſa lateant.

l. 14. Πῶς ὄνλων ἀγαθῶν.] Lego ὡς. *Wolfius.* Recte, ut videtur.

l. 16. Τὰς κοιλωνίτας.] Κοιλωνῖται, *cubicularii principis.* οἱ ἐπὶ τῶ κοιλῶνος. qui erant à cubiculis, & interioribus admiſſionibus. Seneca de Conſt. c. 14. *Nomenclatoris ſuperbiam, cubicularii ſupercilium.* Vide Cang. Gloſſ. Inſcriptio Florent. in aulâ Magni Ducis:

ΘΕΟΙΣ. ΚΑΤΑΧ
ΕΙΔΟΜΕΝΕΙ
ΚΟΙΤΩΝΙΤΗ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΕΤΩΝ
ΚΕ. &c.

p. 107. l. 2. Ἐπὶ τῶ λασάνου.] Hi dicebantur Laſanophori. Hor. L. I. s. 6. verſ. 109.

——*Quinque ſequuntur*
Te pueri Laſanum portantes.

Vide ad p. 13. l. 8.

l. 3. Φιλικίων;] Idem nomen occurrit p. 570. l. 6. & apud Petron. Sat. c. 60. c. 67. ſic vocabatur Senecæ Oſtiarius. Ep. XII. *Ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria aſſerre.*

l. 4. Τῶ κοιλῶνος.] Sic repoſui ex noſtro codice, cum cæteri dant τῶ κοπρῶνος.

l. 8.

l. 8. Καισαριανῶν.] *Cæsariani*, officiales procuratores Cæsaris, qui & *Catholiciani* dicuntur. Ii rationes fiscales tractabant, & bona ad principem devoluta veluti vacantia occupabant. Du Fresn. Gloss.

l. 9. Καίσαρ' σκύλευς ἐγένετο.] Hiccine ille Vatinius? de quo Tacit. Annal. L. XV. s. 34. Si ita, tum Felicio ei nomen ex re datum.

Ibid. Εἶδες ἄν, &c.] Optime hæc nostro idiomate exprimuntur: *Wou'd you but see, how Epaphroditus honoured him! How does that good Man Felicio, I pray you?* Nota interea latinum idioma, Τί ποιεῖ Φηλικίων ὁ ἀγαθὸς, φιλῶ σε. *Quid agit Felicio vir bonus, amabo te.*

l. 12. Τί ποιεῖ Αὐτός;] *Quid* IPSE, id est, Dominus, *ageret?* Sic honoris causâ à servo herus vocatur. Aristophanes Nub. vers. 218.

ΣΤ. Φέρε, τίς γὰρ ἔστ' οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;

ΜΑ. ΑΥΤΟΣ. ΣΤ. Τίς ΑΥΤΟΣ;

ΜΑ. Σωκράτης.

Ubi Schol. Αὐτός.] Τιμῶν τὸν διδάσκαλον οὐκ εἶπε πρῶτον τὸ ὄνομα. Plaut. Casin. A. 4. S. 2.

St. *Quid tu hìc agis?* An. *Ego eo quo me* IPSA *misit: Ipsa*, id est, Hera mea. Theophr. c. 2. ἕως ἂν ΑΥΤΟΣ παρέλθῃ. *donec* IPSE, id est Dominus, *transierit*. Ubi consule Casaub.

p. 108. l. 1. Ἠξίωσαι δημαρχίας;] Quis? anne Felicio? Ita forsan.

l. 2. Ἀλλ' τὰς ὀφθαλμὰς καταφιλεῖ.] Mos notissimus. Eumæus apud Homerum, Οδ. π'. 15.

Κύων δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας.

sed propriè servorum & hominum viliorum manus osculari.

l. 4. Εὐείσηει λύχνος ἀπλουθύων.] Ecce aliud lætitiæ signum: secundum morem. Virg. Æn. 1. 729.

Fit strepitus tectis vocemque per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis.

l. 8. Οἷ τοῦτο ἀγαθόν.] Fortasse ἢ τὸ ἀγαθόν. *Wolfius.* Fortasse ὅπου, sicut in Ench. [p. 715. l. 14.] ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον ἐκεῖ. &c. pro ὅπου facile legitur οἵτου. sic infra [p. 304. l. 10.] fortasse pro τὶ ἄ, legendum πᾶ. *Com. Shaft.* Noster codex pro οἷ τοῦτο habet οἷ τὸ, sed magis placet viri nobilis lectio.

l. 9. Ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου.] Tacit. Annal. L. I. c. 15. *Inter quæ Tribuni plebei petivere, ut proprio sumptu ederent ludos, quī de nomine Augusti fastis additi* Augustales *vocarentur.* Lipsius in Excurs. ad locum. "Puto ad hæc "sacerdotia, quæ cum ambitu & "sumptu adfectabant in provinciis "passim, pertinere Arriani locum "elegantem, de sermonibus Epicteti, L. I. cap. XIX. Lepidus & "ad philosophum dialogismus: *Hodie*, inquit, *locutus mecum quidam "super sacerdotio Augusti. Dico ei, "Mi homo mitte rem, sumptum multum facies frustra. At scribæ publici, inquit,* (corrupta hac parte "Græca) *nomen meum adnotabunt. "Num tu igitur legentibus omnibus "coram dices, Me inscripserunt? & "ut tunc possis adesse omnibus legentibus, mortuus quid facies? Manebit "meum nomen, inscribe ipsum lapidi, "& manebit. Age, extra Nicopolim "autem quæ memoria tui? At coronam auream gestabo.* (qua scilicet "ornati sacerdotes, dum faciunt, ex "Livio, Plutarcho, aliis.) *Si prorsum appetis coronam, roseam indutus circumi; aspectu enim id jucun-*

" *dius?*" Ipſa Livia *Sacerdos Divi Auguſti* à Senatu declarata. ad quod ſacerdotium reſpexit Ovidius de Pont. IV. 9. 105.

Stant pariter natuſque pius, conjunxque ſacerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.

Natus pius, Tiberius, *conjunx ſacerdos*, Livia.

l. 11. Δαπανήσεις πολλὰ εἰς ἀδήν.] Qui Auguſti ſacerdotium ambiebant (haud levem tum temporis honorem) maximo ſumptu id faciebant. Sueton. in Tiber. c. 9. *Seſtertium octogies pro introitu novi ſacerdotii coactus impendere.* Ubi Caſaubonus, " Poſtquam cœpere Imperatoribus tanquam diis templa exſtrui, " redempta ſtatim ſunt ab improbiſſimis adulatoribus ſacerdotia iſta vi " magnâ pecuniæ, non in urbe ſolùm, quod teſtatur hæc hiſtoria: " ſed etiam per provincias. declarat " Arriani locus, quem tractavimus " Lib. ſecundo ad cap. XVIII. & " vetus ille lapis, quem Capuæ deſcripſiſſe aiunt viri docti, poſitus à " quodam, qui gratis eum honorem " eſſet conſecutus: quod hæc verba " indicant: HUIC. ORDO. DECURIONUM. OB. MERITA. EJUS. HONOREM. AUGUSTALITATIS. GRATUITO. DECREVIT." Tacitus Annal. L. XIV. c. 31. *Ad hæc templum divo Claudio conſtitutum, delectique ſacerdotes ſpecie religionis omnes fortunas effundebant.* Ubi Lipſius, " Legebantur enim Pontifices, flamineſque Claudio, ex provincialibus ipſis: quibus in ſacra victimaſque ejus divi multi faciendi ſumptus."

l. 11. Ἀλλ' οἱ τὰς φωνὰς, φησὶ, γεάφοντες.] *Ii qui voces ſcribunt*, Nomenclatores verti. Puto eos intelligi, qui ultro ſua nomina ad ſuppeditandos ſumptus profitebantur, ad ſacrificium Nicopolitanum, ob Actiacam Auguſti victoriam. Qui aliquid habet certius, candide impertiat. *Wolf.*

Ibid. Ἀλλ' οἱ τὰς φωνὰς, φησὶ, γεάφοντες.] Petrus Faber Agoniſt. L. I. c. XIX. " Agonothetas coronis ornatos fuiſſe probant quæ Dio " Chryſ. ſcribit in Diog. ſive Iſthmico. Οὐ γὰ νικήσαντες ἀδένα ἀγῶνα περιέρχονται Στεφάνους ἔχοντες. Quo etiam referendum exiſtimo quod apud Arrianum legitur " de quopiam Neapolitani agonis ſacerdotium affectante, ſermoneſque " cædente cum Epicteto: ubi nomen " ſuum in acta redactum iri à ſcribis " publicis dixiſſet, ſicut ex iis quæ " L. III. ad finem proferemus verbis intelligetur. Quæſiſſe namque philoſophum, quamvis dum " viveret notus eſſe omnibus ea ratione quiret, quid hujus, ipſo denique mortuo fieret; Reſpondiſſe " manſurum ſuum nomen & coronam auream à ſe geſtatum iri: " jure illo ſcilicet ſacerdotis provincialis, immo etiam urbani agonothetico. nam & apud Romanos " ſacerdotum quoque ac pontificum " hoc jus fuiſſe ludos curandi & ipſis " præſidendi ex Herodiano apparet." Idem L. III. cap. XXIII. " Pertinet etiam ad illam in publicis " agonum commentariis inſcriptionem agonothetarum nominis, de " quâ loquimur, quod de agnothetæ " ſacerdotio (ſic enim accipio, non " ignorans quemadmodum alii explicant) relato in acta nomine à " commentarienſibus loquentium ſermones perſcribentibus apud Nicopolim."

Ibid. Ἀλλ' οἱ τὰς φωνὰς, φησὶ, γεάφοντες.] Caſaubonus ad Sueton. Aug. c. XVIII. *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebrior & in poſterum*

rum esset, urbem Nicopolin apud Actium condidit. " Sinum Ambro-
" sium ingredientibus ad dextram est
" Actium, vetustissimum Apollinis
" templum ab Augusto instauratum,
" & magnis reditibus ditatum: ad
" sinistram Nicopolis, libera civitas,
" Augusti opus & κτίσμα. Itaque
" ut κτίστῃ divini honores illi Nico-
" poli habebantur, eratque ibi apex
" honorum omnium, Augusti sacer-
" dotium. Quare etiam anno no-
" men dabat sacerdos Augustalis, &
" in scribendis publicis aut privato-
" rum contractuum instrumentis, ad
" tempus notandum nomen ejus ad-
" scribebant: quo modo fieri solitum
" in plerisque Græcis urbibus satis
" constat. Hæc nos ita esse colligi-
" mus ex eo loco Arriani dissertatio-
" num Epicteti Lib. I. cap. XIX.
" quem ante nos attigerunt magis,
" quàm explicaverunt, Justus Lip-
" sius, & πολυμαθὴς ille Pe-
" trus Faber. —— Dixerat aliquis in
" sermonibus Epicteto, velle se fieri
" sacerdotem Augusti: Epictetus ea
" ratione dissuasit, quod magnos sum-
" ptus esset facturus nulli bono. Sum-
" ptus intellige, vel ludorum, qui
" in honorem Augusti Nicopoli cele-
" brabantur, maximis eorum impen-
" sis, qui præditi essent sacerdotio.
" neque assentior iis, qui ad curam
" ludorum Actiacorum hoc referunt:
" quia non Augusto illi sacri, sed A-
" pollini. Neque putandum est lu-
" dis Apollinis præfuisse alium po-
" tius, quàm sacerdotem ejus dei, in
" cujus honorem edebantur. Dein-
" de Actiacus ἀγὼν ἱερὸς fuit, &
" habuit σίτησιν, quod observat
" Dio: Augustalis, ut videtur, non
" item. Vel potius intellige sum-
" ptus, quos facere conveniebat iis,
" qui hunc honorem ambiebant: eos
" enim fuisse maximos constat. Vide
" Lib. V. ad cap. IX. Quæ sequun-
" tur in narratione Arriani sunt cor-
" rupta: quid enim est οἱ τὰς φω-
" νὰς γεφυρίζειν? nam doctis viris,
" qui conantur ea verba interpretari
" quasi sana, oleum & opera, me
" judice, perit. Nos autem legimus,
" οἱ τὰ σύμφωνα γεφυρίζειν: &
" eam sententiam eruimus, quam
" initio retulimus. Est verò illustris
" hic locus, ex quo attentus lector
" discat, non pauca vulgo haud ita
" nota: ut quod de anno in instru-
" mentis notari solito diximus. Mul-
" tæ enim civitates sub Imperio Ro-
" mano proprios annorum characte-
" res habuerunt, & neque COSS.
" Romanos indices cujusque anni
" scripserunt, neque Juliani rationem
" sunt secutæ. Infra cap. LIX. *Quæ-*
" *dam Italiæ civitates diem, quo pri-*
" *mum ad se venisset, initium anni*
" *fecerunt.* Sic igitur Nicopolitani
" annos numerarunt ab Augustali
" suo. quod & Alexandriæ factum.
" fuisse enim illis quoque Augustalem
" suum anni indicem, & τὸ ἐνιαυτοῦ
" ἄρχοντα, ut loquitur Theodoretus,
" Cujacio ex non editis ejus urbis
" Chronicis notatum est. Habeo
" etiam in antiquissimis ψῆφον πα-
" σχαλίων, id est, Canonem paschā-
" lem, scriptum Græce, ubi anni
" caput est non Januarius, sed Se-
" ptember: quod in Alexandrina
" Ecclesia, aliisque scimus obtinuisse.
" Exstat tamen Novella, qua juben-
" tur omnes omnium partium Impe-
" rii Rom. συμβολαιογράφοι in
" scribendis instrumentis annum Im-
" peratoris & Cos. annotare: qua
" constitutione videntur æræ civitā-
" tum propriæ ab usu omni summo-
" tæ. Præterea observandum, inter
" alios honores fuisse hunc deferri so-
" litum summis sacerdotibus, ut de
" illorum nomine contractus insigni-
" rentur. Auctor Maccabæorum L.
" I. cap. XIV. Καὶ ἐυδόκησαν οἱ

" Ἰωσαῖοι γὰ οἱ ἱερεῖς, τὸ εἶναι αὐ-
" τῶν Σίμωνα ἡγεμόνον καὶ ἀρχιε-
" ρέα. Deinde: Καὶ ὅπως γεά-
" φωνται ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτῶν πᾶ-
" σαι συγχωρεῖ τῇ χώρᾳ. Ne-
" mo verò dubitare poteſt recte à
" nobis eum locum eſſe conſtitutum:
" nam σύμφωνα Græcis Ictis aliiſ-
" que ſcriptoribus τὰ συμβόλαια
" dicuntur. Gloſſarium Græco-Lat.
" Σύμφωνον, συνθήκη, *pactum, com-*
" *pactum, conventum, conventiculum,*
" *pactio.* & σύμφωνα ποιεῖν apud
" mediæ ætatis Græcos, pro contra-
" here & pactum facere. Obſerva-
" tione etiam dignum eſt, quod ait
" paulo poſt, de coronâ aureâ iſto-
" rum Auguſtalium: nam tales erant
" provincialium ſacerdotum. Ter-
" tullianus de Idololatriâ, c. XVIII.
" *Igitur purpuræ illa & aurum cer-*
" *vicis ornamentum eodem more apud*
" *Ægyptios & Babylonios inſignia*
" *erant dignitatis, quo more nunc præ-*
" *textæ vel trabeæ, vel palmatæ,*
" *& coronæ aureæ ſacerdotum provin-*
" *cialium.* ejus coronæ meminit &
" Dio Chryſoſtomus. In fine ſuperio-
" ri loci, illa ῥόδινον λαβὼν στέφος,
" cave vertas cum viro magnæ famæ
" *roſeam indutus circumi.* quod ex-
" cuſari non poteſt: ſed *roſeam ſu-*
" *me, & capiti circumda.*" Hæc
Caſaubonus: ſanè erudite. Conſule
præterea Salm. de modo Uſura. p.
517. *de pactis conventis.*

l. 16. Ἄγε, ἔξω δὲ Νικοπόλεως.] *Age verò ſi extra Nicopolim ſis.* De urbe hâc, ubi ſit, & à quo, & propter quam condita, ſic ſcribit Suetonius: *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior & in poſterum eſſet, urbem Nicopolim apud Actium condidit Auguſtus, ludoſque illic quinquennales conſtituit.* Schegkius.

p. 109. l. 1. χρυσῆν στέφανον φορήσω.] De coronâ aureâ ſacerdotum Prudentius periſtep. verſ. 1011.

Summus Sacerdos nempe ſub terram ſcrobe
Actâ in profundum conſecrandus mergitur,
Mire infulatus, feſta vittis tempora
Nectens, coronâ tum repexus aureâ,
Cinctus Gabino ſericam fultus togam.

De aurea ſacerdotum provincialium coronâ meminit Tertull. de Idol.

l. 2. Ὄψει γὰ κομψότερον.] *Videbis enim elegantiùs.* Puto pro ὀφθήσῃ poſitum, videberis. Vernaculo quidem noſtro ſermoni hic loquendi modus congruit, **du wurdeſt feiner ſehen.** *Wolfius.* Verte, *Roſeam ſume coronam, & capiti circumda; nam viſu eſt magis elegans.* ὄψει, nomen eſt, non verbum. per ſupinum, *viſu*, reddo: ut apud Virgil. *Mirabile viſu.* id eſt, ὄψει θαυμαστόν.

CAP. XX.

Πᾶσα τέχνη.] Vide Cap. I. in initio, & quæ ibi notata.

l. 6. Πρωτογενῶν τινῶν ὄντι θεωρητική.] Τὰ πρωτογενῆ ſunt vel *primogenia*, vel *principalia, maximique momenti*, vel *antecedentia.* Fortaſſe πρωτογενῶς, *præcipue*, adverbialiter: ut ſignificet, cuique arti certam quandam materiam eſſe propoſitam, in quâ verſetur potiſſimum. Ut ſutoris materia præcipua eſt corium. Fieri tamen poteſt, ut è lino & lanâ etiam calcei conficiantur. *Wolfius.*

l. 7. Ὅταν μὲν οὖν ἡ ὁμοειδὴς.] *Quod ſi ipſa quoque ſcientia ſeu ars eju ſdem*

ejuſdem ſpeciei eſt. Res univerſæ dupliciter dicuntur eſſe. Aut enim ſunt extra intelligentiam, aut ſunt intra ipſam. Quoad ſunt extra, aliud eſt quod intelligit, & aliud quod intelligitur: nec ſunt idem ſpecie, ſed genere, quoad nimirum ambo ſunt νοητὰ, & materia facultateque quadam participant, unde communitas generis formari conſuevit. In his verò quæ actu intelliguntur, quum idem ſint intelligens & quod intelligitur, ὁμοειδῆ ſint oportet. nam lapis qui intelligitur, nihil aliud eſt quàm mens intelligens lapidem: propterea quod in vacantibus materiâ rebus idem eſt τὸ νοεῖν καὶ νοούμενον, ut inquit Ariſtoteles. At in his quæ ſic ſunt comparata, ipſum ſeſe quidpiam poteſt apprehendere, contemplarique: eaque mentis ſimpliciſſima eſt energeia, qua ipſa ſeipſam contemplans agnoſcit, qua contemplatione perfecta deſcribitur ſapientia. De his qui plura volet, legat Ariſtot. in tertio de Animâ volumine. *Schegkius.*

Ibid. Ὅταν μὲν οὖν ᾖ ὁμοειδής.] *Cùm conformis, ejuſdem formæ ſeu ſpeciei fuerit.* Si primum caput cum hoc vigeſimo contuleris: pleráque rectiùs intelliges. *Wolfius.*

l. 9. Ὅταν δ' ἂν ὁμογενής.] *Cùm autem ejuſdem generis.* εἶδος καὶ γένος quid differant apud Dialecticos, vel pueris notum eſt. Hîc exiſtimo codicis eſſe mendum, legendúmque ἀνομοιογενὴς una voce. Cùm verò diſſimilis generis: ut ſit perinde ac ſi dixiſſet ἀνομοιοειδής. Quid velit, exempla declarant. Φαντασία & λόγος ſunt ὁμοειδῆ, quia & vis ea quæ imaginem rei mente concipit, vel factæ, vel talis ut fieri poſſit, in anima eſt, & ipſa ratio eſt in anima. Sunt ergò ejuſdem ſive generis, ſive formæ. Sed corium eſt res extra animum: litera ſive picta ſive ficta, eſt extra animum. Animus igitur & corium, itémque litera, ſunt res diverſi generis, diverſæque formæ. Hanc ſimpliciſſimam eſſe puto ſententiam, nec requiri ſubtilem generis & formæ ſeu ſpeciei diſtinctionem. Nec tamen obſto, quò minùs Ariſtotelica ἀκρίβεια hîc locum habeat. Sed tum legendum videtur, ὅταν δ' ᾖ ὁμογενής. Quis verò hujus diſtinctionis uſus, quis finis eſt? Neque enim Epictetus in eo eſt, ut vel artem diſſerendi, vel naturæ obſcuritatem, aut ullam aliam artem explicet: ſed id tantùm agit, ut aliarum artium exempla ad morum doctrinam applicet. Is nimirum, ut animadverſio excitetur, nè ratio ſuo muneri deſit, ſed viſa dijudicet, non temere aſſentiatur, non temere concupiſcat, non temere averſetur quicquam. Id enim in tam cognata materia, atque adeo cohærente, multò fore turpius, quàm ſi ſutor aut ſcriptor in materia extra ſe poſita falleretur, aut negligentiùs munus adminiſtraret ſuum. Turpius enim eſt, ea non perſpicere quæ ante pedes ſunt, quàm in diſcernendis remotiſſimis hallucinari. Tu lector,

——Si quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti. Si non, his utere mecum.

Si qui verò argutiora hæc minùs aſſequuntur: illud teneant, ſummo cavendum eſſe ſtudio, nè in judicio rerum expetendarum & fugiendarum errent, labantur, decipiantur. Logica & Phyſica Stoicorum ſpinoſiora ſunt, nec ſatis nota nobis: quòd fragmenta quædam & exempla tantùm hinc inde occurrunt, integræ verò artes eorum interciderunt. Quare ſi in his erravimus, nos veniâ dignos arbitramur. *Wolfius.*

Ibid. Ὅταν δ' ἂν ὁμογενής.] Noſter codex, ἀνομοιογενής.

p. 110. l. 4. Σύνημα ἐκ ποιῶν φαντασιῶν.] *Collectio ex aliquo modo*

ſe

ſe habentibus viſis. Colligi τὸ καθόλου per ἐμπειρίαν καὶ μνήμην, docet Ariſtoteles in poſterioribus Analyticis. Ut autem notiones communes rebus ſingulis accommodare ritè poſſit homo, prudentia aſſequitur: quæ licet circa ſingularia verſetur, non tamen prout ſentit illa, ſed quoad intelligenter obſervat, in his adminiſtrandis occupatur. Hac enim ratione nexa ſunt ſingularia non à ſenſu, ſed à collectione τοῦ καθόλου: hac enim acie res ſingulas aſpicit oculus prudentiæ. Non enim tantum colligit à ſingulis rebus ſuas notiones mens noſtra, ſed etiam eas applicat per prudentiam. & hoc ipſum eſt quod dicit Ariſt. in Ethicis, ipſum νοῦν eſſe τῶν πρώτων καὶ ἐσχάτων ὅρων. Proinde Plato in Phædro, modum quo colligatur τὸ καθόλου in anima hominis, ſic expreſſit: δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων, εἰς ἓν λογισμῷ ξυναιρούμενον. *Scheghius.*

Ibid. Συστήματα ἐκ τοιῶν φαντασιῶν.] *Ordo, multitudo, compages è viſis quibuſdam.* Utrum ratio ita confletur è viſis, ut corpus humanum è capite, brachiis, thorace, ventre, pedibus, & reliquis; diſputare non eſt hujus loci. ſed rationis munus eſſe dijudicationem rerum, quæ à ſenſibus animo offeruntur, ſatis nobis eſt. *Wolfius.*

l. 10. Καὶ τῆς ἐναντίας ἐπιστήμης ἐπιστητική.] Quippe eadem ſcientia contrariorum.

l. 14. Ὁρᾷτε καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος.] Iſtud καὶ eſt ex noſtro codice. Sed vide p. 41. l. 8. p. 182. l. 4. Mox pro καλὰ δοκιμασίαν, idem codex περὶς δ.

l. 17. Τῇ ἀσφαλείᾳ.] *Olfactu.* Metallici æs & recentem monetam etiam olfactu ſe dignoſcere perhibent. *Wolfius.* Vide Caſaub. ad Sueton. in Veſpaſ. c. 23.

p. 111. l. 1. Ῥίξας τὸ δηνάριον.] Legendum ῥίψας, *projecta denaria. Wolfius.* Omnes Edit. ῥύξας, ſed ad oram Cod. Baſ. & Salmant. ῥίψας. Recte.

l. 7. Ἐπὶ δὲ τοῦ ταλαιπώρου ἡγεμονικοῦ.] *In miſero verò hegemonico.* Mens ſeu ratio, ὁ νοῦς ἢ λόγος à Platone τὸ ἡγεμονικὸν ἢ ἡγεμονοῦν dictum eſt, quod interiores animi partes τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲς τὰ πάθη καὶ αἱ ὁρμαὶ, vis appetendi & iraſcendi, rationis veluti ductum & auſpicia ſequi, neque latius evagari debeant. *Wolfius.* Cæterum legit noſter codex ἐπὶ δὲ τοῦ τ.π. χάσκοντος καὶ καθεύδοντος.

l. 9. Ἡ γὰρ ζημία οὐ περιπίπτει.] *Damnum non incidit.* h. e. non ſtatim cernitur, non expenditur. *Wolfius.*

l. 11. Περὶ τ' ἀδιάφορα δ' ἐστὶ συμπέσῃς.] Sic legendum: non ut codex habet, περὶ τὰ διάφορα. *Wolfius.* Noſter codex uti edendum curavimus.

l. 12. Πρὸς τὸ ἐκλυφλωθῆναι.] Scilicet τῷ γνώμην, de cæcitate mentis. *Wolfius.*

l. 17. Τὴν μεγίστην τέχνην.] Vide ad p. 85. l. 8.

p. 112. l. 1. Αὐτὸς ὁ περιγράμμων λόγος.] Præcipua ratio, caput & ſumma doctrinæ philoſophicæ. Sententia eſt: τὸ ὅτι, hoc eſt nuda præcepta eſſe facilia. ſed τὸ διότι, hoc eſt rationes, quibus ea & intelligantur, & vera eſſe perſuadeatur, argumentaque contraria diluantur: id verò eſſe difficilius. *Wolfius.*

l. 4. Ὅτι τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι θεοῖς.] Vide ſupra p. 72. l. 11. & conſule Gatak. ad M. Ant. VII, 31. Daviſ. ad Cicer. de Fin. III, 22. Lipſ. Manu. ad Stoic. L. 2. diſſ. 16.

l. 5. Οὐσία δ' ἀγαθός.] Vide p. 50. l. 7. p. 99. l. 1. p. 167. l. 5.

l. 7. Τί ὅτι φύσις ἢ ἐπὶ μέρους καὶ τί ὅτι φύσις ἢ τῶν ὅλων;] Nota hanc

hanc distinctionem: ad quam crebro respicit Epictetus. Laertius VII, 89. Φύσιν δὲ χρύσιππος μὲν ἐξαπύει, ἢ ἀκολούθως δεῖ ζῆν, τἰ τε κοινὴν καὶ ἰδίως τἰ ἀνθρωπίνιν. ὁ δὲ Κλεάνθης τἰ κοινὴν μίνην ἐνδέχεσθαι φύσιν, ἢ ἀκολυθεῖν δεῖ, ἐκέτι δὲ καὶ τἰ ἐπὶ μέρυς. Chrysippi sententiam sequitur Epictetus: eadem utrisque ratio. nunquam enim aliud *Natura*, aliud *Sapientia* suadet. Sic M. Anton. II, 9. Τύτων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμὴ, &c. Idem V, 3. Εὐθεῖαν πόρευε, ἀκολυθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ· μία δὲ ἀμφοτέρων τύτων ἡ ὁδός. & s. 25. Ἐγὼ νῦν ἔχω ὅ με θέλει νῦν ἔχειν ἡ κοινὴ φύσις; καὶ ποήσω ὅ με νῦν ποήσειν θέλει ἡ ἐμὴ φύσις. Vide & L. XI. s. 5.

l. 11. Τί τὸ προηγύμενόν ἐστιν ἐφ' ἡμῶν;] *Quid sit in naturâ nostrâ præcipuum?* hoc est, Corpusne pluris sit, an animus? *Wolfius.*

Ibid. Τί τὸ ὑποσατικὸν καὶ οὐσιῶδες;] *Quid substantiale & essentiale?* Propria vocabula nobis non suppetunt. Hoc vult opinor, ratione & mente hominem præstare bestiis: hoc est, si Porphyriano modo loquamur, ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ νῦς, ἡ διαιρετική τε τῶν ἄλλων ζώων, καὶ συνεκτικὴ τῦ ἀνθρώπυ διαφορά ἐστι: mente & ratione distingui hominem à bestiis, mente proprie absolvi hominem. *Wolfius.*

l. 13. Οὐκ εἰκὸς εἶναι τῷ κελύφει.] Malim ἐν τῷ κελύφει, ut ἐν σαρκὶ. Sententia est, cochleam ipsam, hoc est, vivum animalculum, præstare testæ cui includitur. Sic animum, qui corpore non secus ac cochlea testa sua contineatur, præstantiorem esse corpore: & hominis bonum æstimandum non è corpore, sed ex animo. *Wolfius.* Noster codex ἐν τῷ κ. Vide cap. XXIII. in initio. Sic autem interpretare, Ἂν ἔν ἐλθὼν Ἐπίκυρος, &c. *Quod si Epicurus advenions dixerit* (noster codex εἶπεν) *In carne bonum esse oportere,* (vide p. 380. l. 15. & quæ ibi notata.) *rursus longum fit;* [propter τὸ διότι] *ac necesse est audire, Quid sit in naturâ nostrâ præcipuum, Quid sit loco subjecti & materiæ:* necesse est, inquam, audire, *cochleæ bonum in testa positum non probabile esse; num itaque hominis bonum? Immo verò, Epicure, tu ipse aliquid præstantius habes. quid est quod in te deliberet? quod res singulas perpendat? quod de hac ipsâ carne judicet, eam esse id, quod in Homine præcipuum?*

p. 113. l. 1. Τί δὲ καὶ λύχνον ἅπτεις;] Confer p. 294. l. 4. Vide etiam Com. Shaft. Vol. 1. p. 92.

l. 2. Τηλικαῦτα βιβλία γράφεις;] De scriptis Epicuri sic Laert. X, 26. Γέγονε δὲ πολυγραφώτατος ὁ Ἐπίκυρος, πάντας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων. κύλινδροί μὲν γὰρ πρὸς τριακοσίους εἰσί.——ἐζήλωκε δὲ αὐτὸν Χρύσιππος ἐν πολυγραφίᾳ.——εἰ γάρ τι γράψαιτο Ἐπίκυρος, ἐφιλονείκει τοσαῦτα γράψαι ὁ Χρύσιππος καὶ διὰ τῦτο καὶ πολλάκις ταὐτὰ γέγραφε, τῷ μὴ ἐπελθεῖν καὶ διόρθωσα ἔλιπε, τῷ ἐπείγεσθαι. [sic hunc locum legendum censeo.] καὶ τὰ συγγράμματα μὲν Ἐπικύρῳ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα, ὧν τὰ βέλτιστά ἐστι τάδε. κ. τ. λ. *Scripsit autem Epicurus infinita volumina, adeo ut illorum multitudine cunctos superarit. namque ad trecenta volumina sunt.——Æmulatus est illum Chrysippus in scribendo multa.——nam si quid Epicurus scriberet, tantundem scribere & Chrysippus contendebat: atque ideo sæpius eadem scripsit, eo quod non relegeret; & non emendata reliquit, eo quod festinaret.—Sunt igitur Epicuri volumina*

tot

tot numero & magnitudine, ex quibus iſta vel optima ſunt, &c. Hanc ob cauſam credo Epicurum *Doctum* nominari à Propertio: III. XX. 25. ubi nullo modo contextus eſt ſollicitandus.

——*aut hortis* docte *Epicure tuis.*

& apud Petronium.

Ipſe pater veri doctis Epicurus in hortis.

CAP. XXI.

L. In. 9. Ἂν ὀρέγωμαι.] Alludit ad tres in philoſophiâ locos. Vide L. III. c. 2.

l. 12. Ὀβελίσκον καʃαπιών.] Legendum ὡς ὀβελίσκον. Intelligenda autem eſt ſtatua trium laterum in acutum deſinens, à ſimilitudine veru, pyramidi non adeò abſimilis. Hoc autem vero deridet hominum inflatum, & ſeſe efferentem oſtentatorem. *Wolfius.* Iſtud ὡς abeſſe poſſit. Idque eleganter. ſic apud Sophoclem. Oed. Col. 138.

Μή μ' ἱκεʃεύω πϱοσίʃητ' ἄνομον.

Ne me, quæſo, adſpicite tanquam *improbum.*

Ubi Schol. λείπει τὸ ὡς, ἵν' ᾖ, ὡς ἄνομον.

Hom. Il. ω. 258.

Ὅς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδϱάσιν.

Qui tanquam *Deus erat inter homines.*

Horat. L. I. Ep. 2.

Ruſticus expectans, dum defluat amnis.

Id eſt, ad inſtar ruſtici exſpectantis. Cæterùm Epictetus iſtos elato vertice & corpore erecto depingit, de quibus & Perſius, l. 129.

Seque aliquem credens, Italo quod honore SUPINUS.

Seneca de Benef. II, 13. *Quid te tantopere reſupinet?* Sophocles Aj. 1247.

Τʃηλ' ἐκόμπεις, κἀπ' ἄκϱων ὠʃοιπόϱεις.

Quàm magnifica jactares? ſummiſque digitulis incederes?

Dicunt noſtrates, **He walks as if he ſwallowed a Spit.**

CAP. XXII.

PAg. 114. l. 6. Πεϱὶ πϱολήψεων.] Πϱολήψεις καὶ ἐννοίας Cicero anticipationes, id eſt anteceptas animo rerum quaſdam informationes, prænotiones, notiones, præſumptiones, & notitias rerum convertit. *Wolfius.*

l. 7. Αἱ πϱολήψεις.] Articulum *αἱ* reſtitui, monente noſtro codice. & verſ. 14. ὅτι ante καλῶς. & ſequenti pag. l. 1. ὁ δὲ ante ὄν. & l. 15. articulum τῆς. omnia ex noſtro codice.

l. 9. Τίς γὰϱ ἡμῶν ἀντίθησιν, ὅτι τὸ ἀγαθὸν συμφέϱον.] Diog. Laert. in vitâ Zenonis, VII, 98. Πᾶν δὲ ἀγαθὸν συμφέϱον εἶναι, καὶ δέον, καὶ λυσιτελὲς, καὶ χϱήσιμον, καὶ εὔχϱηστον, καὶ καλὸν, καὶ ὠφέλιμον, καὶ αἱϱετὸν, καὶ δίκαιον. Et Socrates apud Plat. in Alcib. 1. Τὰ μὲν δίκαια, καλά· τὰ δὲ καλὰ, ἀγαθά· τὰ δὲ ἀγαθὰ συμφέϱει· τὰ δίκαια ἄϱα συμφέϱοντά ἐϛι. Cicer. de Off. III, 3. *Nunquam poſſit utilitas cum honeſtate*

ſtatò contendere. Itaque accepimus, Socratem exſtaſiaſi ſolitum eos, qui primum hæc naturâ cohærentia, opinione diſtraxiſſent. Cui quidem ita ſunt Stoici aſſenſi, ut quidquid honeſtum eſſet, id utile eſſe cenſerent: nec utile quidquam, quod non honeſtum.

l. 13. Περὶ τὴν ἐφαρμογήν.] Confer p. 13. l. 3. p. 223. l. 6. p. 266. l. 15. & ſæpius alibi.

p. 115. l. 2. Ἀποφαινόμενος.] Repone cum Edit. Ven. ἀποφαινόμενος: ſuccinente noſtro codice, & Salmant. *Alius dicit, pulcrè fecit, fortis eſt: alius verò, non pulcrè fecit, vaſanus eſt.*

l. 3. Αὕτη ἐστὶν ἡ Ἰουδαίων.] Vide p. 65. 225.

l. 7. Ταύτην τὴν μάχην εὑρήσεις.] Vide p. 338. l. 2. & confer Platon. Alcib. 1. p. 112. Ed. Steph. Vide etiam Horat. Ep. 2. L. 1. *Trojani belli ſcriptorem.* Ubi pari modo de Homero diſſerit, cum plenius nempe & melius ipſo Chryſippo & Crantore dixiſſe, quid pulcrum, quid non, quid turpe, quid utile, &c. Vide etiam p. 658. l. 1.

p. 116. l. 2. Καλῶς.] Hanc lectionem habes ex noſtro codice, ſenſu poſtulante. alii καλῶς.

l. 6. Ἐγὼ ἂν μόνος; ἀλλ'.] Lego, Ἐγὼ ἄν μόνος ἀγέραστος: ut ἀ. ἰλιάδ.

——Ὄφρα μὴ οἱ
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω, ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε. *Wolfius.*

Ibid. Ἐγὼ ἂν μόνος;] Recte, cùm pueris eſſet Homerus notiſſimus. ἀλλ' ἐγὼ μόνος μὴ ἔχω. hæc ex margine forſan ſcioli explicatio cujuſdam.

l. 9. Ταῖς ὅπῃ μέρεσι οὐσίας.] *Particularibus ſeu ſingulis eſſentiis.* οὐσίας idem hic valere cenſeo, quod παράγματα. ſicut Iſocrati ἰδέας. *Wolfius.*

l. 10. Καὶ κοινὸν συλλέγειν, ὅτι τῶν ὅλων.] Vide Ench. cap. 1.

l. 15. Οἱ κοινωνοί.] *Socii.* Non homines tantum intelligo, ſed deos etiam. Siquidem mundus Stoicis eſt una quædam magna civitas, communis deorum atque hominum. *Wolfius.*

l. 17. Εἶτα οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν ὑγίεια;] *Itáne ſanitas bonum non eſt?* Adverſarius objicit. Si bonum hominis in animo poſitum eſt: ea in bonis non erunt, quæ ab omnibus bona judicantur. Concedit Epictetus, ea non eſſe bona. Nam bona ſi eſſent, nullam neque cum diis neque cum hominibus ſanctam eſſe poſſe ſocietatem. Deos enim accuſari, quòd bona non largiantur: homines, quòd ea vel palam rapiant, vel clam ſurripiant. Sed quæri poſſit, rectène accuſet Jovem Irus, quod ſibi divitias non dederit? Ideone Penelope formoſa non fuerit, quòd à procis expetita? Procine rectè fecerint, quòd eam invitam rapere voluerint? Annon inverti argumentum poteſt? Imò quoniam Irus ſibi negatas eſſe divitias queritur, divitiæ ſunt in bonis. Nihil enim niſi bonum aut ſit, aut eſſe videatur, expetitur. Sed quia mortales omnes, divitias (tantas intelligo rei familiaris copias, unde honeſtè poſſis vivere) bonas judicant: eos non falli eſt probabile. Non quia Helenam Alexander rapuit, formoſa non fuit: ſed quia formoſa fuit, ideo rapuit. Ad Iri verò querelam quod attinet, argillæ non eſt cum figulo expoſtulare. Diſcant & Paris & proci, appetitum rationi obedientem præbere. Sic & ſua ſorte contenti erunt, & nemini facient injuriam: neque negabunt tamen, & divitias eſſe bonas, & Helenam ac Penelopen formoſas. *Wolfius.*

p. 117. l. 7. Ἐγὼ μὲν γὰρ πέφυκα πρὸς τὸ ἐμὸν συμφέρον.] *Na-*

turâ feror ad id quod mihi expedit. Quid ni? Expedit verò cum Jove expoſtulare? expeditne fraudare, furari, latrocinari? Non: quia juſtitiæ repugnat, & honeſtati. Nihil ergo utile, niſi & honeſtum idem fuerit. Sed ideone ager meus malus eſt, ſi à vicino per vim occupatur? Imo vicinus malus, ager verò bonus. Nihilo minus enim frumentum bonum gignit, etiamſi à latrone fuerit excultus. *Wolfius.* Pro ἐμὸν male in textu ἐμοί.

l. 8. Συμφέρει μοι ἀγεὸν ἔχειν.] *Conducit mihi agrum habere.* Videtur omiſſum conſequens, cujuſmodi fuerit, συμφέρει μοι καὶ ἀφελέσθαι τὸν γείτονα: ergo etiam vicino eam eripere mihi conducit. Sic quidem fures & latrones argumentantur: ſecus verò boni viri. Et hac ipſa de cauſa nos Epictetus monet, bonum hominis in animo, non in rebus externis eſſe collocandum, ne furum & latronum ſimiles fiamus, & ingrati adverſus Deum. *Wolfius.*

Ibid. Εἰ συμφέρει μοι ἀγεὸν ἔχειν, συμφέρει μοι ἱμάτιον ἔχειν.] Ita Vulgg. at noſter codex ſupplet ea, quæ propter earundem aut ſimilium vocum repetitionem omiſerunt librarii. Vide ſupra ad p. 98. l. 17. Supple obiter Plat. de rep. l. 2. p. 128. Edit. Cantab. ἐν δὲ ταύτῃ, καὶ τούτῳ προσδεήσει δὲ καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων: ope Ms. Oxon. ἐν δὲ ταύτῃ καὶ τούτῳ προσδεήσει· δεήσει δὲ καὶ τ. α. β. Et ſupple ex conjecturâ Xenoph. Oeconom. cap. 2. ſ. 13. οἱ δὲ δήπου τὸ πρῶτον μανθάνοντες κιθαρίζειν, καὶ τὰς λύρας λυμαίνονται. Cithara & lyra ſunt diverſa. omiſerunt autem librarii propter repetitionem, καὶ λυρίζειν κιθάρας. Reſtitue itaque: οἱ δὲ δήπου τὸ πρῶτον μανθάνοντες κιθαρίζειν καὶ λυρίζειν, κιθάρας καὶ τὰς λύρας λυμαίνονται.

l. 10. Συμφέρει μοι καὶ κλέψαι αὐτὸ ἐκ βαλανείου.] *Quinetiam proderit ſurripere ac ſuffurari è balneo.* Pro flagitioſiſſimis olim furtis ſunt habita, quæ committebantur publicis in locis: ut balneis, foro, gymnaſiis. Cauſa apud Ariſtotelem eſt in Problem. Sectio XXIX. Problem. 14. *Schegkius.*

l. 11. Πῶς δ' ἔτι ξυνήσομαι.] Videtur deeſſe διαφυλάττειν. *Wolfius.* Vel τηρεῖν, vel aliquid ſimile. Corrupte autem in aliis, noſtro codice excepto, ſcribitur πῶς δέ τι. Idem mendum Platonis codices occupavit: uti in Alcib. 2. p. 251. l. 5. Edit. Cantab. εἰ ἔν σοί γέ τι καὶ νῦν, &c. pro σοί γ' ἔτι. de rep. l. 1. p. 6. Edit. Cantab. ἀλλὰ τοῖς δέ τε τοῖς νεανίαις. pro τοῖς δ' ἔτι. & alibi.

p. 118. l. 2. Ὡς κακοῖς δαίμοσιν.] *Nonne cultus iſti exhibentur ut Vejovibus.* Vel arcendis ſeu averruncandis malis, vel impetrandis bonis, deos ſuos gentes coluerunt: pro eo, ut hodie quoque fit apud quoſdam, dum ſanctos, (ut vocant) pro avertenda peſte, aut febre, aut alia quapiam re mala precibus interpellant. Græci averruncatores ἀποτροπαίους, ſalutem autem conferentes Σωτῆρας appellant, ut apud Xenophontem libro tertio Ἑλληνικῶν: ἐκ δὲ τούτου θύουσιν καὶ τοῖς ἀποτροπαίοις καὶ τοῖς Σωτῆρσι. Virgilius libro quarto Georg. ——— *Si quem numina læva ſinunt.* Schegkius.

Ibid. Ὡς Πυρετῷ.] Vide ſupra ad p. 104. l. 13.

l. 3. Πῶς ἔτι Σωτήρ;] Cujus mentio fit apud Ariſtoph. in Plut. & alibi. Inſcript. apud Gruter. p. XIX. JOVI CUSTODI QUIRINO SALVATORI PRO SALUTE CAESARIS. Sed vide p. 106. l. 2.

l. 7.

l. 7. Καὶ ὠδίνουσι.] Parturire dicit eum, qui ſtudeat veritatem proferre in lucem, ut gravida mulier fœtum. Socrates apud Platonem multa diſputat de partu ingeniorum, ſeque obſtetricis loco eſſe ait adoleſcentibus. *Wolfius.* Confer p. 157. l. 9. Socrates in Theæteto Platonis, ſe parturienti animo obſtetricem agere profitetur. p. 150. Edit. Steph. Μέγιστον δὲ τοῦτο ἔνι τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ, βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ΑΠΟΤΙΚΤΕΙ τῷ νέῳ ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τι καὶ ἀληθές. & p. 151. Πάσχουσι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ συγγιγνόμενοι καὶ τοῦτο ταὐτὸν ταῖς τικτούσαις· ΩΔΙΝΟΥΣΙ γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας πολὺ μᾶλλον ἢ ἐκεῖναι. ταύτην δὲ τὴν ΩΔΙΝΑ ἐγείρειν τε καὶ ἀποπαύειν ἡ ἐμὴ τέχνη δύναται. Plut. Quæſt. Plat. p. 1000. Σωκράτης ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπορίων, ὥσπερ ΩΔΙΝΩΝ, τοῖς νέοις ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει τὰς ἐμφύτους νοήσεις. καὶ τοῦτο μαιευτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν. Pulcre Boëtius Conſ. Phil. L. III.

Hæret profectò ſemen introrſum veri
Quod excitatur ventilante doctrinâ.

Vide Max. Tyr. in Diſſ. *Utrum diſciplinæ ſint reminiſcentiæ.* Hinc multi Platonis dialogi μαιευτικοὶ dicuntur: in quibus Socrates non elato ſupercilio (ut moris eſt) in vitia declamat, ſed à vitiis ipſis ſubſidia petit. Quanti interea lepores in ſermone! quàm urbana diſſimulatio! dum in ſeſe animum deſcendere docet, & deſiderio magis virtutis accendit, quàm erudiendo ſatiat. Hæc illa μαιευτικὴ τέχνη, noſtratibus ignota, quæ animo laboranti ſuccurrit, quæ ſcientiam non confert, ſed educit; quæ novas rerum ſpecies non procreat, ſed inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones in lucem profert. Quod ſi hæc falſa, actum eſt non modo de Socraticâ, ſed & de Stoicâ philoſophiâ.

l. 9. Ἀλλ' ἐπὶ ταῦθά πως θῶ τὸ ἀγαθόν.] *Sed hic alicubi ponam bonum.* Lego, ἀλλ' ἐπὶ ταῦθ' ὅπως θῶ τὸ ἀγαθόν. *ſed hîc: ubi collocem bonum?* Sententia eſt. Ignorationem rerum bonarum & malarum eſſe vitioſam, conſtare inter omnes. Sed illud non item: Bonum hominis, in animo eſſe ſitum. περιαιρετικοῖς perperam ſcriptum videtur, & legendum περιαιρετοῖς. *Wolfius.*

l. 10. Ἐν τοῖς περιαιρετικοῖς.] Περιαιρετοῖς. W. Sed vide quid infra ipſe Wolfius in Not. 2. Lib. 2. c. 1. *Com. Shaftesburienſis.*

Ibid. Πάντες με καταγελάσονται.] *Omnes me deridebunt.* Fortaſſe non immeritò, quòd Deus eſſe ſtudes, cùm ſis homo: quòd immodicè & exaggeras & extenuas omnia: quòd ea verbis contemnis, quibus re ipsâ carere nequis. Nonne ſuprà confeſſus es, te ferreo candelabro ſublato, parâſſe argillaceum? Itáne candelabro carere non poteras? Re igitur indifferente carere non poteras. Erat ſcilicet candelabrum habere, περιγμένον, non ἀγαθόν· candelabro carere, non quidem κακὸν, ſed tamen ἀποπεριγμένον. Quid ergò? Finge candelabri tui furem fuiſſe Stoicum (nondum illum planè ſapientem: is enim nihil tale commiſerit: ſed ex eorum numero, quibus adhuc pituita moleſta eſt.) Is igitur qui candelabrum περιγμένον judicat, nonne περιγμένῳ æquè ad furtum impellitur, ut plebeius fur τῷ ἀγαθῷ? Sed temperandum eſt calamo, nè me iratus Epictetus mancipium appellet, ſéque præ indignatione inſanire fateatur. *Wolfius.*

l. 11. Χρυσᾶς δακτυλίους ἔχων φλαύρους.] Festive depingit senem mollem Epicteta. nam plures simul aureos annulos gestare, eorum erat qui luxu & mollitie diffluebant. Hujusmodi hominem χρυσοχείρα appellat Lucianus in Timone. Seneca Nat. Q. VII. 31. *Exornamur annulis digitos, & in omni articulo gemma dispanitur.* Perstringit hunc morem passim Juvenalis.

l. 13. Ἀκούειν με τεῖχον.] Patris filium, aut alterius senis adolescentem aliquem castigantis, oratio esse videtur. Philosophandum est, inquit homo politicus, sed paucis. Differendi & dicendi artificium petendum à philosophis, judicium bonarum & malarum rerum à teipso. Quis enim nescit, quid bonum, quid malum sit? Soli philosophi de re notissima disputant, absurdisque opinionibus & semetipsos & alios decipiunt. *Wolfius.*

Ibid. Δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν.] *Etiam cerebrum habere oportet*: hoc est, consulere rei familiari, honoribus inservire, gratiam principum aucupari, non odiosè adversari opinionibus omnium, non aspernari voluptates. Hæc est politica & popularis sapientia, refutatu difficilior, si modum servârit. *Wolfius.*

Ibid. Δεῖ μὲν καὶ φιλοσοφεῖν, δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν.] At pace tuâ, ô sapiens senex, difficile est ei vel pauca esse nota in philosophiâ, cui non sint aut pleraque aut omnia. Tibi tamen præivit Callicles apud Platonem in Gorgiâ. p. 484. Edit. Steph. Φιλοσοφία γάρ τοι δεῖν, ὦ Σωκρατίδιον, χαρίεν, ἂν τις αὐτῇ μετρίως ἄπτηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περισσότερον τοῦ δέοντος ἐνδιατρίβῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων, ἐὰν καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ. ἀνάγκη παντὸς ἀπειρον γίγνεσθαι ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἀνδρα. & apud Cicer. Tusc. Disp. II. in initio: *Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse: sed paucis; nam omnino haud placere.* Citatur Ennii versus apud A. Gell. V, 15. monente Davisio ad locum.

Philosophandum est paucis, nam
[scribe *namque* ob metrum]
omninò haud placet.

Cicer. de Fin. in initio. *Quidam autem non id* [philosophari] *tantum reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.*

l. 15. Μανθάνεις.] Textus non sollicitandus. Μανθάνεις, recte. *Tu discis syllogismos*: hæc dicit senex, ἐπαφείσας τὴν κεφαλήν.

l. 15. Τί δέ σοι ποιῶ;] Moirhanus: Quid si sic legatur? τί δέ σοι ποιῶ δῆτα, σὺ καίπερ εἰδὼς ἢ οἱ φιλόσοφοι, ἄνθρωπε. τί μὲ ἐπιλαμβάνῃ, εἰ οἶδα: (ad senem dictum) τούτῳ τῷ ἀνδρὶ τί εἴπω; ἂν σιωπῶ, ῥᾳδίως. πῶς ἐκεῖνον δεῖ λέγειν; ὅτι σύγγνωθί μοι, ὡς τοῖς ἐρῶσιν· οὐκ εἰμὶ ἐμαυτῷ, μαίνομαι. Ad alios dictum de sene, quem verisimile est ab ipso ἀνδρεῖσμον vocari, quòd vulgi more de rebus eum judicare enuntiârit ferè ironicâ mimesi; & annotatione ornamentorum corporis ipsum notet, ut eum qui falsam persuasionem etiam externis indiciis testetur, tali opinione & fastu: cùm sit non mirum, si (ubi philosophum in sua sententia perstitere viderit) eundem sit proclamaturus, ut non compotem suiipsius atque insanum. *Wolfius.*

l. 17. Ἄνθρωπε τί ἂν μοι ἐπιτιμᾷς; εἰ οἶδα τοῦτον τῷ ἀνδρεικέλῳ τί εἴπω.] *Homo quid me objurgas, si scio istic manticipio quid dicam?* Obscurum

ſcurum eſt, quid velit. Mancipium fortaſſis appellat adoleſcentem, quem ſenex melius ſcire ait, quid bonum, quid malum ſit, quàm philoſophos. Videtur ergò ſignificare, eum id minimè ſcire, philoſophum verò ſcire: eum ergò audiendum eſſe adoleſcenti: philoſopho verò diſſerendum eſſe de rebus bonis & malis. *Wolfius.* Melius Meibanus ſupra. *Com. Shaft.*

p. 119. l. 1. Ἂν σιωπῶ ῥήγνυται.] *Si taceo, diſrumpitur.* Sententia eſt: Opinor eam eſſe moroſitatem divitum, ut nec ſilentium ferre poſſint, nec diſputationes philoſophorum. *Wolfius.*

l. 2. Ὅτι σύγνωθι.] *Ignoſce mihi.* Videtur ſignificare, philoſophum rectiùs cedere, quàm refragari hominibus imperitis & importunis, quòd diſputando nihil proficiat, cùm tanta res, quæ eſt de finibus bonorum & malorum, nec paucis expediri, nec à rudibus ſubitò intelligi poſſit. *Wolfius.*

l. 2. Ἐκείνῳ δὲ δεῖ λέγειν.] Πῶς. Meib. in W. ſed geminata interrogatio non placet fortaſſe ἔτα. *Com. Shaft.* At noſter codex ἐκείνῳ δὲ λ. recte, ut opinor. Conjiciebam olim, ῥήγνυται ἐκεῖνῳ δεῖ λέγειν, ὅτι, &c. interrogative.

l. 3. Οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ.] *Non ſum mei compos.* Puto hæc imitatione vulgi dici, quod exiſtimet philoſophos errore mentis affici, magiſtrorum ſuorum ſermonibus depravatos. Eſt certè ἀποδίωξις: præciditur enim irrita diſputatio. *Wolfius.*

CAP. XXIII.

PAg. 119. l. 6. Ἐπινοεῖ καὶ ἐπιχαρῶ.] *Excogitat.* Lege καταγνοῦ, *intelligit*: & paulo poſt ἀπεσπασμένον οὐδέν, *nihil avulſum.* Wolfius. Nihil mutandum: *Epicurus ipſe quoque intelligit*: vel, *Imo ipſe Epicurus.* Sic ſup. c. 11. in fine: ἐπινοεῖς καὶ αὐτὸς. *tute ipſe etiam intelligis.* Com. Shaft.

l. 7. Ἐν τῷ κελύφει.] Supra p. 112. l. 13.

l. 9. Ἀπεσπασμένον οὐδέν.] Sic monente Wolfio, ſuffragante etiam noſtro codice, repoſui: alii ἀπεσπασμένον, οὐδέ.

l. 10. Οὔτε θαυμάζειν.] *Nil admirari.* Hor. Ep. L. I. VI. 1. Dogma Epicuri. imo verò & Stoicorum. Vide ad p. 150. l. 10.

l. 12. Πῶς ἂν κοινωνικοί ἐσμεν.] *Quo pacto ergo ſuſpicioſi ſumus.* Hæc lectio nihil ad ſententiam facit: ſive ἔτι κοινωνικοὶ *adhuc rationis capaces*, ſive κοινωνικοὶ *tolerantes*: non placet. Legendum ſuſpicor, ἔτι κοινωνικοὶ *adhuc ſociabiles.* Epicurus, inquit, intelligit nos ad ſocietatem eſſe natos: ſed id diſſimulat, ne ſecum ipſe pugnare videtur. Collocat bonum hominis in voluptate corporis (ſic enim teſtam appellat, alludens ad id quod ſupra de cochleæ bono dixit. Ut enim cochlea in teſta, ſic animus in corpore incluſus eſt) ea voluptas ne turbetur: neque ſuſcipiendos eſſe liberos, neque capeſſendam remp. cenſet. Pugnant autem inter ſeſe hominem eſſe ſociabilem, & ad ſuum commodum referre omnia. Exagitat Epicurum, ut qui tum aliud ſcribat, aliud ſentiat, tum parum ſibi conſtet, tum ridiculis argumentis naturæ humanæ jus pervertere conetur. *Wolfius.* Κοινωνικοί. Wolf: non bene. nam nihil mutandum erat. *Com. Shaft.* Πῶς ἂν σημοεῖς ὅτι κοινωνικοὶ ἐσμεν, οἷς μὴ, &c. Ita omnino ſcribendum. *Salmaſius.* Recte Vir nobilis,

nobilis, nil mutandum. Argumentum eſt ad ipſum Epicurum: ὅτι φύσει ἐσμὲν κοινωνικοὶ, non Epicuri erat dogma: ſed tamen ipſa naturæ ſuæ bonitas cogit fateri ita ſe rem habere: ipſa facta loquuntur. Quo pacto, inquit Epictetus, ſuſpicio nobis oriatur naturâ nos eſſe ſociabiles, ſi nullus eſſet erga ſobolem amor inſitus? Cur tu, Epicure, diſſuades ſapienti ne alat liberos? Novit ſane quantum valet natura, omni arte ſuperior.

l. 14. Διατί ἀπσυμβουλεύεις τῷ Σοφῷ τεκνοτροφεῖν;] Μηδὲ γαμήσειν, μηδὲ τεκνοποιήσειν. Hæc Epicuri ſententia, apud Laert. X, 119. uti Caſaub. reſtituit locum. Infra L. II. cap. XX. Ἐπίκυρος τὰ μὲν ἀνδρὸς πάντ' ἀπεκόψατο, καὶ τὰ οἰκοδεσπότου, καὶ πολίτου. & L. III. c. VII. ubi Epicuream depingit civitatem. Ἐγὼ δὲ γαμῶ, διὰ ἐγώ· ὁ δὲ γαμητέον, ἀλλ' διὰ τοῦτο παιδοποιητέον. Vide Com. Shaftesburienſis Vol. I. p. 117.

l. 15. Τί φοβῇ. *Quid times?* malim ὅτι φοβῇ, *quod times ſcilicet.* Sed cauſa mutandæ ſcripturæ non eſt. *Wolfius.*

p. 120. l. 1. Διὰ γὰρ τὸν μῦν.] *Nam propter murem.* Ambiguum eſt, ſitne interrogative legendum, ut neget ita molles eſſe oportere, ut propter muſculum perturbentur. An verò ſine interrogatione: ut ſentiat, ſi tamen mollibus ſint animis, ut ab infante vagiente (hunc enim muſculo comparat) perturbentur, nunquam defuturas eis eſſe moleſtias. *Wolfius.* Interrogative certe legendum.

l. 3. Καταπλαίῃ αὑτῆς;] *Seipſum deploret?*

l. 6. Οὐδὲ πολιτεύσασθαι τὸν νοῦν ἔχοντα.] Sapientem non acceſſurum ad remp. dixit Epicurus: διὰ πολιτεύσεις. apud Laertium X, 119. Uti hic legendum, πολιτεύσεις. Cicero Epiſt. ad Trebat. VII, 12. *Indicavit mihi Panſa meus, Epicureum te eſſe factum. O caſtra præclara!* ——*ſed quomodo jus civile defendes, cùm omnia tuâ cauſâ facies, non civium?* ——*Quid porro fiet populo Ulubrano, ſi tu ſtatueris* πολιτεύσεσθαι [ſcribe πολιτεύσεσθαι] *non oportere?* Decantatiſſimum eſt Epicuri effatum λάθε βιώσας. ad quod reſpexit Horat. Epiſt. L. I. 17. 10.

Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.

Unde inter miſerias vitæ numerat Lucretius L. II. 13.

Ad ſummas emergere opes, rerumque potiri.

Idem L. III. 1008.

Siſyphus in vita quoque nobis ante oculos eſt,
Qui petere à populo faſces, ſævaſque ſecures
Imbibit; & ſemper victus, triſtiſque recedit.
Nam petere imperium, quod inane eſt, nec datur unquam,
Atque in eo ſemper durum ſufferre laborem,
Hoc eſt adverſo nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen à ſummo jam vertice rurſum
Volvitur, & plani raptim petit æquora campi.

l. 8. Ἐπεί τοι εἰ ὡς ἐν μυίαις.] *Nam ſi velut inter muſcas.* μιμητικῶς ſub Epicuri perſona hæc dicuntur, populi obturbationes muſcis comparantis. *Wolfius.* Noſter codex ἐν μύσαις habet: potius legendum ἐν μυϊδίοις, uti ſupra. Niſi forſan Epictetus ad Domitiani notum illud dictum alludit: *Ne muſca quidem.*

l. 9. Ἀλλ' ὁ μὴ εἰδὼς ταῦτα, τολμᾷ λέγειν, ὅτι μὴ ἀναιρώμεθα τέκνα.] Non ſatis aſſequor, quid ſibi velit. *Qui ignorat hæc.* Quænam? ea quæ præcedunt, an quæ ſequuntur

quuntur? An verò aliquid eſt omiſſum aut depravatum? ἀναιρεῖσθαι τέκνα, non eſt tollere è medio, ſed tollere ad educandum, ut Terentius: *Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere.* Moibanus: Forte legendum affirmativè ἀλλ' εἰδὼς ταῦτα: id eſt, cùm ſciat, notaſque habeat haſce moleſtias. *Wolfius.* Ἀλλ' ὁ μὴ.] ὁ μὲν fortaſſe. nam ſine dubio legendum affirmative. quod monet etiam Moib. in not. Wolfii. *Com. Shaft.* Recte vir nobilis; nam hic eſt ſenſus loci, *At ille qui novit ſcilicet nos non ita inter homines ac inter muſculos verſari, ille vetat nos uxorem ducere, remp. tractare?*

l. 12. Τί θέλεις;] *Quid vis?* Hæc jam Epicuri verba ſunt, refutantis exempla ovium & luporum. *Wolfius.* Minime, ſed Epicteti verba.

p. 121. l. 2. Οὐκ ἄν σε ἔῤῥιψαν.] *Non te abjeciſſent.* Significat, opinor, Epicurum ob tantam inhumanitatem dignum fuiſſe qui abjiceretur. Sed tantam eſſe parentum pietatem, ut nec vita indignum filium abjicere poſſint. Hoc enim magis ad rem facit, quàm ſi intelligas, futurum fuiſſe ut à parentibus abjiceretur. Nam hìc quanta philoſtorgiæ vis ſit, oſtendere vult: non quid ἄσοργοι mereantur. *Wolfius.* Ad oram Cod. Baſ. pro ἔῤῥιψαν, ſcribitur ἔθρεψαν. quod non probo; nam recte Wolfius interpretatur.

CAP. XXIV.

PAg. 121. lin. 5. Αἱ θεισάσεις.] *Circumſtantiæ*, ad verbum. ὁποῖ' ἄττ' ἂν ὑμᾶς θείσῃ τὰ πράγματα. Demoſthenes ἀ. Ὀλύνθ. *qualeſcunque res vos circumſteterint.* Verti *pericula, rerumque difficultates:* neque enim de rebus ſecundis hic agitur. *Wolfius.*

Ibid. Αἱ θεισάσεις εἰσὶν αἱ τὸς ἀνδρας δεικνύουσαι.] Ovid. Triſt. IV. III. 79.

Quæ latet inque bonis ceſſat non cognita rebus,
Adparet virtus, arguiturque malis.

Vide autem ad p. 416. l. 12. Τὰ δὲ καλὰ θείσασιν.

l. 8. Βέβληκεν.] Malim συμβέβληκεν. Sic apud Ciceronem *compoſitiones gladiatorum* dicuntur. *Wolfius.*

l. 10. Ἧς σὺ ἔσχηκας.] Hæc referuntur ad præſentem hominis conditionem, quìcum tunc temporis ſermonem habuit.

l. 11. Ἂν θέλῃς, ὡς ἀθλητὴς νεανίσκῳ, χρῆσθαι.] *Si volueris tractare*, viz. τῷ θείσασιν, *ſicut pugil adoleſcentem tractat.*

l. 12. Καὶ νῦν ἡμεῖς γε.] Forſ. ἡμεῖς σε.

Ibid. Εἰς τὴν Ῥώμην κατάσκοπον πέμπομεν.] *Romam exploratorem mittimus.* Fortaſſis ad ea tempora alludit, cum poſt Neronis interitum, complures de imperio certarent, & quiſque ei ſtudendum cenſeret, penes quem fore victoriam probabile videretur. Scribunt autem, Epictetum odio Tyrannidis Romam in patriam Hieropolim Phrygiæ urbem rediiſſe. *Wolfius.*

p. 122. l. 6. Σεαυτῷ μαντεύου.] *Tibi ipſi oraculum conſule.* Vid. L. II. c. VII.

l. 8. Περὶ σοῦ κατάσκοπον ἀποσταλεὶς Διογένης.] Hanc hiſtoriam refert p. 448. l. 12. ᾗ ὡς ὁ Διογένης ἀπαχθεὶς πρὸς Φίλιππον, μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην κατάσκοπος ἦναι. *Sicut Diogenem poſt Chæronenſem cladem, pro exploratore*

ad

ad Philippum adductum esse ferunt. Plutarchus in libro, Quomodo assentator ab amico dignoscatur. Εὖ δὲ καὶ Διογένης, ὃς ἐπεὶ παρελθὼν εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον, ὅτε τοῖς Ἕλλησιν ἐβάδιζε μαχόμενος, ἀνήχθη πρὸς αὐτὸν· ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἠρώτησεν εἰ ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΣ εἴη· Ἦν μέν, ἔφη, ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΣ, ὦ Φίλιππε, τῆς ἀβελτερίας σου καὶ τῆς ἀνοίας, ὃς ὢν, ὑφ' ἑνὸς ἀναγνάζονθ', ἐρχῃ περὶ βασιλείας καὶ τοῦ σώματος ὧρᾳ μιᾷ διακινδυνεύσων. *Recte etiam Diogenes, qui in castra Philippi in bellum contra Græcos proficiscentis cùm venisset, esseque ad regem adductus, & non agnitus, interrogaretur ab eo, nunquid explorator esset? Omnino, inquit, sum tuæ, Philippe, stultitiæ atque amentiæ explorator; qui nulla necessitate urgente de regno & corpore tuo venis unâ horâ fortunæ aleam subiturus.* Vide Laertium in vitâ Diogen. VI, 43. atque ibi Menagium.

l. 9. Λέγει, ὅτι, ὁ θάνατος.] Inserui λέγει ex nostro codice. Et mox κακὸν pro κακός.

l. 11. Λέγει, ὅτι ἀδοξία φόβος τε μαινομένων ἀνθρώπων.] Diogenis dictum refert Laertius, VI, 72. Εὐγενείας δὲ καὶ δόξας, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα διέπαιζε, περιστρέμματα καλὰς εἶναι λέγων. *Nobilitatem verò & gloriam & hujusmodi cætera ridebat, dicens malitiæ esse ornamenta.*

l. 14. Τί τὸ γυμνάσιον εἶναι λέγει;] *Gymnasium quid esse dicit?* corporis exercitationem palæstricam intelligo, quâ corpus adversus frigoris injuriam melius muniatur, quàm splendidissimis vestibus. Sic in Galliâ studiosi nonnulli pro foco & hypocausto, ludo pilæ & discursationibus hyeme utuntur: non male quidem, meo judicio (præstat enim calorem internum agitatione corporis elici, quam externa membra foveri) nisi ista ratione multum temporis studio literarum surriperetur. *Wolfius.*

Ibid. Τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι.] Cæteri libri, τὸ δὲ γυμνάσιον εἶναι, nullo sensu. Noster codex γυμνὸν habet, recte. Namque ἀχίτωνες erant Cynici: Inde ἡμίγυμνοι, *seminudi*, vocabantur, atque hoc modo oppositio fit, τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι —— περιπορφύρᾳ: nulla in ista lectione, τὸ δὲ γυμνάσιον —— περιπορφύρᾳ.

p. 123. l. 1. Εἶτα καὶ τὸ σωμάτιον σῖλβον καὶ συνεσταλμένον.] *Etiam corpusculum nitens & contortum.* Significat, Diogenem non tantum invictum animum, sed etiam salubre corpus in extrema inopia conservasse. Horatius.

Me pinguem & nitidum bene curatâ cute vises,
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Hìc συνεσταλμένον, idem quod ἐυτανὲς καὶ νευρωμένον, *solidum & nervosum:* ut στρέβλωται συστραφέντες, cum densatur acies. *Wolfius.*

Ibid. Στίλβον καὶ συνεσταλμένον.] Στίλβον, *nitidum.* Sic Horat. Ep. I. IV. 15. συνεσταλμένον, *compactum.* Sic Plin. Ep. 23. *compacto corpore & robusto.* Vide Lexic. V. συστέφειν.

l. 3. Πάντα εἰρήνης γέμει.] Sic p. 412. l. 10. πάντα εἰρήνης μεστά. Vide ad p. 486. l. 16. πάντα δὲ φίλων μεστά.

l. 13. Λέγει σοι.] Cæsar. Supprimit nomen Epictetus comiter, & sagaciter. nam de Cæsaribus aliquid dicere, periculosæ plenum opus aleæ.

Ibid. Θὲς τὸν πλησίον.] Confer p. 159. l. 8. Sic Hor. Ep. I. XVI. 35.

Pone, *meum est*; *inquit*: Pono, *tristisque recedo.*

Idem

Idem L. III. Od. 2.

Nec ſumit aut ponit *ſecures,*
Arbitrio popularis auræ.

Verte autem, & diſtingue, *Dicit tibi, Pone latum clavum. Ecce anguſtus clavus. Iſtum quoque pone. Ecce toga ſola. Pone togam. Ecce nudus ſum.* Tum Cæſar, *At adhuc mihi invidiam moves. Cape igitur*, &c.

l. 14. Ἰδὲ στενόσημον.] Cuperus in Obſervat. L. II. c. 7. " Moribus " Romanorum nondum luxu corruptis, unica tunica & toga veſtiebantur: ſed ut luxuria ingenioſa eſt, poſtea inventa altera, & homo Romanus induebat tunicam interiorem, exteriorem, & togam: in exteriore erant inſignia dignitatis. Nam Senatores quidem habebant Laticlaviam, Equites verò Anguſticlaviam; & nunquam factum eſt, ut quis his duabus tunicis ſimul amiciretur. Unicus eſt Arrianus tamen, qui plane contrarium nos docet, & in uno homine agnoſcit ἱμάτιον, πλατύσημον, στενόσημον. Loquitur apud eum Epictetus. L. I. c. 24. Λέγει σοι, &c. Quid verbis opus eſt? tota reclamat antiquitas, & omnes auctores in alteram partem faciunt diſceſſionem. Tantumne igitur erit unius loci pondus, ut diverſiſſimos habitus unum hominem geſtaſſe credam? non opinor: at quid opinor, narro. Certa res eſt te vulnus hìc latere, quod non ferro, nec igne, ſed levi mutatione recidendum eſt, ſi legatur λινόσημον: & intellige *interulam*, ſeu *tunicam interiorem*; cujus ſcilicet ſtamen ex lino: nam ut ἁρμοσήμους, πολυσήμους, μονοσήμους, ita etiam λινοσήμους ἐσθῆτας dixerunt, quæ vox tandem Latini juris facta eſt. Synodus Roman. II. ſub Sylveſtro Can. VI. *Ut Diaconi non eſſent amplius parochiarum examen niſi duo, & Diaconi Cardinalis Urbis Romæ ſex; ita tamen ut Dalmaticis uterentur, & pallia Lineſtima lævam eorum tegerent.* Per ἱμάτιον autem intellige *togam*, per πλατύσημον *tunicam laticlaviam*, per λινόσημον *interulam.*"

l. 15. Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς.] *At invidiam mihi conflas.* Significat opinor, invidiam facile contemni ab eo, qui vitam non magnifaciat. Nec enim puto ſub Tyranni perſona hæc dici. *Wolfius.* Male Wolfius: Dicit Cæſar, aut Tyrannus, *At mihi invidiam moves:* tanquam qui depoſita tunicâ habitum Cynici capeſſas. Ἀχίτωνες erant Cynici. Vide Salmaſ. ad Tertull. de pall. p. 410, &c. & M. Ant. L. IV. §. 30. Vetus Epigramma.

Ἑρμοδότε τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον. [l. παγσόφε.] Εἴ τις ἀχαλκεῖ,

Μηκέτι πεινάτω, θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Hoc illud eſt dogma ſapientiſſimi Hermodoti: Si quis eſt ſine ære, depoſitâ tunicâ non amplius eſuriat.

Hæc, inquam, Epicteti mens eſt: Tu ideo mihi invidiam moves, quippe qui ex difficultatibus & malis ſuperior emergas. Nam *ſævos punire tyrannos*, ut ait Perſius, III. 35.

Virtutem videant, intabeſcantque relicta.

p. 124. l. 1. Ἔτι τοῦτο φοβοῦμαι;] Lego τοῦτον. *Wolfius.* Videamus totum locum. Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. Λάβε τοίνυν ὅλον τὸ σωμάτιον. Οὐ δύναμαι ῥῖψαι τὸ σωμάτιον· ἔτι ΤΟΥΤΟ φοβοῦμαι; Pro οὐ uti habet noſter codex, cæteri legunt ὦ δ. Ad oram cod. Baſ. pro ὦ ſcribitur ὅ. Vertit Wolfius, *eum ergo, cui corpuſculum objicere poſſum, adhuc reformido?* Sequenti capite vocat

cat σωμάτιον, τὸ τελευταῖον χλωρίσαν· eleganti translatione: noviſſimè enim & ægrè exuitur. Malim itaque pro ὀυ reponere εἰ, pro τοῦτο cùm Wolfio τοῦτον· & τί ἔτι legere: Hoc mod. Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. Λάβε τοίνυν ὅλον τὸ σωμάτιον. εἰ δύναμαι ῥίψαι τὸ σωμάτιον, τί ἔτι τοῦτον φοβοῦμαι; *At invidiam mihi moves. Cape igitur totum corpuſculum. ſi poſſum corpuſculum abjicere,* tanquam veſtimentum, *quid adhuc eum* [Cæſarem, Tyrannum] *reformido?*

l. 2. Ἀπολείψει.] Sic noſter codex. Vulgg. ἀπολείψη.

l. 4. Ἐμὲ αὐτὰ λέγομεν.] Lego λέγοιμι. *Wolfius.* Forſ. pro αὐτὰ legendum ταῦτα.

l. 5. Ἀπολίπῃ σοι τὰς κραδάλας;] Interrogative & negative lego. *Wolfius.* Ex noſtro codice repoſui ἀποθανὼν ἀπολίπῃ, *moriens relinquat:* pro ἀποθάνῃ ἀπολίπῃ, uti corrupte alii dant codices. Deinde notanda eſt ellipſis Atticis familiaris poſt ἐὰν μέν, cui reſpondet ἐὰν δέ. Vocant Grammatici σχῆμα ἀναπόδοτον. deeſt nempe ἀπόδοσις quæ priori membro hujus periodi reſpondeat. ἐν μὲν ὁ π. α. α. σ. τ. κ. ſupple καλῶς ἔχει· aut ſimile aliquid. Hom. Il. α. 135.

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας——
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν.

Si dabunt præmium; bene eſt: *ſin minus,* &c. Vide Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. 468. Sed hic loquendi modus ſæpe latuit interpretes. Plato in Sympoſ. p. 185. Edit. Steph. Ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχουσι πολὺν χρόνον παύεσθαι ἡ λύγξ· εἰ δὲ μή, ὕδασι ἀναχογχυλίασον. *Si quidem ceſſaverit ſingultus ſpiritum longo tempore cohibenti*; bene erit: *ſin minus, aquâ fauces colluæ.* Ita locum interpretandum eſſe monuit Caſaub. ad Athen. p. 332. Vide quoque locum Platon. in lib. IX. de Leg. quem adducimus ad p. 279. l. 9. Atque ita exiſtimo locum apud Lyſiam de Eratoſth. in fine, interpretandum & ſcribendum eſſe. non ἐὰν δ' ὑμᾶς—εἰ δ' μὴ, ſed ἐὰν μὲν ν.—εἰ δ' μὴ: Hoc modo. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτῆς νομίζω ταύτην γενέσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πολέως ἁπάσης· εἰ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἄλλα πρόκειται τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τὰς ἄλλας ἐξαμαρτήσουσιν. Ἐὰν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας· εἰ δ' μὴ, πολὺ κάλλιον τὰς μὲν κειμένας νόμους ἐξαλεῖψαι, κ. τ. λ. *Ego verò, ô viri, non ad me ſolum hoc ſupplicium privatim pertinere arbitror, ſed ad univerſam civitatem: nam qui hujuſmodi facinora perpetrant, ubi viderint quænam ſit futura merces hujuſmodi flagitiorum, minus in alios peccabunt. Si quidem vos eo eſſe animo perſpexerint,* bene erit: *ſin minus, præſtat leges jam latas abrogare,* &c. Eodem modo interpretare illa in p. 384. l. 2. Ἐι θέλεις εἶναι φιλόσοφος—εἰ δ' μὴ, &c. *Si vis eſſe philoſophus*—eſto: *ſin minus,* &c.

l. 11. Τραγῳδίαν συμπληροῖ.] *Tragœdiam complet.* Sunt quidem in tragœdiis etiam ſervi & ancillæ, ſed atroces eventus ad eos non æque pertinent. *Wolfius.*

l. 12. Στέψαντες δώματα.] *Ædes coronis ornate.* Id quod in re læta, in nuptiis præſertim, fieri ſolebat. Sed ubinam occurrunt hæc verba? Non apud Sophoclem, uti ea quæ mox ſequuntur.

l. 13. Ἰὼ Κιθαιρών.] Oedipus apud Sophoclem ver. 1390.

Ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
Ἔκτεινας εὐθύς;

Vide M. Ant. L. XI. f. 6.

p. 125. l. 3. Μετὰ πολλῶν δέ.] Δὲ pro γὰρ uſurpatur, ſæpe in hiſce libris, & ſæpe alibi.

l. 5. Καὶ μετὰ πολλῶν περιπατῶ.] *Et cum multis ambulo.* At dicat iſte: Non ut princeps, ſed ut ſervus. Reſpondebit Epictetus, ſibi nihil eſſe opus comitatu & obſervantia populi. *Wolfius.*

l. 6. ὅτι ἤνοικται ἡ θύρα.] *Januam patere:* hoc eſt mori licere cum primum vitæ pertæſum fuerit: quod ſummum homini bonum à natura eſſe conceſſum, putat Plinius. *Wolfius.* Vide ad p. 56. l. 2.

l. 8. Μὴ ἀρέσκῃ τὸ πρᾶγμα.] Ad oram Cod. Salmant. ſcribitur παίγμα. Reſte forſan; niſi πρᾶγμα latiori ſenſu dicitur.

l. 10. Οὐκέτι παίζω, ἀπαλλάσσω.] Sic Horat. Ep. I. II. 2. 213.

Vivere ſi recte neſcis, decede peritis:
Luſiſti ſatis, ediſti ſatis atque bibiſti;
Tempus abire tibi.

Epigramma in Antholog.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον, ἢ μάλα παίζειν,
Τὴν ταχὺν μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Noſter autem codex εἰπών, ὅτι ἐκέτι π. quod melius videtur.

CAP. XXV.

PAg. 126. l. 11. Ὁ Ζεύς σοι ἐκ ἐντέταλται;] Vide p. 583. l. 8. p. 624. l. 15.

p. 127. l. 1. Τὸ πισὸν σόν· τὸ ἀϊδήμου, σόν.] Addidi τὸ ἀϊδήμου, σόν, fide noſtri codicis. Mox idem codex pro ἐντολὰς dat συμβολὰς, quod non æque placet.

l. 4. Τὰ σαυτῦ ἀπώλεσας.] Forſ. ἀπολέσας, particip. *tuis perditis.*

l. 9. Φέρε τὰς προλήψεις.] Vide p. 148. l. 14. & ſupra cap. 22. l. 12.

l. 12. Μάχεις ἔτιν Θ ταῦτα τηρεῖν καλῶς ἔχει.] Noſter codex ἔν τινος: cui & ἔχει debetur, cum alii ἔχεις adferunt. Cæterùm vox ταῦτα [ταῦτα τηρεῖν, *hæc agere*] refertur ad ea quæ fiunt dum inter homines verſamur, minime ad τὰς προλήψεις, τὰς ὑποδέξεις. Mox παιδίαν λύειν, Horat. Ep. I. I. 14. 36. *incidere ludum.*

l. 15. Ἐν Σαturnαλίοις λέγουσι βασιλεύς.] Tacitus Annal. XIII, 15. *Feſtis Saturni diebus inter alia æqualium ludicra, regnum luſu ſortientium, evenerat ea ſors Neroni. igitur ceteris diverſa, nec ruborem illatura, ubi Britannico juſſit exſurgeret, progreſſuſque in medium, cantum aliquem inciperet.* Vide Lucian. in Saturnal. Dio Chryſt. Orat. IV. p. 66. Οὐδὲ γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν (ὡς αὐτοί φασι) Βασιλέα, τῷ ὄντι Βασιλεύς ἐστιν· [οἱ μέν τοι παῖδες φασιν] ὅτι ὁ νικήσας, καὶ λεγόμεν Θ Βασιλεύς συλλαβόμενος ὑός ἐστιν, ἢ τέκτονος. *Neque inter pueros, is qui vicit, cùm ludunt (ut aiunt) reges, revera rex eſt: quippe is qui vicit & dictus eſt rex, ſutoris filius ſit aut fabri.* Ubi voces iſtas οἱ μέν τοι παῖδές φασι uncis incluſi, nam ex margine in contextum irrepſiſſe videntur. Ad hunc morem alludit Dio p. 514. D. καὶ διαφερόντως ἐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν παίδων τῶν Βασιλέων. Male Interpres, *Nihilque differret inſipientia à liberis regum.* Vertere debuit, *Nihilque differret inſipientia à pueris qui reges inter ſe ludo conſtituunt.* Seneca de conſtant. ſapient. cap. XII. *Illi* [pueri] *inter ipſos magiſtratus*

gerunt, & prætextam fasceſque ac tribunal imitantur.

l. 17. Σὺ ἆσον.] *Tu cane:* ita Wolfius in verſione. at Editi, σὺ ἆσον, *Tu expelle,* ut Schegkius. Legendum ἆσον, apparet ex Taciti loco ſupra citato.

p. 128. l. 1. Ἀλλά σου ὑπολάμβανε.] *At tu opinare te in malis eſſe. Non opinor: nam quis me invitum opinari coget?* Nota ὑπολαμβάνειν, unde ὑπόληψις. & ut ſubinde inculcat M. Anton. Πᾶν ὑπόληψις.

l. 7. Πορεύου —— πορεύομαι· ἔρχου, ἔρχομαι.] Haud abſimile apud Luc. VII, 8. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ, Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.

l. 7. Ὥσπερ ὁπὶ τῶν ὑποθετικῶν.] Confer Ench. cap. XXXVI. & mox cap. XXVI. hujus libri.

l. 11. Ὅτι νύξ ἐστιν.] Ὅτι ἡμέρα ἐστίν· ita ſcribendum. *Salmaſius.*

l. 14. Ἔσω σε εἶναι δυστυχῆ.] Ἔσω σε εἶναι εὐτυχῆ· ἔσω· ἆρ' οὖν εὐτυχὴς εἶ; ναί. Ita omnino ſcribendum. *Salmaſius.*

l. 17. Ἀλλά με κωλύει.] Jupiter ſcilicet, (vide ſupra) qui mihi alia imperat.

p. 129. l. 3. Τὸ καλάλληλον.] Articulum habes ex noſtro codice: & verſu ſequenti καὶ ante λέγουσιν· & mox δέ. in cæteris deſunt.

l. 7. Διηγησάμην σοι;] Interrogative. *Narravi tibi, frater, ut tumulum ſuperarim?* Verba militis glorioſi res geſtas enarrantis.

l. 10. Καὶ ἀκούειν.] Cod. Salmant. * καὶ, & in ora libri * ἢ. quæ lectio non æque arridet. opponuntur enim ſententiæ, Ἐγὼ δ' ὡμάμαι —— Ἐγὼ δ' εἰπῆσαι.

l. 11. Σύγκρινε ταύτας τὰς ἀξίας.] Confer p. 13. l. 6. p. 321. l. 16. M. Anton. III, 11. ἅμα μέν τοι τῶν κατ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συνοχάζομαι. ubi vide Gatakerum.

l. 14. Καπνὸν πεποίηκεν ἐν τῷ οἰκήματι.] Tranſlatio eſt à domibus fumo infeſtatis. Sic p. 655. l. 13. ὅταν θέλῃς ἔλθῃς καὶ ὁ καπνίζῃ. Hinc M. Anton. V, 29. Ἀλλὰ καὶ καπνός ἐστι. Ἀπέρχομαι· τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; *Sed fumus eſt. Abeo: cur hoc grave exiſtimas?* Ita lego. Conſule ibi Gatakerum. Vide ad p. 56. l. 2.

p. 130. l. 2. Ἐν Γυάροις οἰκεῖ.] Gyarus, ſeu Gyaræ: Inſula maris Ægei, ubi Romani damnatos mittere ſolebant. Juven. I, 73.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquis.

l. 6. Καὶ τὸ τελευταῖον χιτωνάριον, τύλεσι τὸ σωμάτιον.] Locus corruptus, & mutilus. τύλεσι τὸ σωμάτιον, manifeſtum gloſſema: quod cum in contextum receperunt librarii, aliam vocem ejecerunt. Sed quænam hæc vox? Simplicius in Epict. c. 48. ἐχάλασε λέγεται τῶν παθῶν χιτὼν ἡ φιλοδοξία. *noviſſima tunica affectuum dicitur gloriæ cupiditas.* Plato, τὴν κενοδοξίαν, ὡς ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΝ ΧΙΤΩΝΑ, ἡ ψυχὴ πέφυκεν ΑΠΟΤΙΘΕΣΘΑΙ. Inde Tacitus Hiſt. IV. 6. *Cupido gloriæ noviſſima exuitur.* Ex Platone hunc locum luxatum reſtituo, καὶ τὸ τελευταῖον χιτωνάριον ἀπόλιθεμαι. reſpexit autem ad ea quæ dixit in pag. 123. l. 13. &c. Interea τὸ σωμάτιον, veriſſima eſt interpretatio vocis χιτωνάριον. Sed dedita opera tranſlationibus utitur Epictetus: καπνὸν πεποίηκε —— ἡ οἴκησις πανταχοῦ ἤνοικται —— τὸ τελευταῖον χιτωνάριον. *Recedo eò, ubi nemo me habitare prohibebit: (nam iſta habitatio cuivis patet:) & noviſſimam tunicam depono.*

l. 8.

l. 8. Δημήτριον.] Demetrius nobilis istius ævi Cynicus, quem Seneca passim laudat. De Benef. VII, 1. *Demetrius Cynicus, vir meo judicio magnus, etiamsi maximis comparetur.* & mox ejusdem libri c. 8. Idem Epist. 63. *Demetrium virorum optimum mecum circumfero, & relictis conchyliatis cum illo seminudo loquor, illum admiror.* Tacit. Annal. XVI, 34. *Illustrium virorum feminarumque cœtus frequentes egerat,* [Thraseas] *maxime intentus Demetrio Cynicæ institutionis doctori.*

l. 8. Ἀπειλεῖς μοι θάνατον, σοὶ δ' ἡ φύσις.] Videtur excidisse Σὺ, Σὺ ἀπειλεῖς. Hoc autem Demetrii dictum alii ad alios referunt. Laertius in vitâ Anaxagoræ s. 13. cum illi renunciata esset sua damnatio, Ἀρα κἀκείνων κρεῖττόν ἐστι φύσις καταψηφίσασθαι. Idem in vitâ Socratis, s. 35. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Θάνατόν σε καταγνωσαν Ἀθηναῖοι, Κἀκείνων, φησὶν, ἡ φύσις. Xenoph. in Apolog. Socratis. Ὡς δ' ἤσθετο ἄρα τοὺς παρεστηκότας δακρύοντας, Τί τοῦτο, εἶπεν αὐτὸν, ἢ ἄρτι δακρύετε; ἐγὼ δὲ πάλαι ἴσε, ἕνεκα ὅτου περ ἐγενόμην, ὅτι καταψηφισμένου ἦν μὴ ὑπὸ τῆς φύσεως ὁ θάνατος;

l. 11. Αὐλὸς κατ' ἐμαυτόν.] Alii codices ἐμαυτὸς κατ' ἐμ. sequor nostrum.

l. 15. Ἐπιβήσεταί σου.] F. σοι. *Com. Shaft.* Recte. *Ex istâ parte te invasurum esse dominum.*

p. 131. l. 1. Ἀλλὰ θέλω καθῆσθαι ὅπου οἱ Συγκλητικοί.] Senatus, Equites, Plebes: hæc prisca divisio. His sua loca, suusque gradus in spectaculis. Allusio ad hanc divisionem passim apud veteres. Horat. Ep. L. I. 1. 67.

Ut propius spectes lacrymosa poemata Pupi.

Vide & Epod. Lib. Od. IV, 15. Juvenal. III, 155.

l. 2. Ὁρᾷς, ὅτι σὺ σαυτῷ συνοχωείαν.] Malim interrogationes abesse. συνοχωεία autem opponitur εὐρυχωεία apud M. Anton. IX, 32. ubi vide Gatakerum.

l. 4. Καὶ μὴ θεώρει.] Dele καὶ. sententiam enim turbat.

l. 14. Ἐπίβαθραν.] Fort. ὡς ἐπ. sed vide supra [p. 44. l. 13.] unde apparet legendum esse ὥσπερ ἐπίβαθραν. *Com. Shaft.* Cod. Salmant. ἐπίβαθραν, alii ἐπὶ βάθραν. At ὡς eleganter supprimitur, ut jam monui.

l. 15. Τί λέγεις, Αὐτόν;] Αὐτὸν, μιμητικῶς. *Abscinde ipsum. Quid dicis, Ipsum? cape vestem; eam abscinde.* τὸ ἱμάτιον, sic vocat corpus: supra autem χιτωνάριον. Tamen distinctio erat inter χιτὼν & ἱμάτιον. nam χιτὼν est vestis interior, ἱμάτιον exterior. Sic apud Mat. cap. V. 40. distinguuntur. Καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Nota interea Αὐτὸς non ad corpus spectare, sed ad animum, quo sensu Plato utitur. Aliter poetæ. Hom. Il. δ. 4. ΑΤΤΟΤΣ δ' ἐλάσεια τεύχε κύνεσσιν. Ibi Schol. Αὐτὸς, ἀντὶ τοῦ τὰ σώματα αὐτῶν. Virgil. ubi Palinurus: *Nunc* ME *fluctus habet.* ME, id est, meum corpus.

l. 16. Καλῶς σοι γένοιτο.] Formula ironica. Vide ad p. 193. l. 5.

p. 132. l. 2. Ἓν ἔχων πρόσωπον ἀεὶ διέλεγε.] Cicero de Off. I, 26. *Præclara est æquabilitas in omni vitâ; & idem semper vultus, eademque frons, ut de Socrate, item de C. Lælio accepimus.* Idem Tusc. Disp. III, 15. *Hic est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro sua fuisse Socrate: eodem semper se vidisse exeuntem illum domo, & revertentem.* Vide Ælian. IX, 7. Simpl. ad Epict. cap. XLII. Senec. de Ira,

L. II. c. 6. & Epist. 104. Plin. L. VII. c. 19. Infra p. 376. l. 3. τὸ αὐτὸ πείσεσθαι ἀπὸ τῆς ἐκφύρσεως.

l. 4. παρὰδοξα λέγουσιν.] Vide p. 576. l. 13.

CAP. XXVI.

PAg. 133. l. 3. Ἀναγινώσκοντος δὲ τὰς ὑποθετικάς.] *Legente autem hypotheticos*, scilicet τινὸς, *Cum quidam legeret.* Nisi forte sit ἀναπλώσεις, pro ἀναγινώσκων, *Cum ipse legeret.* Epicteti mos est, præcepta Dialecticorum ad doctrinam morum accommodare; & monere adolescentes, ne similes evadant sophistarum, qui, ut ait Isocrates, τὰς συναλλαγὰς ἐπὶ μὲν τῶν λογιδίων τηροῦσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων μὴ καθαρῶσιν: cum in oratiunculis caveant, ne contraria sibi dicant, non perspiciunt cum factis suis pugnare orationem. *Wolfius.* Verte, *Cum ipse legeret*, nempe Epictetus. Vide Sanctii Minerv. L. II. c. 7. p. 192.

Ibid. Τὰς ὑποθετικάς.] Declaremus exemplo. ὑπόθεσις esto, Diem esse: ergo sequitur, Solem supra horizontem esse. aut contra, Solem esse supra horizontem: ergo diem esse negari nequit. nam alioqui regula dialectica violabitur. In doctrina morum hypothesis est: Finem esse hominis, naturæ congruenter vivere. Naturam autem hominis esse positam in προαιρέσει· hoc est, vero judicio & rectâ voluntate. Has hypotheses illud sequitur: In excolendo animo inprimis esse elaborandum: animo bene affecto, in malis esse neminem. Cum hypothesibus his pugnat: jacturam pecuniæ, aliarúmve rerum deplorare: aut, omissâ ingenii culturâ, consectari opes, honores, voluptates corporis. Hanc hujus capitis summam tenere, mihi satis esse videtur. Verba autem alicubi ita intricata in eo sunt, ut ingenuè fatear, me vix, ac ne vix quidem, quid sibi velint, assequi: id quod plerumque fit, cum τὰ λογικὰ τοῖς ἠθικοῖς miscentur. Videtur Epictetus propemodum invitus tractâsse Logica, & ita tractâsse, ut, omissis Stoicorum argutiis, statim ad vitam & mores transiliret. *Wolfius.*

l. 11. Πρῶτον ἔν ἐστι τῆς θεωρίας.] Nonnullorum erat Stoicorum sententia, à Logicâ tyronibus incipiendum. Vide Diog. Laert. VII, 40. & quæ ibi citat Menag. ex Plutarch. & Sexto Empir.

Ibid. Ἐπὶ τῆς θεωρίας.] *In contemplatione.* Intelligere quid verum rectúmque sit, prius est, & facilius. Id verò exsequi & observare, posterius ac difficilius. *Wolfius.*

l. 14. Ὡς πρὸς τὸ ἀκολουθῆσαι.] F. ὡς πρὸς τὸ μὴ ἀ. *Com. Shaft.* Recte.

p. 134. l. 6. Οὐκ ἔν ἁμαρτάνω.] *Num pecco?* interrogativè: vel ἔχειν, *Non ergò*, affirmativè. Ὀργὴν ἐδίδαξε.] Ὀργὴ legendum nominandi casu. *Wolfius.*

l. 14. Ἄγνοια.] Vide p. 338. l. 1. & Plat. Alcib. 2. p. 143. Edit. Steph.

l. 15. Ὀργή.] Ita optimè noster codex: monente etiam Wolfio. Cæteri perperam ὀργήν.

p. 135. l. 1. Ταῦτα ἐκείνῳ μόνῳ λέγειν ἔξεστι.] *Hæc ei soli dicere licet:* hoc est, is filius solus potestatem habet hæc dicendi ad patrem, qui rectè vivendi, non ostentandi ingenii causâ philosophatur. *Wolfius.*

l. 2. Τὴν τοιαύτην.] Articulus est ex nostro codice: cum in aliis desit.

Mox

Mox l. 6. ἢ ἵνα. voculâ ἢ restitutâ, plena est sententia. l. 15. ἡμᾶς pro ὑμᾶς: & πᾶς ἑκαστέρεις, pro πῶς ἂν ἐκ. nempe ἂν ejectâ. Has omnes correctiones nostro codice suppeditante.

l. 3. Εἰ δέ τις μόνον.] Confer p. 284. l. 14.

l. 6. Ἄλλο τι προέσει ἵνα αὐτόν.] Vetus interpres interrogativè; quasi legisset ἄλλο τί προέσει ἢ &c. atque ita in Græcis interpungit. *Com. Shaft.* Recte. suffragante nostro codice.

l. 7. Ἐκεῖ μεγάλαι ὕλαι εἰσίν.] *Illic magnæ materiæ sunt:* cujus rei? ut sis admirationi ob differendi acumen? quòd scilicet procerēs morum doctrinam non curant, & laudem ingenii pluris faciunt quàm animi tranquillitatem. An verò illud significat, ostentatores istos ambire divitias & honores, non animo excolendo studere? *Wolfius.*

l. 8. Οἱ ἐνθάδε πλοῦτοι.] *Hujus loci divitiæ:* hoc est, philosophicæ opes, rectum judicium de rebus, tranquillitas animi, &c. *Wolfius.*

l. 10. Κρατῆσαι τῶν φαντασιῶν.] *Continere visa*, seu imperare visis: hoc est, difficile est non magnificare, & in bonis numerare magnificos istos apparatus, & splendorem divitiarum, eosque animi bonis non anteferre. *Wolfius.*

l. 11. Τὰ ἐκεῖ ὄντα μεγάλα.] Pulcre Longinus, c. VII. ἐδὲν ὑπάρχει μέγα, ᾧ τὸ καταφρονεῖν ἐστι μέγα.

l. 14. Ἑκατὸν πεντήκοντα μυριάδας.] 150 myriadas δραχμῶν, ut opinor, more Græco. Quod si, ut ii censent qui de re nummaria scripserunt, denæ drachmæ coronatum, seu aureum nummum Rhenensem (uti nunc valent) conficiunt, summa erit 150000 aureorum, optabilis (ut joco dicere solent) paupertas. Sin μυριάδες nummûm Latino more accipiendæ sunt, & mille nummûm 25 coronatos facit; summa erit aureorum 37500, ne ipsa quidem, Epicteti judicio, deploranda. Sed si miser ille rogetur, cur tantam pecuniam deploret? Respondebit, opinor, ad tuendum familiæ suæ splendorem, nequaquam sufficere illam. Sed quid Epictetus? Minuendum esse luxum, splendorem ab animi bonis petendum, non opinione populari metiendum esse. Uter rectius? *Wolfius.*

l. 15. Ὡς ἡμεῖς;] *Ut nos*, nempe qui Epaphrodito serviebamus. Vide p. 107. l. 11 Male itaque alii codices, nostro excepto, ὡς ὑμεῖς.

p. 136. l. 1. Κρέξας ὁ τὸν ἀναγινώσκοντα.] Κρέξας intelligo, μετὰ κραυγῆς καλέσας. Sed quis vocavit lectorem? Epictetus, an verò alius? *Wolfius.* Epaphroditus Epictetum. *Com. Shaft.* Hæc omnia obscuriſſima videntur, absque ope codicum meliorum haud explicanda. Præterea limæ labor hisce dissertationibus defuit: Insciente Epicteto, insciente etiam Arriano in publicum prodierunt. Quid mirum igitur, si pleraque turbata, luxata, confusa sint, nunquam restituenda, etiamsi antiquissimos codices nacti fuerimus?

l. 2. Τῷ ὑποβεμένῳ αὐτῷ τὴν ἀνάγνωσιν.] Estne idem, qui ὁ κρέξας; Idémne lectorem vocavit, eúmque derisit, imperitè scilicet legentem ea quæ non intelligebat? Sic videtur. *Wolfius.*

l. 5. Ἀλλ' ὡς ἀναγνώσῃ αὐτῷ χρᾶ.] *At pro lectore eo uteris?* quasi dicas, non opus est puerum intelligere, modò legat ut ipse intelligam. *Wolfius.*

l. 6. Τί οὖν ἔφη;] *Quid tum? inquit*, Epictetus scilicet. Ea quæ sequuntur, videntur interrogativè legenda, hoc fere modo: Quid tum, inquit? Esne qui non tantùm legit,

ſed etiam intelligit argutias dialecticas, maximarum rerum judicium eſt credendum? quaſi dicat, Nequaquam, Si ſine interrogatione legatur; ſignificat, quid fiat, non quid fieri debeat. Philoſophi, inquit, eſt, non dialectici, verè laudare & vituperare. Cicero Lucullo: Dialecticam inventam eſſe dicitis, veri & falſi quaſi diſceptatricem & judicem, &c. quod ſit ſummum bonum? quid habet ut queat judicare? Quæ conjunctio, quæ disjunctio vera ſit, &c. Lector ipſe locum hunc inquirat, quem brevitatis causâ omitto, quanquam non ad hoc tantùm caput intelligendum utilem. *Wolfius.*

l. 11. Ὁ μὴ ἑυρίσκων τὸ ἑξῆς.] *Qui id quod ſequitur non invenit:* hoc eſt (ut opinor) Dialecticæ imperitus magnifacit Dialectici de ſe judicium. *Wolfius.*

Ibid. Ἐν τοῖς ὕτω μικροῖς.] Quæ ſunt illa parva? Num argutiæ Dialecticæ? an verò imperiti judicis laudes? *Wolfius.*

l. 12. Αὕτη ἦν ἀρχή.] Vide L. II. c. 12. in initio.

l. 16. Συλλάξεις ἀγοραζούσης — διὰ τοῦτο ἐμέσιν.] Seneca de Tranq. cap. IX. *Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur.——Diſtrahit animum librorum multitudo.——Faſtidientis eſt ſtomachi, multa deguſtare: quæ ubi varia ſunt & diverſa, inquinant, non alunt.* Hinc M. Anton. II, 2. ἄφες τὰ βιβλία· μηκέτι ἀπῶ. Idem mox: τὴν ἢ βιβλίων λίψαν ῥίψον.

l. 6. Ἀνεξέτασον βίον μὴ ζῆν.] Vide p. 407. l. 11. Socratis verba ſunt apud Platon. in Apol. ſ. 18. Ἐάν τ' οὖθις λέγω ὅτι ἡ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο, ἑκάστης ἡμέρας περὶ ἀρετῆς τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ἡ τῶν ἄλλων περὶ ὧν ὑμεῖς ἐμοῦ ἠκούετε διαλεγομένου, ἡ ἐμαυτὸν ἡ ἄλλους ἐξετάζοντος (ὃ ἢ ἀνεξέταστος βίος, ἐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ) ταῦτα δ' ἔτι ἧττον πείσεσθέ μοι λέγοντι. Reſpexit autem ad Epicteti hunc locum M. Ant. III, 5. Μήτε ἀκούσιος ἐνέργει, μήτε ἀκοινώνητος, μήτε ἀνεξέταστος.

CAP. XXVII.

PAg. 137. l. 14. Ἢ οὐκ ἔστι, ἡ φαίνεται.] *Aut non ſunt, & eſſe videntur.* Hæc omiſſa in verſione.

Ibid. Ἐν πᾶσι τούτοις ἐυστοχεῖν.] *In his omnibus attingere ſcopum:* hoc eſt, hominis docti eſt, rectè de omnibus rebus judicare; non moveri inani ſpecie, ſed veritate; & vanæ opinioni firmas rationes opponere. *Wolfius.*

p. 138. l. 2. Ἐκείνῳ δεῖ προσάγειν τὴν βοήθειαν.] Ad hunc locum reſpexiſſe arbitror M. Ant. V, 36. Μὴ ὁλοσχερῶς τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι· ἀλλὰ ΒΟΗΘΕΙΝ μὲν κατὰ δύναμιν, ἡ κατ' ἀξίαν.

l. 5. Αἱ τῶν πραγμάτων πιθανότητες.] *Rerum probabilitates:* id eſt, illecebræ ad aſſentiendum. ut divitiarum πιθανότης eſt, eas eſſe bonum, & expetendas: mortis, eam eſſe malam, & averſandam. *Wolfius.* Confer p. 310. l. 12. p. 385. l. 10. Laertius in Vitâ Zenonis, VII, 89. Διαιρέσεσθαι ἢ τὸ λογικὸν ζῷον, πολὲ μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΩΝ ΠΙΘΑΝΟΤΗΤΑΣ· πολὲ ἢ διὰ τὴν καλήχησιν τῶν συνόντων. *Perverti autem rationale animal interdum exterioribus negotiis inductum, quandoque crebris ſermonibus eorum quibuſcum verſatur.* M. Ant. V, 6. ἡ γὰ ἐκεῖνοι λογικῇ τινι πιθανότητι παράγονται. *Siquidem*

dem & illi rationis ſpecie quadam probabili abducuntur.

l. 9. Τὸ ἐναντίον ἔθος.] Vide p. 405. l. 10. & p. 280. l. 13.

l. 11. Ὁ παῖς αὐτοῦ, ἡ μήτηρ, ἐξεκόπη.] *Pater ejus, mater, ſublatus eſt.* Sic diſtinguenda hæc exiſtimo. ἐξεκόπη *exciſus eſt*, vel pro funditus interiit, vel morte violenta interiit, accipio. *Wolfius.* Ὁ παῖς αὐτοῦ, ἡ μήτηρ, ἐξεκόπη (ſcil. juvenis ἐξεκόπη) ſublatus, exciſus eſt: & propter illum ἀπώλετο ὁ πάϊς καὶ ἡ μήτηρ, quia ἐκεῖνος ἀπέθανεν. Vide notas Wolfii. ſed verſio hæc male habet. Vide Ench. [cap. XVI.] *Com. Shaft.* Vertit W. *Miſerum illum, pater ejus eſt defunctus, periit, mater ejus obiit. ſublatus eſt è medio: idque immatura ætate & peregre.* Potius, *Miſer ille mortuus eſt: Periit pater ejus, periit mater: ſublatus eſt; idque immaturâ ætate, & in terrâ peregrinâ.*

p. 139. l. 1. Ἐσμηγμένας.] *Abſterſas.* ἀπὸ σμήχω, unde σμῆγμα. *Wolfius.*

l. 2. Ὅταν θάνατος φαίνηται.] *Cum mors apparuerit.* Videtur omiſſum κακόν. *Si mors viſa fuerit eſſe malum, bonum eſt,* &c. *Wolfius.* Recte W. diſtingue itaque, ὅταν θάνατος φαίνηται κακὸν, πείχεσθον ἔχειν, &c. *cum mors videatur eſſe malum, fac in promptu habeas,* &c.

l. 3. Ὅτι τὰ κακὰ ἐκκλίνειν καθήκει, καὶ ἀναγκαῖον ὁ θάνατος.] *Mala convenire declinare, mortem autem eſſe neceſſariam,* hoc eſt inevitabilem, non igitur malam. *Wolfius.*

l. 5. Ἔσω ἐμὲ εἶναι Σαρπηδόνα.] *Finge me Sarpedonem eſſe.* Quem Homericus Jupiter, quamvis charum filium, morti eripere non potuit. *Wolfius.* Mox imitatur orationem Sarpedonis. Hom. Il. μ'. 328.

Ἰομεν, ἠέ τῳ εὔχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν.

l. 10. Ἔσω ταῦτα ὑπὲρ ἡμᾶς.] *Sint hæc ſupra nos.* ἐκεῖνο δὲ πῶς εἰς ἡμᾶς; *illud non cadit in nos?* Sententiam eſſe puto: Quamvis non optio detur nobis aut accumbendi, aut pugnandi fortiter in bello: illud tamen à nobis non eſſe alienum, ut moriamur. Dandam igitur operam, ut contra mortis metum parati ſimus. *Wolfius.*

l. 11. Πῇ φύγω τὸν θάνατον;] *Quo fugiam mortem?* hoc eſt, quo me recipiam, ubi ſim tutus à morte? *Wolfius.* Alluſiſſe arbitror ad Socratis verba, Xen. Apol. ſ. 23. Ἔπεσθε τῶν ἑταίρων ἐκκλέψαι βουλομένων αὐτὸν, ὡς ἐφείπετο, ἀλλὰ καὶ ἐπισκῶψαι ἐδόκει, ἐρόμενος εἴπου εἰδείη τι χώριον ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα ἡ πρόσθεν θανάτου. Vide Plat. in Critone.

l. 13. Ἐπαισθάνω.] Vide ad p. 295. l. 2.

l. 15. Τῷ φοβεῖσθαι.] Legendum cum noſtro codice τὸ φοβεῖσθαι, & ita diſtinguendum. Οὐ δύναμαι τὸν θάνατον ἀποφυγεῖν· τὸ φοβεῖσθαι αὐτὸν μὴ ἀποφύγω; ἀλλ' ἀποθάνω πενθῶν καὶ τρέμων; *Non poſſum effugere mortem: eſto: at timere mortem* [id eſt, timorem mortis] *non effugiam? ſed moriendum eſt mihi lugenti & tremenſi?* Vide infra p. 169. l. 12. ubi eadem verba, τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ θάνατον.

p. 140. l. 1. Γένεσις πάθους.] Vide p. 358. l. 13. p. 269. l. 12.

l. 14. Τὸν ἐμποδίζοντα ἐκλυφλῶσαι θέλω.] *Excæcare volo eum à quo impedior.* τὸ ἐκλυφλῶσαι, pro adimere facultatem impediendi intelligo. Videtur alludere ad Homericum Polyphemum; quo excæcato Ulyſſes ex antro evaſit. *Wolfius.*

l. 12. Χεῖρόν ἐστιν.] Malim ἔσται. Impietas, inquit, cum jam ſim infelix, nihil mihi incommodabit. *Wolfius.* Noſter codex ἔσται. legendum

itaque, τί ἔνι ἐμοὶ χεῖρον ἔσω, ἂν ἐσί μοι τῦν; *Quid igitur? mihi erit pejus iis, quæ nunc mihi sunt?*

l. 13. Ἐκείνε μεμνῆδζ.] Deest δεῖ, vel legendum μέμνησδε. Illud meminisse oportet, vel illud memento. *Wolfius.* Ita loco imperativi infinitivus usurpatur: supple ὄφελ, χρὴ, aut aliquid simile.

l. 15. Ταῦτα δ' οὐκεῖ ἐπείγονλα;] *Non videntur hæc urgentia?* Significat, præcepta hæc esse maximi momenti. *Wolfius.*

p. 141. l. 3. Συνηγορῆσαι τῇ συνηθείᾳ.] *Patrocinari consuetudini:* hoc est, sententiæ vulgo receptæ, de cognitione & certitudine rerum, quam oppugnant Sceptici, sublatâ assensione. *Wolfius.* Recte. Vide Plutarchum de contrad. Stoicorum. *Com. Shaft.*

l. 5. Τίνι ἔν ἀρκῶμαι; Τίνι, nempe συνηγορήσαντι.

Ibid. Τῷ καλὰ τὸν τόπον.] *Eo quod est hujus loci,* vel uno loco sum contentus: hoc est, vel una loci circumstantia refellit Scepticos. Nisi enim certi esset aliquid, cibum aliis non minus ingereremus, quàm nobis ipsis, &c. *Wolfius.* Male accipit W. *Com. Shaft.* Verte, *Quonam ergo patrono contentus sum? Eo, quicunque sit, qui nunc adest.* Vide p. 149. l. 2.

l. 6. Πῶς μὲν αἴδησις γίνεται.] *Quemadmodum excitetur sensus.* Num sentiamus, deinde quemadmodum sentiamus, non parum habet rationem dubitandi. De priore enim Pyrrhonii stultè dubitant, de posteriore quæstione disputari in utramque partem potest. Nam & quòd totum animal sentiat, & quòd parte certa sentiat, defendi potest: Quod enim sentit, totum est animal: quo verò sentit, instrumenta sunt sensuum, & partes animalium, non totum animal. *Schegkius.*

l. 10. Οὐδέποτε καλαπίνειν.] Confer p. 300.

p. 142. l. 3. Καὶ τίς ἀνλιλέγει;] *Et quis contradicit?* Cui? utrum Scepticis? an verò quis negat quin ita faciendum sit, ut muniti simus contra Scepticorum ἀπάλην. *Wolfius.*

Ibid. Ἀλλὰ τὸν δυνάμενον.] *Sed eum qui potest.* Scilicet, δεῖ περφάχθαι. Eum qui rationes contrarias opponere potest: hoc est, ejus est refutare Scepticos, qui mentis & sensuum integritate est præditus, quique abundat otio. Quasi dicat, stultos assentiri Scepticis, quorum ita sit absurda oratio, ut eam refutare supervacaneum esse videatur. *Wolfius.*

l. 4. Τὸν δ' τρέμονλα.] *Ei verò qui tremit.* Significat, opinor, infirmi & timidi esse animi, nugis Scepticorum commoveri. *Wolfius.*

Ibid. Τὸν σχολάζονλα.] Vide infra.—[p. 162. l. 4. p. 248. l. 1. p. 362. l. 12.] Sensum omnino non vidit Wolfius in notis. *Com. Shaft.*

CAP. XXVIII.

PAg. 142. l. 13. Ἡ φύσις αὐτή.] Lego αὕτη, ab ἕτη. *Wolfius.* Recte. & ita noster codex.

l. 2. Πάθε σὶ δυώασαι.] Verbum πάσχειν ita hìc usurpatur, ut supra annotavimus. *Afficere animo,* quia durius videbatur, verti, *persuade tibi.* Eadem est verbi ἀπαιδάχειν ratio. Simplicius πάσχειν ὑπὸ τῶν λόγων moveri, atque affici oratione. *Wolfius.*

l. 4. Ἀπὸ τῦ ἀρλίως.] Pro ἀπὸ τῦ, lego τὸ ἀρλίως. *Wolfius.* Delet ἀπὸ τῦ Salmasius. *Persuade tibi stellas*

las esse pares; seu persuade tibi stellas non esse pares. Fieri non potest. quia stellarum numerus nos latet. Vide Cicer. Academ. p. 93. Edit. Dav.

l. 5. Συγκαλλίδεσθαι.] Potius cum MS. Par. συγκαλλίδησθαι.

l. 6. Συγκαλλίδεις.] Sequor noſtrum codicem: alii συγκαλυβδᾶσθαι.

l. 7. Πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στερεῖται τῆς ἀληθείας, ὡς λέγει Πλάτων.] In Sophiſt. p. 228. Ed. Steph. Ἀλλὰ μὴν ψυχήν γε ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν τῶν ἀγνοοῦσαν. Plato de Leg. L. IX. p. 860. Ὡς οἱ κακοὶ πάντες, εἰς πάντα εἰσὶν ἄκοντες κακοί. In Protagor. p. 345. D. Ἐγὼ γὰρ οἶδόν τι οἶμαι τοῦτο ὅτι οὐδεὶς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἡγεῖται οὐδένα ἀνθρώπων ἑκόντα ἐξαμαρτάνειν, οὐδὲ αἰσχρά τε ἢ κακὰ ἑκόντα ἐργάζεσθαι· ἀλλ' εὖ ἴσασιν ὅτι πάντες οἱ τὰ αἰσχρὰ ἢ τὰ κακὰ ποιοῦντες, ἄκοντες ποιοῦσι. Vide Ariſtot. Eth. L. III. c. 5. Cæterùm ad hunc Epicteti locum reſpexit M. Ant. VII, 63. & XI, 18. Idem L. II, 1. Πάντα ταῦτα συμβαίνειν ἐκείνοις παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀγαθῶν ἢ κακῶν. & VII, 22. Conſer autem p. 94. l. 5. p. 98. l. 5. p. 319. l. 7.

p. 144. l. 1. Καὶ μανθάνω.] Medeæ verba apud Euripidem. ubi tamen pro θρᾴν μέλλω, legitur τολμήσω. hæc igitur variis lectionibus adjicienda. Veteres memoriter loca citaverunt, unde paſſim diſcrepantia. Vide autem p. 269. l. 13.

l. 4. Ἡγεῖτο.] Alii ἡγεῖται: nos autoritatem noſtri codicis ſequimur. Mox lin. 9. inſerui ἢ, ante ταλαίπωρος, & lin. 10. removi articulum τὸ ante ἀνθρώπου, ejuſdem codicis autoritate.

l. 8. Τῷ φαινομένῳ.] *Ei quod apparet.* Verti, *ſequi opinionem ſuam.* τὸ φαινόμενον, ſcilicet συμφέρον ἢ ἀληθὲς ὑπάρχειν. Quiſque id ſequitur, quod aut ſibi expedire, aut verum eſſe judicat. *Wolfius.*

l. 8. Τί οὖν κελεύεις αὐτῷ.] Si geminetur interrogatio, erit acrior ſententia, hoc modo: *Quid ergo ei ſuccenſus? eóne, quòd maximis in rebus decepta eſt miſera?* Ad rem quod attinet, facinoroſis iraſcimur, non qui decepti ſunt; ſed quia ſua voluntate coacti & decepti ſunt, quia voluntas prava recto judicio non aſſentitur. Ut autem ei aſſentiamur, malo cogenda eſt. *Wolfius.*

l. 10. Οὐχὶ δ', εἶπες ἄρα, μᾶλλον ἐλεεῖς;] Εἶπες ἄρα aut redundare, aut aliquid deeſſe videtur. *Wolfius.* Inclufive εἶπες ἄρα, *ſi modo ſas ſit, ſi ita dicam.* Ita apud Dion. Chryſt. p. 356. ἀλλ' (εἶπες ἄρα) συμπλήκτεσθε αὐτοῖς. Sic locum diſtingue.

l. 10. Ὡς τὰς τυφλὰς ἐλεοῦμεν.] Sic ſupra 98. ἀποτέμνομεν· ἢ δ' ὅλιν τὴν διανοητικὴν τῶν λευκῶν ἢ μελάνων, ἀλλὰ τὴν γνώμην τὴν διακριτικὴν τῶν ἀγαθῶν ἢ τῶν κακῶν. M. Ant. IV. 29. τυφλὰς, ὃ καλαμύων τῷ νοερῷ ὄμματι. In eandem mentem Horat. Ep. L. I. 10. 26.

Non, qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiuſve medullis,
Quam qui non poterit vero diſtinguere falſum.

l. 12. Τὰς τὰ κυριώτατα τετυφλωμένους.] Τὰ κυριώτατα intelligo, non maximis in rebus, ſed quorum principales & præcipuæ partes excæcatæ ſunt & claudicant. Hæ verò ſunt Judicium & Voluntas. *Wolfius.*

l. 15. Πράξεως φαινόμενον.] Lego τὸ φαινόμενον. *Wolfius.* Suffragante

noſtro codice. Nota autem conſtructionem, τὸ φαινόμενον —— ἥδηνι ὀργισθήσεσθαι. Cætera inclusive.

p. 145. l. 6. Οὐ προσκόψει ἥδηνί.] *Non offendet quenquam.* A verbo κόπτω, non à σκώπτω. *Wolfius.*

l. 14. Ἡ Ἰλιὰς ἢ μόνον.] Pro ἢ μόνον ἡ Ἰλιάς.

p. 146. l. 11. Κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον πλήν.] Videtur poſterius membrum omiſſum, & ſic ſupplendum: ὁμοιότατον, ὅμοιον δ' οἰκία καὶ νεοσσία; ὁμοιότατον πλήν. *Wolfius.* Pro κατὰ τὸ σῶμα legit Salmaſius, κατὰ τὸ δῶμα. Videamus ipſa verba: ἢ δεῖξόν μοι, τί διαφέρει οἰκία ἀνθρώπῳ, καὶ νεοσσία πελαργῷ, ἃς οἴκησις; [Ὅμοιον ἂν ὅτι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; Τί λέγεις; κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον.] πλὴν ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν καὶ κεραμίδων καὶ πλίνθων οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, ἧδ' ἐκ ῥάβδων καὶ πηλοῦ. Quæ verba uncis incluſi, è loco ſuo mota eſſe videntur; redige in ordinem itaque, & ſic lege: Τί μέγα ἢ δεῖνον; ἢ δεῖξόν μοι, τί διαφέρει οἰκία ἀνθρώπῳ, καὶ νεοσσία πελαργῷ, ἃς οἴκησις, πλὴν ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν καὶ κεραμίδων καὶ πλίνθων οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, ἧδ' ἐκ ῥάβδων καὶ πηλοῦ; Ὅμοιον ἂν ὅτι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; Τί λέγεις; κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. Οὐδὲν ἂν διαφέρει ἄνθρωπος πελαργοῦ; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τούτοις γε διαφέρει. *Quid hoc magni aut atrocitatis habet? aut oſtende mihi, quid inter hominis domum & ciconiæ nidum, quoad habitationem, interſit, niſi quòd è trabibus, cæmentis & lateribus exſtruuntur domunculæ, nidus autem è virgultis & luto? Ergo ciconia & homo inter ſe ſunt ſimiles? Quid ais? ſimillimi, ſi corpora ſpectes. Nihil ergo differt homo à ciconiâ? Abſit: verùm iſtis rebus* [nempe, domo & corpore] *non differt.*

p. 147. l. 1. Ὅτι ἄλλῳ διαφέρει.] Noſter codex ὅτι ὅλῳ δ'. Recte forſan.

l. 6. Περιτετειχισμένον.] *Hic murus aheneus eſto.* Hor. Ep. I. 1. 60.

l. 11. Ὅτ' ἐπῆλθον.] Sic lege, & mox ἢ ὅτε οἱ ἀδ'. ſic enim Ven. Edit.

p. 148. l. 8. Καθαίρηται.] Sic noſter codex, & MS. Par. alii libri καθαιρεῖται.

l. 11. ὅταν αὐτοί.] Παιδία —— ὅταν αὐτοὶ: vocant Grammatici ῥῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Sic apud Anacreontem:

——Βρέφος μέν
Ἔσορῶ φέρονθα τόξον:

l. 12. Πόθεν ἂν τοῦτο προσδοξάζεις.] *Cur iſtam opinionem adjungis?* ſcilicet, cædes & excidia eſſe mala. Cicero Lucullo: Rebus ſumptis adjungam, & his ſequendas eſſe alias, &c. Negant hoc Stoici, ut ſatis notum: nec tamen, ut opinor, cuiquam ſano adhuc perſuaſerunt. *Wolfius.*

l. 14. Ἐλθωμεν.] Ita pro ἐλθωμεν, noſter codex & MS. Par.

l. 14. Φέρε τὰς προλήψεις.] *Profer anticipationes:* id eſt, anteceptas animo rerum quaſdam informationes. Solet τὰς προλήψεις καὶ κοινὰς ἐννοίας. Cicero etiam prænotiones, notiones, præſumptiones, notitias rerum appellare. Si Stoicæ προλήψεις ſumantur, hominis bonum & malum in ſolo animo eſſe ſitum, vicit Epictetus. neque enim occidi animus poteſt. Sed Cicero aliam πρόληψιν veriorem, ut opinor, afferet: Principio inquit, generi animantium omni eſt à natura tributum, ut ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetque ea, quæ ei nocitura videantur: omniáque quæ ſint ad vivendum neceſſaria inquirat, & paret, ut paſtum, ut latibula, ut alia ejuſdem generis. Commune autem animantium omnium eſt con-

conjunctionis appetitus, procreandi causâ, & cura quædam eorum quæ procreata sunt. *Wolfius.*

l. 14. Φέρε τὰς προλήψεις. διατοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν ἱκανῶς θαυμάσαι τὸ γινόμενον.] Vertit Schegkius, *Adducito primas notitias. Quocirca mirari satis nequeo quod vulgo fieri consuevit.* Wolfius, *Profer notitias rerum. Nemo profecto satis mirari potest, ea quæ vulgo fiunt.* Sed hoc certe contra Stoici mentem: haud enim decet mirari ea quæ vulgo fiunt. *Nil admirari:* hoc decantatissimum. Pro θαυμάσαι itaque lego τιμήσαι *æstimare*, nam τιμὴ est *pretium quo res aliqua æstimatur*. Deinde scribo, interrogativè, *Veniamus ad regulas; profer anticipationes: nam ob hanc rem non abunde datur æstimare ea quæ vulgo fiunt?* Sic videtur locus distinguendus, & legendus.

p. 149. l. 2. Τὸ καλὰ τὸν τόπον ἀληθές.] Verti, *in quocunque rerum genere*: Ad verbum, *Id quod eo loco verum est.* Wolfius.

l. 13. Ἀτρεὺς Θυεστίδης.] Periit hæc fabula temporis injuriâ, ut & Phœnix.

l. 16. Τούτῳ ἂν μηδεμίαν.] Legendum: τούτῳ ἂν μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, τίνῳ ἡμῖν εἶναι δοκεῖ; *Cujus esse videtur, non curare ut rectè sentiat?* Sanos esse negat, qui non studeant veras habere de quibusvis rebus opiniones. Sunt ea quæ sequuntur, interrogativè legenda. *Wolfius.* Cod. Bas. habet ποιεῖσθε, cæteri ποιεῖσθαι: ita quoque noster codex, & τί ὑμῖν δοκεῖ, pro τίνῳ. Haud male. *Quid vobis videtur, nullam hujus rei habere curam?*

CAP. XXIX.

PAg. 150. l. 10. Ἂν τὰς ὕλας μὴ θαυμάσῃ.] *Si materias non admiratus fuerit*, hoc est, non magni fecerit. Despicientia rerum humanarum commendatur. Materiam autem intellige & res humanas, non tantùm divitias, uxorem, liberos, amicos, honores: sed etiam tuum corpus, sanitatem, robur, formam, celeritatem, horúmque contraria. Sola enim virtus & sapientia à materiæ appellatione excipiuntur, & ad affectionem potius referuntur: non sunt ligna & lapides, sed architecti. Horatius idem docet Epistola quadam, his verbis:

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque quæ possit facere & servare beatum. Wolfius.

Hoc autem passim inculcat, *Nil admirari.* uti Hor. Ep. 6. l. 1. Quod philosophice admodum & erudite explicatur à Comite Shaftesburiensi in Vol. III. p. 202. Ipse Epictetus p. 599. μὴ γὰρ θαυμάζει τι τῶν γινομένων; p. 549. ὑπέδηκας τὸν τράχηλον, ἂν θαυμάσῃς τῶν μὴ σῶν. & alibi. Nec aliter M. Anton. XII, 1. χὴ παύσῃ ξένῳ ὢν τῷ πατρίδι, χὴ θαυμάζων ὡς ἀνεπισκόπητα τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. Diogen. Laert. in vitâ Zenonis VII, 123. τὸν σοφὸν μὴν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων. Seneca Ep. XLV. *Hoc nos doce, beatum non eum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit: sed illum, cui bonum omne in animo est, evectum, & excelsum, & MIRABILIA calcantem.* Idem de vitâ beatâ, c. III. *Aliarum rerum, quæ vitam instruunt, diligens, sine admiratione cujusquam.* Hoc τὸ ἀθαύμαστον vocat M. Anton. I, 15.

l. 11.

l. 11. Ὀρθὰ μὲν ὄντα.] Ὀρθὰ *recta* & στρεβλὰ *curva*, pari modo, idque in re philoſophica opponuntur apud Horat. Ep. II. 2. 44.

Scilicet ut poſſem curvo *dignoſcere* rectum.

p. 151. l. 2. Ὅταν ἀπειλῇ ὁ τύραννος.] Vide ad p. 10. l. 3.

l. 3. Καὶ μὴ καλῇ.] *Et non vocet.* Lego, καὶ μὲ καλῇ, *meque vocet.* Sæpe facit mentionem Epictetus acceſſus ad Cæſarem, ut rei maxime formidabilis. *Wolfius.* Καὶ καλῇ, ita noſter codex, deletâ vocula μή.

l. 8. Τίνι ἀπειλεῖς;] Hìc, & bis verſibus ſequentibus, ἀπειλεῖς pro ἀπειλεῖ repoſui, autore noſtro codice.

l. 8. Τὸ αὐτό.] *Tantundem eſt, idem eſt.* Probo tamen Salmaſii lectionem, τῷ αὐτῷ· ſc. ἀπειλεῖς. Iſtud ὅλῳ quoque defendi poſſit ex p. 574. l. 8. Hoc modo: Εἰς φυλακήν σε βαλῶ· Ὅλῳ τῷ σαρκιδίῳ, ἂν ἐξορισμὸν ἀπειλῇ· Τῷ αὐτῷ. *In cuſtodiam te conjiciam: Corpuſculo teti,* inquam, minitaris. *ſi exilium minitetur: Eidem,* inquam, minitaris.

l. 13. Ἡμεῖς ἔν οἱ φιλόσοφοι διδάσκειν καταφρονεῖν τῶν βασιλέων;] Confer p. 629. l. 11. Seneca Ep. LXXIII. *Errare mihi videntur, qui exiſtimant, philoſophiæ fideliter deditos, contumaces eſſe ac refractarios, & contemptores magiſtratuum ac regum, eorumque per quos publica adminiſtrantur. E contrario enim, nulli adverſus illos gratiores ſunt: nec immerito. nullis enim plus præſtant, quàm quibus frui tranquillo otio licet.*

l. 15. Τίς ἡμῶν διδάσκει.] Αὐτὺς pro αὐτὺς, ſæpiſſime in hoc libro. τίς ἡμῶν διδάσκει ἀνθρώπους πρὸς αὐτὺς τοῦτον, ὧν ἐκεῖνοι ἔχουσιν ἐξουσίαν; *Quis noſtrûm docet nobis ipſis arrogare eorum aliquid, quorum iſti habent potentiam?*

p. 152. l. 5. Ἀλλότριον;] Interrogative. Mox προσάγων, &c. Confer p. 96. l. 5. φησὶν, eſt objiciendi formula: de quâ ad p. 23. l. 14.

l. 7. Αὐτὶ αὐτὸ εἰπεῖν.] Scil. δόγμα. Codex tamen noſter αὐτὸς αὐτόν.

l. 10. Τὸ καθῆκον ἀεὶ περιγινέσθω τῷ κρείσσονι.] Confer p. 154. l. 1. p. 427. l. 6. p. 470. l. 15. M. Ant. V, 16. ἢ οὐκ ἤν ἐναργὲς, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω ἀλλήλων; & mox ſ. 30. Ὁ τῆς ὅλης νῆς κοινωνικὸς· ἐποίησε γὰρ τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν· καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. & ſæpius alibi. Seneca Epiſt. XC. *Naturæ eſt, potioribus deteriora ſubmittere.* Plato in Protag. p. 338. B. Ed. Steph. Οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὸ χείρω τοῦ βελτίονος ἐπιτάττειν. Apud Dionyſ. Halic. Rom. Hiſt. p. 5. ſenarius laudatur, ſed interpretes non notaverunt:

Ἄρχειν ἀεὶ τῶν ἡττόνων τοὺς κρείττονας.

Philemon quoque apud Stobæum flor. tit. LXII. *Minora eſſe majorum* dicit, ita enim accipio, hodie tamen verba ſunt corrupta: lego adeo pro ἡττόνων ἢ μείζονα, μειζόνων τὰ δ' ἥττονα: leviſſima eſt mutatio, ſenſus commodus & philoſopho dignus:

——πάντα δ' ἂν σκοπῇς, ὅλως
Ἑτέρων πέφυκε, μειζόνων τὰ δ' ἥττονα.

Omnia ſi conſideres, prorſus aliorum ſunt, & minora quidem majorum. Et Dion. Chryſ. Orat. III. p. 47. Οὐκοῦν καὶ ἥδιον [ſcribe ἡδίω cum interpr.] ἀναγκαῖον εἶναι τῷ ἀγαθῷ βασιλεῖ. ὁρᾷς γὰρ ὅτι παντάχῃ τὸ βέλτιον τοῦ ἥττονος ἔταξεν ὁ θεὸς προστάττειν τε καὶ ἄρχειν· οἷον τέχνην μὲν ἀτεχνίας, ἀσθενείας δὲ δύνα-

δύναμιν, τὸ δὲ ἀνοῆσαι τὸ φρόνιμον προνοεῖν καὶ προβουλεύειν ἐποίησεν ἐν πάσαις δὲ ταύταις ταῖς ἐπιμελείαις, τὸ ἄρχειν, ἐλάμπει ῥᾴδιον, ἐλὲ [lego ἀλλὰ] ἐπίπονον· ἐλὲ πλέον ἔχεσθαι ἀνέσεως καὶ σκιᾶς, ἀλλὰ φροντίδων καὶ πόνων. *Proinde & ſuaviorem eſſe neceſſe eſt vitam boni regis. videt enim ubique ita Deum ordinaſſe, ut id quod melius eſt, imperet & prævideat inferiori: verbi gratiâ, fecit ut ars ei quod eſt ſine arte, ut potentia impotentiæ, ſapientia inſipientiæ prævideat & proſpiciat. in omnibus autem hiſce curis principatus res non eſt ſegnis, ſed laborioſa; neque in ſe habet remiſſionem & otium, ſed ſtudia & labores.*

l. 17. Ὁ δὲ μή.] Lego οἱ δὲ μή. *Wolfius.* Aſtipulante noſtro codice.

p. 153. l. 2. Σωκράτης ἦν ἵνα παθὴ ταῦτα;] Proſopopœia eſt. *Wolfius.*

l. 5. Τὸ Σωκράτους πραγμάτιον.] Lego σωμάτιον. *Wolfius.* Cod. Salmant. * πραγμάτιον, in marg. * σωμάτιον. Porſ. recte. τὸ πρᾶγμα —— πραγμάτιον. Hinc cauſa librariis errandi: ſi modo ſit error. Vide p. 354. l. 1. & Indicem in v. πρᾶγμα. Mox pro συρῇ, σύρισαι magis placet. & paulo poſt τῷ σ. τῶ Σωκ. habes pro τῷ σ. τῆ Σωκ. nam ſic noſter codex.

l. 8. Κἀκεῖνο ἀποφύγῃ.] *Atque illud aufugiat.* Poteſt de interitu corporis intelligi, quem fugam appellat. Sed legendum opinor ἀποψύχῃ, ab ἀποψύχω, non ab ἀποφεύγω: corpus enim manet, ſed anima fugit. Apud Sophoclem eſt ἀποψύξαι βίον, pro ἀποθνήσκειν. Interpreteris igitur licet: *Atque illud mori, vel frigore obtorpeſcere:* ut alludatur ad Platonis Phædonem, ubi Socrati βαρύνεσθαι τὰ σκέλη, & ipſe ψύχεσθαί τε καὶ πήγνυσθαι. *Wolfius.* Huic Wolfii interpretationi atque emendationi aſtipulatur Vir Nobilis, Com. Shaftesburienſis.

l. 13. Ἐμὲ δ' Ἀνύτου.] Vide ad Enchir. p. 738.

l. 16. Δεῖξον ὅτι κείσεται.] Lego ὅτι ὁ κείσεται. *Wolfius.*

p. 154. l. 5. Τὸν λύχνον ἀπάλεσα.] Vide ſupra p. 100. l. 10.

l. 7. Τοσοῦτον ἀνήσασθε.] Lego τοσούτου, vel certe τουτωνί. *Wolfius.* Clare exhibet noſter codex τοσούτου.

l. 9. Τοῦτο ἔδοξεν αὐτῷ λυσιτελεῖν.] Hoc idem eſt quod ſupra dicit p. 100. ὅτι ἔπαθέ τι ὁ θεὸς ἐκ ἀπίθανον.

l. 14. Καὶ ποίαν ἔπραξεν ἂν εἰσαγωγήν.] Lego ἔπραξ' ἂν εἰσαγωγήν: hîc intelligo σύλλογον διδασκαλίαν. Quenam ita efficax doctrina, quod compendium, quæ ratio id mihi præſtare potuiſſet? *Wolfius.* Recte Wolfius corrigit: vide omnino p. 261. l. 14. p. 271. l. 10. Nota interea ſignificationem vocis πράττειν, latiſſimo ſenſu: dicimus Anglicè to make, eodem fere modo. Verte autem, *Quibus elementis inſtructus eſſe potui*, &c.

p. 155. l. 2. Ἔμαθον;] Potius ἔμαθες;

l. 4. Πρὸς τοῦτο ἦν ἐκ ὠφελῆσαι.] Lego ὠφελήσαι, paſſivi præteriti ſecunda perſona. *Wolfius.*

l. 11. Ἄφες αὐλόν. ἀλλ' ἔξελθε.] Videtur αὐλὸν referri ad eum de quo ſupra, ὁ ταῦτα κρουγάζων. ἔξελθε ad Epictetum.

l. 14. Μέχρις ἂν ᾧ λόγῳ αἱρῇ.] *Quoad ratio evicerit, obtinuerit.* Platoni frequens loquendi modus. *Wolfius.* Plato in Critone ſ. 4. ἐπειδὴ ὁ λόγος οὕτω αἱρεῖ. *quandoquidem ſic exigit ratio.* Herodotus L. II. c. 33. καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτως αἱρέει. M. Anton. II, 5. ἀπὸ τοῦ αἱρέντος λόγου, *à rationis dictamine.* Idem IV, 24. καὶ ὅσα ὁ τῆ φύσει πολιτικῆ ζώου λόγος αἱρεῖ, καὶ ὡς αἱρεῖ. *quæque*

quæque animantis civilis ratio dictat, & quomodo dictat. & alibi. Sic legendum p. 180. l. 1. non λόγῳ ἀρκεῖ.

l. 15. Λάβεσθε αὐτοῦ.] *Accipite corpus:* ipse enim derelinquam. Hæc spectant ad sapientem αὐτοφόνον, & sibi ipsi manus inferentem. hoc concedit, *aliquatenus* tamen, neque ἐκ τῆς τυχούσης προφάσεως. Vide omnino p. 56. l. 2. & quæ ibi notavimus.

l. 18. Χρείαν γὰρ ἔχει.] Vide ad p. 34. l. 3.

p. 156. l. 2. Ἐὰν ὦ σημήνῃ.] Vide ad p. 55. l. 3.

l. 7. Σήμερον Σατορνάλια ἀγαθά.] *Bona Saturnalia, Io Saturnalia:* Hic solemnis clamor festis Saturni diebus. Livius L. XXII. c. 1. *Per urbem,* Saturnalia, *diem ac noctem clamatum.* Petronius c. 58. O Saturnalia! *Rogo, mensis December est.* Ubi Heinsius legit *Io Saturnalia,* sic enim, seu *Bona Saturnalia,* servi per urbem discursantes clamitabant. Mart. L. XIV. 79.

Iste tibi faciet Bona Saturnalia *porcus.*

Idem L. XI. 2.

Clamant ecce mei, Io Saturnalia, *versus.*

Ubi tamen, ut versui melius consulatur, malim *Bona Saturnalia*; quanquam altera lectio defendi possit. Catullus:

Saturnalibus optimo dierum.

l. 11. Ἐὰν ὦ μὴ τοῦτο θέλῃ.] *Si te sibi applaudere noluerit.* Malim θέλῃς· *si tu ei applaudere nolueris.* Wolfius.

Ibid. Σιώπα λοιπόν· τούτων.] Σιώπα· λοιπὸν τούτων. *Salmasius.* At Meibomius, λοιπὸν plane cum σιώπα conjungendum. Mihi magis Meibomii distinctio placet: nam sic in Enchirid. p. 730. σιώπα τὸ πολύ.

l. 15. Νέῳ γάρ.] Cod. Salmant. * νέῳ, in marg. * νέῳ. & sic legendum arbitror. *Juvenis enim qui è scholâ abiens in discrimen incidit, similis est ei, qui,* &c. Mox consule Indicem in voc. συλλογισμὸς ἀναλύειν: πεπλεγμένον.

p. 157. l. 4. Οὗτός ἐστιν εὐφυὴς νέος.] *Hic est bonæ indolis adolescens:* scilicet qui se in difficilioribus exerceri vult. Lego ἀποφαντικῶς, non πευστικῶς. *Wolfius.*

l. 5. Οὐ. Ἀλλὰ καλέσαντος.] Οὐ· ἀλλὰ κ. *Nil autem tale,* inquis: *at cum tempus ad dura vocet, plorandum est,* &c. Ironiâ utitur.

l. 7. Ἔμαθες, οὐχ ὥς.] Lego ἔμαθες; πευστικῶς. & postea εἰ οὐχ ὡς ἔργῳ. *Wolfius.* Nos autem ejecimus οὐχ autoritate nostri codicis. Mox ἐγὼ τίνα; &c. interrogative, non enunciative, prout è sequentibus patet. nil enim tale de suis credidit Epictetus. Sic itaque totum locum interpretare, *Et pugiles, adolescentes leves molestè ferunt: Non me attollit, inquit* [pugilum è numero unus.] *Hic est bonâ indole adolescens.* [qui nempe, ut logicus iste, ut pugiles, dura quærit ad probandas vires & exercendas.] *Non ita:* [ironice Epictetus, Tu inquis nihil tale:] *at cum tempus ad dura vocet, plorandum est & dicendum, Vellem adhuc discere. Quænam? si hæc non didicisti, ut re ipsâ monstrares, in quem usum ea didicisti? Egone arbitror,* &c.

l. 9. Ὠφέλειν.] Vide ad p. 118. l. 7.

l. 12. Στεφανωθῆναι Ὀλύμπια;] *Coronari Olympia?* Sic Hor. Ep. L. I. 1. 50.

Magna coronari *contemnat* Olympia.

Eodem modo Ennius, *Vicit Olympia.* Vide Indicem in v. Ὀλύμπια.

l. 13. Πότε τίς ἐμοὶ καταμέλει τοιοῦτον ἀγῶνα;] *Quando quis mihi negligit tale certamen?* Apud Isocratem, οἱ μὲν πολλῶν καταμελοῦσιν.

Nec

Nec conſtructio, nec ſententia, ſatis placet: nec tamen occurrit, quid pro καλαμελεῖ reponendum eſſe videatur. Neque enim καλαμένει, neque καλαζαλεῖ placet. Videtur generoſus adoleſcens his verbis expoſtulare cum eo, cujus culpa fiat, ne in tale certamen deſcendat. Qui aliquid melius invenerit, candide communicet. *Wolfius.* Noſter codex καλαγſελεῖ, cæteri καλαμελεῖ, quod cum nihil ſit, haud miror hæſiſſe interpretes.

l. 15. Καίσαρες μονομάχοις.] Cæſares ad ſuas & populi voluptates proprios alebant gladiatores, ii vocabantur Fiſcales, & Poſtulaticii: Arrianus dicit Καίσαρ & μονομάχες. conſule Lipſ. Saturn. L. II. c. 16. Vide quoque Martial. Ep. 19. in Spectac. ubi Myrinus & Triumphus nominantur è ludo Cæſaris. ex eodem ordine Epigr. 27. Priſcus & Verus. Seneca de Prov. c. IV. *Ego Mirmillonem ſub C. Cæſare de raritate munerum audivi querentem: Quàm bella, inquit, ætas perit! Avida eſt periculi virtus; & quo tendat, non quid paſſura ſit, cogitat.*

p. 158. l. 2. Ἤθελον πλεῦσαι.] Nicopoli profectus ſcilicet Romam uſque.

l. 4. Πῶς μελέτᾳ τὴν ὑπόθεσιν.] *Quomodo tractet cauſam.* μελέται ſunt declamationes, quibus hîc res adverſæ comparantur: quòd ut declamationes eloquentiæ, ſic hæ virtutis ſint exercitatio. *Wolfius.*

l. 8. Ἄλλαξον.] Vide p. 75. l. 1.

l. 10. Χρήσασθαι δοθείσῃ.] Lego τῇ δοθείσῃ. *Wolfius.* Et ſic noſter codex.

Ibid. προθεῖναι.] Cod. Ven. & Salmant. προλεῖναι. Recte admodum, & ſic ſupra. p. 157. l. 1. dele interrogationem. quoad verba, haud abſimile iſtud Virgilianum:

——Tuus, ô regina, quid optes
Explorare labor; mihi juſſa capeſſere fas eſt.

l. 11. Ἀλλὰ μὴ τοιοῦτό μοι πρόβαλῆς τροπικόν.] Quid τρόποι ſint apud Rhetores, notum eſt. Sed quid τροπικὸν hìc ſibi velit, niſi pro obſcuro & intricato ponatur, non video. ne τοπικὸν quidem ſatis placet. Legendum προβάλῃς active. *Wolfius. Noli proponere mihi tale tropicum, ſed tale.* Τερπικὸν vox Stoicæ logices, eadem ac συνημμένον. nam in dialecticis propria ſibi habuiſſe vocabula Stoicos, docet Philoponus in prior. Analyt. Ariſtot. quæ vocabula cum Ariſtotelicis confert.

Peripatetici.	Stoici.
1. προτάσεις	1. τυγχάνοντα
2. νοήματα	2. ἐκφορικὰ
3. φωναὶ	3. λεκτὰ
4. ἡγούμενον	4. ἡγούμενον
5. ἐπόμενον	5. λῆγον
6. συνημμένον	6. τερπικὸν
7. μετάληψις	7. πρόσληψις
8. συμπέρασμα	8. ἐκφορά.

l. 12. Μὴ τοιαύτην ὑπενέγκῃς τὴν ὑποφοράν.] *Ne talem objicias objectionem* (ſic enim in ſcholis vulgo appellant quam Ulpianus Demoſthenis interpres ἀντίθεσιν vocat.) ὑποφορὰ καὶ ἀνθυποφορά, quid ſint apud rhetores, notum eſt. Senſus hujus loci eſſe videtur: non minus ineptum eſſe, qui talem vel talem caſum objici ſibi poſtulet, quàm declamatorem qui ab adverſario nihil ſibi velit objici, niſi quod ipſius cauſæ ſerviat. *Wolfius.* At nihil nobis cum Rhetoribus, ſed cum Dialecticis. Vide ſupra quæ ex Philopono citavimus.

l. 13. Ἐσὶ χρόνῳ τάχα.] *Eſt fortaſſe tempus.* Lego ἔσται, *erit.* Sententia eſt: Hiſtriones fortaſſis aliquando non arte ſua, ſed ornatu erunt freti. Sic philoſophi barbâ & pallio, non vitâ & moribus; ſicut pſeu-

domonachi cucullo, non pietate & vitæ ſanctitate. *Wolfius.* ἔσαι noſter codex, non ᾖ.

p. 159. l. 4. Ἐν εἰδώλῳ αὐτὸν προσαγάγῃ.] *In ſimulacro vel umbrâ eum adduxerit.* Non aſſequor quid ſibi velit, niſi forte umbræ mortuorum, ut Polydori in Hecuba Euripidis, nudæ in ſcenam aut involutæ faſciis prodierint, ſine ornatu tragico. *Wolfius.* F. ἐν φαινόλῃ ut inf. [p. 642. l. 2.] *Com. Shaftesb.* Placet mihi Wolfii interpretatio; ſic enim Πολυδώρου Εἴδωλον apud Euripidem in Hecuba προλογίζει. Lego autem προσαγάγῃ cum Salmaſio pro προσαγ. ſic mox προσαχθῆναι. & προέλθε, *prodi, egredere,* tanquam tragœdiæ perſonæ, ſcribendum cum Meibomio, pro προσελθε.

l. 8. Θὲς τὴ πλάγιαυσημον.] Vide ſupra p. 123.

l. 11. Ἀναβαίνεις.] Scilicet ἐπὶ τὸ βῆμα. Aſcendis ad tribunal, dicendi teſtimonii cauſa. Crebrum eſt apud Demoſthenem & alios oratores, χὴ τούτων ἀνάβηθί μοι μάρτυρες. *Wolfius.*

l. 17. Κύειε.] De Deo dictum, more Chriſtianorum.

p. 160. l. 5. Προσαγαγεῖν.] Lego προσαγαγεῖν εἰς μαρτυρίαν. *Wolfius.* Recte. ſic ſupra προσαχθῆναι, & προσαγάγῃ.

l. 10. Περὶ συνημμένου τινός.] *De connexo,* ſeu *copulato aliquo:* hoc eſt, de propoſitione hypothetica. *Wolfius.* Vide Indicem in v.

l. 11. Εἰ ἡ ἡμέρα εἶναι, φῶς εἶναι.] Lege cum noſtro codice εἰ ἡ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστί. uti mox οἶδε τί ἐστι, non εἶναι. Verſ. ult. ſequor noſtrum codicem, non editos, qui μεμάθηκεν πῶ, παρὰ τίνι; exhibent.

p. 161. l. 2. Περὶ τῆς γύτυς εἶναι ὑπάτην.] *De infima voce eſſe ſumma.* conſtructio Græca infinitivi: ut apud Sophoclem, λαβεῖν ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν παρὰ θεῶν διὰ τὸ δίκαιος εἶναι. Neten & hypaten, quia vocabula ſunt artis, mutare nolui. *Wolfius.*

l. 4. Ὁ δὴ ταῖς ἀληθείαις πεπαιδευμένος.] Confer M. Ant. V, 32. & VI, 35.

l. 7. Ὦ πολλῆς ἀδικίας τῶν πεπαιδευμένων.] *O quanta ſit eruditis injuria.* ἀδικία paſſive accipiatur, pro ὦ ὡς σφόδρα ἀδικῶνται οἱ πεπαιδευμένοι. *Wolfius.*

l. 9. Τὰ λογάρια τὰ περὶ τέλων.] *Sermunculos de his,* ſcilicet perverſis judiciis. Mercenarii, inquit, philoſophi iſta curant, veri philoſophi negligunt. *Wolfius.*

l. 10. Ἀλαλαιπώγεις ἀνθρωπαρίοις.] Recte ἀταλαιπώγεις, non ταλαιπώγεις. Vide ad p. 297. l. 5.

l. 15. Ἀλλά γέ μοι τὰ βιβλία τῶν Στωικῶν λογαρίων.] *Nam Stoicarum diſputationum libri mihi ſuppetunt.* Hanc ſententiam eſſe puto. Neque legendum, ἀλλ' ἄγε μοι, *Imo affer mihi libros. Wolfius.*

Ibid. Ἀλλά γέ μοι.] Sic Edit. Baſ. Sed unde illud γέμει in textu Wolfii? Sic etiam in Edit. Genev. γέμει, non γέ μοι. *Libri mihi ſunt,* (i. e. Libri meâ manu ſcripti) *referti Stoicarum ratiuncularum.* Sic inf. L. II. c. 1. in fine. Ἰδὲ πῶς διαλόγυς συνίθημι. & paulo ante, ἀλλ' οὐκ ἀνέγνων σοι; &c. *Com. Shaftesburienſis.*

Ibid. Ἀλλά γέμει.] Ita Edit. Salmant. & noſter codex. Ven. Edit. & Baſ. γέ μοι.

p. 162. l. 4. Τῷ σχολάζοντι.] Id eſt σχολαστικῷ, τῷ φιλοσοφοῦντι. Non hic hominem otioſum intelligo, ſed ſtudioſum: hoc eſt diſcendi labore occupatum. *Wolfius.*

Ibid. Ταῦτα οὖν τίνος δεῖ θεωρεῖν; τῷ σχολάζοντι.] Ταῦτα, ſcil. τὰ λογικὰ, quæ & convenientia & neceſſaria ſuo loco, ſed quæ hîc

λογάρια

λογάεια vocat, quia non nisi σχολάζων ista tractare debet; supra [p. 142. l. 4.] & infra [p. 248. l. 1.] *Com. Shaftesburiensis.* Τῷ σχολάζοντι, *otioso:* sic enim Latini, de literatis & iis qui in otio student. Ipse Virg. Georg. IV. in fine,

——*Studiis florentem ignobilis oti.*

l. 7. Ἀλλ' ἀπειρικάτως.] Forsan Ναὶ· ἀλλ' ἀ. δῶ καθῆζ.

l. 8. Νῦν ὃ κιθαρῳδῶ.] Hæc verba, νῦν ὃ κιθαρῳδῶ, addidi, fidem secutus nostri codicis.

l. 12. Θεωρεῖν τὰ ἔργα.] Vide ad p. 246. l. 11.

l. 13. Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ κύκλῳ ἔοικε.] Confer p. 181. l. 3. p. 433. l. 15. Ench. p. 694. l. 14. p. 163. l. 1. Βραχέων καὶ ἀσφαλῶν.] Allusisse arbitror ad ea quæ de Pericle dicta olim.

Ἥρπαζ', ἐφόρησα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Vide Aristoph. Acarn. vers. 529. & Plutarchum in Pericle: unde ei cognomen Olympii.

l. 4. Ἀνοχὴν ἀπὸ τούτων ἔχω.] Vide p. 544. l. 7.

l. 11. Τοῖς ἰδιώταις συμπεισφέρειν.] Vide ad p. 416. l. 13. τὰ δὲ κατὰ συμπεριφοράν.

l. 14. Τῷ ἐπὶ τῆς φυλακῆς.] *Custodi carceris.* Vide Critonem, & Phædonem Platonis. *Wolfius.* A Platone vocatur, ὁ τῶν Ἑνδεκα ὑπηρέτης. in Phædone s. 48.

l. 15. Ὡς γενναίως ἡμᾶς ἀποδακρύει;] Verba Socratis apud Phædonem Platonis hæc sunt: καὶ ἅμα πρὸς ἡμᾶς, Ὡς ἀστεῖος, ἔφη, ὁ ἀνθρωπος; καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον προσέπεσε, καὶ διελέγετο ἐνίοτε, καὶ ἦν ἀνδρῶν λῷστος· καὶ νῦν ὡς γενναίως με ἀποδακρύει;

l. 17. Διατῦτο τὰς γυναῖκας ἀπελύσαμεν;] Verba sunt, Ἐγὼ μέντοι οὐκ ἤκουσα τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα, ἵνα μὴ τοιαῦτα πλημμελοῖεν. & in initio, Ὦ Κρίτων, ἔφη, ἀπαγέτω τις τοῦτον [Ξανθίππην] οἴκαδε.

p. 164. l. 1. Ἀλλὰ τοῖς γνωρίμοις.] *Non, sed familiaribus.* Sæpe omittitur ναὶ & οὐκ ante ἀλλὰ, in hisce libris. hoc modo: Ναὶ· ἀλλὰ, &c. Οὐ· ἀλλὰ, &c.

CAP. XXX.

PAg. 164. l. 13. Λέγε καὶ τὰ ἑξῆς.] *Dic etiam ea quæ restant,* vel quæ cum his cohærent. Jubet declarari τὰ ἀδιάφορα. Quæ sunt ἀδιάφορα; τὰ ἀπεγαίρεται, inquit. *Wolfius.*

Ibid. Λέγε οὖν, τίνα ἐστὶν ἀδιάφορα; λέγε καὶ τὰ ἑξῆς. τὰ ἀπεγαίρεται, οὐδὲν πρὸς ἐμὲ, λέγε.] *Dic igitur quæ sunt indifferentia? Dic & ea quæ sequuntur. Quæ nostri arbitrii non sunt, nihil ad me attinent, inque.* Mala interpunctio. legendum, λέγε οὖν τίνα ἐστὶν; ἀδιάφορα. λέγε καὶ τὰ ἑξῆς, ἀπεγαίρεται, οὐδὲν πρὸς ἐμέ. λέγε καὶ τὰ ἀγαθὰ, &c. Sed aliter Wolf. in notis. *Com. Shaftesb.* Noster codex post ἀδιάφορα habet τὰ ἀπεγαίρεται: in cæteris viri nobilis emendationi & interpunctioni astipulatur.

p. 165. l. 2. Τὸ σοὶ ἀκολυθεῖν.] Vide p. 112. l. 4.

l. 3. Ταῦτα καὶ νῦν λέγεις;] *Istane etiam nunc dicis? τ'αυτὰ καὶ νῦν λέγω. eadem etiam nunc dico.* Sic distinguendus est hic locus. & fortassis initio quoque legendum τ'αυτὰ. *Wolfius.*

l. 4. Ἄπιθι λοιπὸν ἔσω.] *Jam introito,* scilicet πρὸς τὸν ὑπερέχοντα. fidenter adito principem. *Wolfius.*

l. 5. Τί ἐστὶ νέος;] *Quid sit adolescens?* id est, quantum excellat inter cæteros. *Wolfius.*

l. 7. Ὅτι πείσῃ τὸ τοιοῦτον.] *Te passurum esse tale:* id est, *Tale aliquid in mentem tibi venturum.* à πάσχω, non à πείθω. *Wolfius.* Recte omnino: scribe itaque, Ἐγὼ μὲν, νὴ τοὺς θεούς, φαντάζομαι ὅτι πείσῃ τι τοιοῦτον, Τί ὄτω, &c. *Equidem, per deos, videre mihi videor te tale aliquid passurum,* [i. e. tale aliquid tibi in mentem venturum] *Quid tantopere,* &c.

l. 9. Πρὸς τὸ μηδέν;] *Ad nihil?* vel, ad rem nullius momenti: vel, citra necessitatem, & sine fructu. *Wolfius.*

l. 10. Οἱ ἐπὶ τῆς μαχαίρας.] *Qui gladio præsunt.* Non satis statuere possum, num gladiatores, an præfectum prætorio, an satellites, an armigeros, an vero spiculatores, aut aliud aulicum munus significet. *Wolfius.* Hi sunt Μαχαιροφόροι. *Milites stationarii machæris, seu longioribus gladiis armati.* Vide Glossar. Med. Græc.

NOTÆ IN EPICTETI DISSERTATIONES.

Lib. II. Cap. I.

Pag. 166. l. 5. Ὅτι ἡ μάχαιρα τὸ θαρρεῖν τῇ εὐλαβείᾳ.] Diog. Laert. in vitâ Zenonis VII, 116. Εἶναι δὲ καὶ εὐπαθείας φασὶ τρεῖς, χαράν, εὐλάβειαν, βούλησιν. καὶ τὴν μὲν χαρὰν εὐπαθείαν εἶναι τῇ ἡδονῇ, ὅσαν εὔλογον ἔπαρσιν· τὴν δὲ εὐλάβειαν τῷ φόβῳ, ὅσαν εὔλογον ἔκκλισιν· φοβηθήσεσθαι μὲν γὰρ τὸν σοφὸν οὐδαμῶς, εὐλαβήσεσθαι δέ. & mox, ὑπὸ δὲ τὴν εὐλάβειαν, αἰδῶ, ἁγνείαν. *Cautioni subjungi aiunt, verecundiam, castitatem.* Plutarchus de Contrad. Stoic. p. 1038. A. καὶ ἡ εὐλάβεια τοίνυν λόγου ἐστὶν ἀπαγορευτικὸς τῷ σοφῷ. τὸ γὰρ εὐλαβεῖσθαι, σοφῶν ἴδιον ἐστὶ φαύλων ἐστί. Cicero Tusc. Disp. IV, 6. *Quoniamque ut bona naturâ adpetimus, sic à malis naturâ declinamus; quæ declinatio, si cum ratione fiet,* Cautio *adpelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente: quæ autem sine ratione, & cum exanimatione humili atque fractâ, nominetur* Metus: *est igitur metus ratione aversa cautio.* Seneca Epist. 85. *Non timebit illa, sed vitabit.* Cautio *illum decet:* Timor *non decet.* Vide autem infra Cap. V. Πῶς συνυπάρχει μεγαλοφροσύνη καὶ ἐπιμέλεια.

l. 10. Ἐναντίως γάρ πως δοκεῖ.] Lego πως ἔχειν δοκεῖ. *Wolfius.* At noster codex, quem sequor, ἐναντίον exhibet.

p. 167. l. 5. Οὐσία τῆς ἀγαθῆς.] Vide supra p. 112. l. 5. & p. 150. l. 6.

l. 10. Ὅπου δὲ τὰ περαιρετικά.] Περαιρετικὸς τῶν δικαίων apud Aristotelem, qui justitiam amplectitur. nam verbalia in ικὸς active significant: in τὸς passive. Puto igitur legendum ὅπου δὲ τὰ περαιρετά. & infra, ἐν τοῖς περαιρετοῖς, & ἐν τοῖς ἀπροαιρετοῖς: nisi forte sit enallage. Sed toties in hoc opere περαιρετικὰ pro περαιρετὰ scribitur, ut recentiores

res discrimen hoc neglexisse suspicer: sicut τὰ περαλικὰ τῆς ἐν Φερρείᾳ συμφοᾶς καὶ φλορεντία, pro τὰ περαγμένα inscribuntur. *Wolfius.*

l. 14. Οὕτω μὴν ἅμα.] Ita noster codex: alii ἅτως ἅμα.

p. 168. l. 4. Φεύγουσαι αἱ ἔλαφοι τὰ πτερά.] Ita optime noster codex, & MS. Par. cæteri dant τὰ πτηνά. Alluſit autem ad morem istum cervos in venatione terrendi vario plumarum discolorum nexu: *Lineam* dixerunt, seu, à re, *formidinem*; describit Nemesianus:

Linea *quinetiam magnos circumdare saltus*
Quæ possit, volucresque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas:
Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces
Terrificant, linique vetant transcendere septum.

Ovid. de remed. amor. L. I.

Aut pavidos terre variâ formidine *cervos.*

Virgil. Georg. III, 371.

Puniceæve agitant pavidos formidine *pinnæ.*

Vide & Æn. XII, 749. Ovid. Met. XV, 475. Lucan. IV, 437. Senec. Hippol. v. 46. Hanc lineam, seu formidinem appellat Oppianus μήρινθον δειμαλέην, *lineam formidolosam: &* δεῖμα πολύχροον, *multicolorem formidinem.*

l. 14. Ἐν τοῖς ἀπερυθριάσιν.] Noster codex ἀπεραιρέσοις. sed vide supra Wolfii notam.

p. 169. l. 5. Ὅπου περαίρεσις.] Sic noster codex & MS. Par. alii codices περαίρεσιν.

l. 14. Οὐ καλὸν θανεῖν.] Euripidis versus. Vide Barnesii Eurip. p. 114. inter fragmenta.

p. 170. l. 1. Ἔδει γὰρ περὶ μὲν τοῦ θανάτου τὴν φυγήν.] Lego ἢ τὴν φυγήν, *Non fuga est morti opponenda.* Si quis legere maluerit περὶ τὸν θάνατον καὶ τὴν φυγήν, *adversus mortem & exilium:* erit ἀναπόδοτον. Quare περὶς τὸ περὶ αὐτῆ δόγμα, pro ἀλλὰ περὶς τὸ accipio. *Wolfius.* Magna erat lacuna in omnibus codicibus, quam ex nostro codice supplevi. Vide ad p. 98 l. 17. Haud mirum itaque hæsisse interpretes. Cæterum haud absimile dictum Diogenis memoratur apud Laertium VI, 38. *Qui aiebat se objicere fortunæ quidem confidentiam, naturam legi, perturbationi rationem.* ἔφασκε δ' ἀντιτιθέναι τύχῃ μὲν θάρσος, νόμῳ δὲ φύσιν, πάθει δὲ λόγον.

l. 6. Τὸ ἀδιαφορητικόν.] Fortasse τὸ ἀδιάφορον. Si lectio mendosa non est, significat hæc vox dogma quo mors statuitur non malum, sed indifferens quiddam esse. Verbum ἀντιτιθέναι, aut ἀντιτάξαι, à librario videtur omissum. *Wolfius.*

l. 7. Μορμολύκεια ἐκάλει.] In Phædone. τὸν θάνατον φοβεῖσθε, ὥσπερ οἱ παῖδες μορμολύκεια. & in Critone p. 46. Edit. Steph. ἢ δ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἢ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται, δεσμοὺς καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα, καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις. Huc respexit M. Ant. XI, 23. Cæterum confer p. 471. lin ult. Quodque interea notandum est, tyrones in philosophiâ & hìc & alibi *pueros* vocat, apta translatione. Sic Marcus II, 12. φύσεως ἔργον ἐὰ τις φοβῆται, παιδίον ἐστί. Audiamus Lucretium II, 54.

Nam veluti Pueri *trepidant, atque omnia cæcis*
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm

Quæ

Quæ pueri in tenebris pavitant, finguntque futura.

Notatur à philoſophis admirationem præcipue ineſſe puerorum & juvenum animis; quod ideo monui ut locum in Cebetis tabula emaculem; qui ita ſeſe habet: καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον. νεώτερος γὰρ ὢν, πολλὰ καὶ παιδαῖα διελέγετο. at ope codicis MS. ſcribo καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον νεώτερος ὤν· πολλὰ γὰρ καὶ παιδαῖα διελέγετο. *Et eum utique admiratus ſum* [vel, audivi eum cum admiratione, namque οἱ θαυμαζόμενοι ſunt diſcipuli] *longo tempore cùm junior eſſem: nam plurima eaque eximia differebat.* Egregia ſane reſtitutio: male ſe habent tamen editi codices, quos videre contigit. præterea conſule Ariſtot. Eth. L. I. c. 3. in fine.

l. 10. Δι' ὃδὲν ἄλλο ἢ ὥσπερ καὶ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας.] Conſtructio duriuſcula eſt, ſed plana ſententia. Non aliâ de causâ, inquit, res exhorreſcimus, quàm pueri larvas. Hoc eſt, imperitia nos timidos facit. τὸ μορμολύκειον genere neutro uſitatius eſt. *Wolfius.* Πρὸς τὰς μορμολυκείας, ita codices, quos conſului: non πρὸς τὰ μορμολύκεια, uti lexica habent.

l. 14. Στρέψας αὐτὸ καλάμαθες.] Lego καλάμαθε: *Inverte, ut ita eſſe cognoſcas.* Wolfius. Recte. ſic Edit. Salmant. Vide infra p. 171. l. 5.

l. 16. Ὡς πρότερον ἐκεχώρισο.] *Ut prius ſeparatus fuerat.* Sentit animos eſſe ante corpora, & in ea dimitti, ex univerſa mente divina delibatos, ut ait Cicero. *Wolfius.*

p. 171. l. 2. Ἵνα ἡ περιοδος ἀνύσῃ τὸν κόσμον.] Confer p. 486. l. 13. p. 556. l. 5. Hoc autem ſecundum Heracliti dogma; apud Laert. IX, 8. ἕνα εἶναι κόσμον γενναῖς τ' αὐτὸν ὑπ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυρῶσις καθὰ τίνας ΠΕΡΙΟΔΟΥΣ ἐναλλαξ ἀ σύμπαντα αἰῶνα. Inde Zeno apud eundem Laert. VII, 137. de deo, καθὰ κρόνων ποιὰς περιόδους ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν. M. Anton. XI, 1. Τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν Ὅλων ἐμπεριλαμβάνει. *Univerſi per intervalla certa renovationem* mens *comprehendit.* In hanc rem L. V, 13. & ſæpius alibi. Cicero in ſomn. Scip. *Propter eluviones exuſtionesque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt.* Ad hanc παλιγγενεσίαν alluſit Virg. Ecl. IV, 5.

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.

l. 5. Τραχέως κινεῖται τὸ σαρκίδιον, εἶτα πάλιν λείως.] Elegans periphraſis de voluptate & dolore: uſitata à M. Anton. V, 26. Τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυβερνῶν τῆς ψυχῆς σου μέρος, ἄτρεπτον ἔχω, ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως. *Quæ principatum ac dominium obtinet pars animæ tuæ, immota maneat, ad levem vel aſperum carnis tuæ motum.* Sic L. IV, 3. Λείως ἢ τραχέως κινεμένῳ, *leniter ſive aſpere moto.* id eſt, *à voluptate vel dolore.* uti rectè Gatakerus. & L. X, 8. Τὸ δὲ ὑπέρφρον, τὴν ὑπέρβασιν τοῦ φρονοῦντος μοίρᾳ ὑπὲρ λείαν ἢ τραχεῖαν κίνησιν τῆς σαρκός. *Magnanimi verò, ſubvectionem mentis ſupra omnem lenem aſperumve carnis affectum.* Eodem modo locutus eſt Cicero Tuſc. Diſp. II, 26. *Quicquid* aſperum, *alienumque à natura ſit.*

p. 171. l. 7. Ἡ θύρα ἤνοικται.] Vide ad p. 56. l. 2.

l. 8. Πρὸς πάντα γὰρ δεῖ ἠνοῖχθαι τὴν θύραν.] *Ad omnia oportet apertam eſſe,* vel patere, *januam.* Sacra (ut ſuperiore tomo diximus) philoſophorum anchora eſt, ſibi, rebus undique deſperatis, mortem conſciſcere. Unde

Unde apparet eos, quamvis aliud dixerint, ſenſiſſe, dolorem, vitam & mortem non eſſe ἀδιάφορα. Nam ſi dolor malum non eſt, & inter vitam & mortem nihil intereſt: quæ cauſa eſſe poſſit, cur vitæ mors præferatur, quantumvis janua pateat? Accidit igitur philoſopho idem, quod apud Maronem Turno:

——*Illi ſolvuntur frigore membra,*
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras. Wolfius.

Ibid. Πρὸς πάντα γὰρ δεῖ.] Noſter codex χρὴ, quam lectionem in contextum recepi. Mox κὴ πρᾶγμα οὐκ ἔχομεν. id eſt, *nec ullam moram experimur, quo minus janua aperiatur.*

l. 11. Πεπαιδευμβύοις.] Sic noſter codex: vide mox p. 172. l. 13. alii codices παιδευομβύοις.

l. 12. Οὐ γὰρ τοῖς πολλοῖς περὶ τούτων.] Ex iis quæ ſequuntur apparet, pro πολλοῖς legendum νόμοις, aut νομοθέταις: *non vulgo, ſed legibus*, aut legum latoribus. *Wolfius.* Τοῖς νόμοις, W. Sed nil mutandum. eſt familiaris hic loquendi modus: & ſequentia non impediunt: quippe in Democratia, ipſi οἱ πολλοὶ ſunt νομοθέται: & philoſophis ipſi reges, vulgus. *Com. Shaftesburienſis.* Τοῖς πολλοῖς, *pleriſque hominibus*; non quo ſenſu οἱ πολλοὶ opponuntur ſapientibus. Apud antiquos ut plurimum οἱ τῶν ἐλευθέρων παῖδες ſoli erudiebantur diſciplinis. Vide Xenoph. de Cyri inſtit.

l. 16. Οὕτω νῦν ἄλλο τί ἐσί.] Fortaſſe μῶν pro νῦν legendum, *num* pro *nunc*. Wolfius.

p. 172. l. 1. Ὡς βυλόμεθα διεξάγειν.] *Ut volumus degere.* διεξάγειν καὶ διεξαγωγὴ Stoicis omnem totius vitæ curſum ſignificat. Cicero libertatis eſſe proprium, ſic vivere ut velis, affirmat. *Wolfius.*

l. 2. Βύλεσθε ζῆν ἁμαρτάνοντες;] *Vultis vivere delinquentes?* Verecundior fuit illa ætas noſtro ſæculo. Nam complures invenias, qui rogati, an velint helluari, adulterare, ſcortari, ludere, otio torpeſcere, circumvenire ſimpliciores, imbecilliores opprimere: reſpondere non dubitent, ſe, ni ita faciant, vitam vitalem non judicaturos. Sentiunt enim, hæc aut peccata non eſſe; aut non tanta, ut propterea ſuis commodis non conſulant, & genio non indulgeant. Denique aliter vivi poſſe nonnulli negabunt, ſi verbo minus, at vitâ & moribus. Sed hæc fortaſſis ἀπροσδιόνυσα. Nam τὸ ἁμαρτάνειν etiam de fruſtratione intelligi poteſt. Tum verò nemo erit, qui ſe velle ἀπολυγχάνειν reſpondeat. *Wolfius.* Vide hujus libri Cap. ult. & L. IV. cap. 1. in initio.

l. 9. Τῇ αὐτῇ ὁδῷ.] *Eadem viâ*, id eſt, eâdem certâ ratione atque methodo. Vide ad p. 28. l. 8. & ad p. 90. l. 15.

l. 10. Πῶς οὖν ἔτι.] Πῶς οὖν ἔτε ὑμῖν πιςεύομεν, ὦ φίλαλοι νομοθέται, ὅτι οὐκ ἐπιτρέπομεν παιδεύεσθαι εἰ μὴ τοῖς πεπαιδευμβύοις. *Quomodo igitur vobis poſthac credemus, chariſſimi legumlatores*, dicentes, *Non ſinimus erudiri niſi ingenuos*, Ante hæc verba ὅτι οὐκ, frequens ellipſis τοῦ, λέγοντες. ἐλευθέροις

l. 14. Τοῦτ' ἔστιν ὃ Θεὸς οὐκ ἐπιτρέπει.] *Hoc eſt quod Deus non permittit.* Malim ὁ ſine accentu. Nos, hoc eſt, Deus non permittit. *Wolfius.*

l. 15. Ὅταν οὖν τρέψῃ τὶς ἐπὶ τραπηγοῦ τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον.] *Si quis verterit coram prætore ſervum ſuum.* Utrùm certus fuerit manumiſſionis ritus: an verò ſimpliciter ſignificat iſtere prætorio, adducere ad prætorem, & coram eo libertate donare: aliis diſceptandum relinquo, ſicut & illud quod libro IV. ſæpius occurrit,

παρ-

χαριτιὸν ἔχειν ἢ δίδυναι. Noſtrâ enim, nunc quidem, nihil intereſt, quibus ceremoniis ſervi liberati fuerint olim. Hoc nobis ſatis eſt, Epictetum negare, tam patronum quàm libertum, utut paruerint legibus, eſſe liberos, dum affectibus ſerviant. *Wolfius.*

Ibid. Ὅταν ἄν στρέψῃ.] Στρέφειν *vertere*, pro manumittere, feſtive, ut moris eſt. Sic Perſius Sat. V, 75.

——*Heu ſteriles veri, quibus una Quiritem*
Vertigo *facit.*

& mox,

Verterit *hunc dominus momento turbinis exit*
Marcus Dama.

Ritus erat, ut conſulibus in ſellâ ſedentibus ſervi manumittendi in medium prodirent; quorum ſervorum capite aut manu prehenſâ, domini hæc verba ex formulâ dicebant, *Hunc hominem liberum eſſe volo.* deinde circumagebant: quod dicitur à Perſio *vertigo*, Græcis περιδίνησις & περιστροφή. Seneca Ep. VIII. *Philoſophiæ ſervias oportet, ut tibi contingat vera libertas. non differtur in diem, qui ſe illi ſubjecit & tradidit. ſtatim* circumagitur. *hoc enim ipſum philoſophiæ ſervire, libertas eſt.*

p. 173. l. 2. Εἴκοσιν αὐτῷ δοῦναι.] *Viceſimam de eo dare*, ſive peculii, ſive pretii partem intelligo, quanti vel emptus fuerit, vel venire potuerit. Vectigal venditionis fuiſſe videtur vigeſima pretii pars, quæ magiſtratui penderetur. *Wolfius.*

Ibid. Εἴκοσιν αὐτῷ δοῦναι.] Vectigal ſolvebatur ex manumiſſione ſervorum: in auro plerumque ſolvi ſolebat, & ad ultimos caſus in ærario ſanctiori ſervabatur: inde dicebatur *Aurum viceſimarium.* Vide Liv. L. XXVII. c. 10. & L. VIII. c. 16. Cn. Manlius Conſul *legem novo exemplo, ad Sutrium, in caſtris, tributim, de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit.* Ejus Vectigalis meminit Cic. ad Att. L. II. Ep. 16. *Portoriis ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter viceſimam?* Et Tacitus Annal. XIII, 31. *Vectigal quoque quintæ & viceſimæ venalium mancipiorum remiſſum.* Huic colligendo vectigali præfecti fuerunt, *Viceſimarii* dicti. Arrianus infra L. IV. p. 536. Δοκεῖτε ὅτι τοῖς εἰκοσώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον; *putatis quòd pecuniam viceſimariis dare cupiat?* in quo loco εἰκοσῶναι ii appellantur qui aurum illud viceſimarium exigerent: niſi malis εἰκοσώταις legere cum Lipſio in excurſ. ad Tacit. Ann. XIII, 31. In vet. Gloſſ. Εἰκοσώτης, ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν. *Viceſimarius, qui viceſimas exigit.*

l. 4. Ὁ ἄλλως στρέφειν δυνάμενος.] *Tu qui alios vertere*, hoc eſt, coram prætore manumittere potes. στρέφειν pro στρέφειν perperam eſſe ſcriptum apparet. *Wolfius.* Cod. Salm. * τρέφειν in marg. * στρέφειν. Omnes alii codices quos videre contigit τρέφειν, male: ut Wolfius monuit. Mox l. 6. autoritate noſtri codicis è contextu ejecimus articulum τὸν, ὃ τὸν τ. & recte: nam ut κορέσιον, παιδάριον, ſine articulo leguntur, ſic quoque τύραννον legi debet.

l. 12. Ἀλλ' οὐκ ἀνέγνων σοί; οὐδ' ἔγνως τί ποιῶ;] *Nonne legi tibi? nonne cognoviſti quid agam?* Verba diſcipuli ſunt, ſuum ſcribendi ſtudium jactantis. *Wolfius.*

l. 13. Ἐν λεξιδίοις δεῖξον πῶς.] *In verbis, oſtende quomodo.* Reſpondet Epictetus, inane eſſe ſcribendi ſtudium, niſi animo ſis tranquillo. Sed pertinent hæc non ad diſcipulos artium dicendi, quorum laus eſt emendate loqui, ſubtiliter diſputare, ornate ſcribere: ſed ad doctrinæ

mores

mores atque officii auditores. *Wolfius.*

l. 16. Ἐκεῖνα ἢ τὰ περιόδια, ἂν νῦν ἔχῃς, ἄφες πᾶ, ἀπαλείφεις.] Πᾶ legendum cum gravi, *Auſer aliquo, & deleto.* Τὰ περιόδια, utrum orationem periodicam, an verò ſcripta trivialia (ut vulgo dicunt) & pervulgata, & jam ab aliis pertractata, vocet, ut ſit idem fere quod τὰ ἐγκύκλια, affirmare non poſſum. *Wolfius.*

p. 174. l. 1. Τί οὖν; Σωκράτης οὐκ ἔγραφε;] *Quid ergo? Socrates non ſcripſit?* Diſcipulus ſuum ſcribendi ſtudium exemplo Socratis defendit. *Wolfius.*

l. 1. Καὶ τίς τοσαῦτα; ἀλλὰ πῶς;] Epictetus etiam Socratem permulta ſcripſiſſe concedit, verùm non ad oſtentationem, ſed corrigendi ſui causâ. An pro Socrate aliud nomen ponendum ſit, haud ſatis ſcio. Nam Laertius ſcriptorum Socratis non meminit, ſi ego recte memini: niſi quòd Euripidi poetæ navaſſe operam creditus fuerit: imò in procœmio ſui operis Socratem inter eos recenſet, qui nihil à ſe ſcriptum reliquerunt. *Wolfius.* Scripſit Socrates, ſed non ἐπιδεικτικῶς, uti ſophiſtæ: neque unquam authoris titulo inſignitus eſt.

l. 5. Καὶ ἀεὶ μίαν γέ τινα πρόληψιν ἐγύμναζε χρησικῶς ἣν λέγω, ἄλλοις ἀφίησι.] Obſcurus & ſuſpectus locus, quem me non intelligere fateor, niſi poſt χρησικῶς comma ponatur, & λέγων participium pro verbo λέγω, ut ſit ſententia: Socratem ſcripſiſſe ea, quibus in congreſſibus alios erudiret, alios argueret: ſicut Demoſthenes ea domi ſcribere ſolitus fuit, quæ pro concione dicturus eſſet. Γυμνάζειν χρησικῶς, &, ut Simplicius loquitur, ζωϊκῶς, eſt tractare διὰ τὴν χρείαν vel χρῆσιν, ἵνα χρῶτο, ut ea uteretur, ἢ διὰ ζωὴν, ut ita viveret, ἣν λέγων ἀφίησιν ἄλλοις, quam dicendo velut telum aut amentatam haſtam in alios vibraret ac contorqueret. Pro ἀφίησι fortaſſe legendum ἀφίῃ, vel ἀφῇ. *Wolfius.*

l. 6. Ταῦτα γράφει φιλόσοφος. λεξείδια ἢ ᾗ ἡ ὁδός.] Hæc omnia fide noſtri codicis ſupplevi: ut & mox articulum τῶν, μηδὲν τῶν ἐξῆς. Verumenimvero duriuſcula eſt ſtructura & ἀνακόλουθος: λεξείδια ἢ ᾗ ἡ ὁδὸς, niſi legas λεξείδια ἢ ᾗ ἡ ὁδόν: Vide ad p. 44. l. 6. Interea ΜΑΚΑΡΙΟΙΣ nota: nam Μακάριοι Sophiſtæ dicebantur; imo vero Θαυμάσιοι, Θεῖοι, Δαιμόνιοι: aliiſque id genus appellationibus ornati erant. Nunc videamus locum. ταῦτα γράφει φιλόσοφος. hæc explicant ea quæ ſupra de Socrate & ſcriptis ejus dixit. *Semper unam ſaltem notionem ſic tractabat,* [Socrates,] *ut eam ad uſum accommodaret. quod verò ad ſermunculos iſtos, & Methodum, quam dico, attinet, aliis relinquit, iis nempe qui nihil ſentiunt, aut beatis iſtis,* [viz. Sophiſtis,] *qui otium agunt propter vitam imperturbatam, aut iis qui propter ſtultitiam nullam habent rationem eorum quæ ſequuntur.*

l. 12. Ἐμπερπερεύσῃ.] Sic noſter codex. perperam alii ἐμπορεύσῃ. M. Ant. V, 5. περπερεύεσθαι. ubi conſule Gatak. & enarratores ad Paul. Apoſt. 1. Ep. ad Corinth. XIII, 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται.

l. 12. Ἴδε πῶς διαλόγους σωτίθημι;] Quod fecerunt ad imitationem Socraticorum. De ſe memorat Marcus Ant. I, 6. τὸ γράψαι διαλόγους. Quod ſcriptionis genus paulo poſt plurima habere φανταστόπλαστα, & ad oſtentationem comparata, innuit.

p. 175. l. 8. Σὺ ἀποθνήσκειν.] *Tu mortem meditare.* Nam ut ait Cicero ex Platone, *Tota philoſophorum*

vita commentatio mortis eſt. Vide ad p. 576. l. 8.

l. 10. Πέρλα ταῦτα θαρρῶν.] Scilicet ἔργα ἐστί. *Omnia hæc ſunt animi imperterriti ſigna.* Legendum aut περιθύτῳ: aut ſi περιθότως adverbium recte ſe habet, eodem modo etiam θαρρύνλως adverbialiter legendum, ut ſubaudiatur μελέτησον, aut ποιῶν· *hæc omnia faciendo ſunt fidenter, & ut eo ſis fretus, qui,* &c. Intelligit autem Deum, à quo tanquam à lanifica exerceantur homines rebus aſperis, ad edendum virtutis ſpecimen. Sicut dicunt πέπαιδα τῷ παιδαγωγῷ, ita etiam περιθότως τῷ παιδαγωγῷ, ſicut Cicero, *congruenter naturæ vivere.* Paulo poſt lege καλλαχθεὶς ἐπιδείξεις. Nam καλλάγειν hîc locum habere non videtur. *Wolfius.*

l. 10. Θαρρύνλως.] Hæc noſtri codicis eſt lectio, item Edit. Salmant. alii libri habent θαρρῶν. mox quoque ex noſtro codice καλλαχθεὶς, pro καλαχθεὶς repoſui.

l. 13. Λογικὸν ἡγεμονικόν.] Lego ſine diſtinctione, *mens* cujus eſt principatus, quæ cum in homine locum tenet, quem in exercitu Imperator. Res verò adverſæ hoſtibus conferuntur. *Wolfius.*

Ibid. Περὶς τὰς ἀπροαιρέτους ὑλάμεις.] Facultates ſeu vires non voluntarias appellat ea quæ noſtri arbitrii non ſunt: ut exilium, mors, labor, dolor, ignominia, &c. *Wolfius.*

Errores Typographi ſic tolle: p. 168. l. 5. περὶς τίνα p. 170. l. 15. καλάμαδε p. 172. l. 15. ſεατυγῶ p. 173. l. 3. ταῦν p. 174. l. 12. συνſίθμαι.

CAP. II.

PAg. 176. l. 11. Τίνα ἔτι ἐπιτρέψῃ; *Quem poſthac curabis?* Sic paulo poſt, p. 177. l. 6.

p. 177. l. 2. Ἀλλὰ τί; πείſει μέν σοι τινὰ, ἃ δοκεῖ φοβερὰ εἶναι.] *Quid verò? Faciet ille quidem tibi quædam, quæ videntur eſſe formidabilia.* Niſi ſequeretur, πῶς δύναται ποιῆσαι; legendum ſuſpicarer πείſει, *imperabit.* Wolfius.

l. 3. Ἵνα ὃ ἐκλίπῃν αὐτὰ πάθῃς.] Reſpondet πάθῃς, verbo ſuperiori, πείſει. *Ut autem ea patiaris, in tuâ averſatione.*

l. 6. Τοῦτό σοι πεφύμιον.] Meric. Caſaub. pag. 39. l. 1. ad M. Ant. L. X. ſ. 38. ἐκεῖνο ῥητορεία. " *Id vult Antoninus,* τὴν προαιρετικὴν δύναμιν, ſeu quod eodem redit, dogmata & opiniones cujuſque, à quibus pendet ἡ προαίρεσις, ῥητορείαν recte poſſe nuncupari, ut quæ plus poſſint ad impellendos in hanc vel illam partem animos, quàm ῥητορεία quævis: cujus alioqui virtuti quantum paſſim tribuant ſcriptores antiqui, ex multis eorum querelis notum eſt. Rem fuſe docet Arrianus in Epictetum L. II. c. 23. Περὶ τῆς τοῦ λέγειν δυνάμεως. *Quantum tribuendum ſit eloquentiæ.* Vide & ejuſdem libri cap. 2. Περὶ ἀταξίας: ubi notanda verba quæ fortaſſe cogitabat (perpetuus Arriani imitator) Antoninus, cum hæc ſcriberet, Τοῦτό σοι πρόοιμιον, τοῦτο δήγησις, τοῦτο πίſις, τοῦτο νίκη, τοῦτο ἐπίλογος, τοῦτο εὐδοκίμησις. *Hoc tibi exordium eſt, hæc narratio, hæc confirmatio, hæc victoria, hæc peroratio, hæc gloriatio* Huc facit & Senecæ de verâ fortitudine locus, Ep. 85. *Non eſt enim fortitudo inconſulta temeritas, nec periculorum amor, nec formida-*

" *midabilium appetitio. Scientia eſt* " *diſtinguendi, quid ſit malum, &* " *quid non ſit; diligentiſſima in tu-* " *tela ſui fortitudo eſt, & eadem pa-* " *tientiſſima eorum, quibus falſa ſpe-* " *cies malorum eſt.*

l. 10. Οὐ δοκῶ ἔγωγε.] In Apolog. Xenophontis. Ἐκεῖνο δὲ ἔφη, [Ἑρμογένης] ὁρῶν αὐτὸν πεισθησόμενον μᾶλλον διαλεγόμενον, ἢ πρὸς τὰς δίκας, εἰπεῖν· Οὐκ ἐχρῆν μέντοι σκοπεῖν, ὦ Ἑρμόγενες, ἢ δέ, τι ἂν λογισαίμην; Τὸν δὲ τοιοῦτον ἀποκείνασθαι, Οὐ δοκῶ σοι ἂν λογισάμενος μελέτων διατετριφέναι; ἔπειτα δ' αὐτὸν ἐρέσθαι, πῶς; Ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι πρώην, ἅπερ νομίζω μελέτην εἶναι καλλίστην ἀπολογίας. confer & ἀπομν. L. IV. cap. ult. ſ. 4.

l. 13. Οὐδὲν οὐδέποτ' ἄδικον.] Ita MS. Par. Vulgo, οὐδὲν ποτ' ἄδικον.

p. 178. l. 2. Γονάτων ἅψαι.] Supplicantium more.

l. 3. Καὶ οἰμῶξαι.] Fortaſſe, εἰ οἰμῶξαι. *Wolfius.* Huic lectioni favet noſter codex.

l. 6. Ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας, ἢ ταῦτα ἢ ἐκεῖνα.] Nam ut ait Horatius S. II. 7. 18.

——— *Quanto conſtantior idem*
In vitiis, tanto levius miſer, ac prior ille
Qui jam contento, jam laxo fune laborat.

Ita quoque Epictetus L. IV. c. 2. εἰ δὲ μὴ ἀρίστοις ταῦτα, ὅλος ὀπίκλινον ὀπὶ ταραχῆς, &c. Confer Com. Shaft. Vol. I. p. 131. ubi hac de re philoſophice diſſerit.

l. 10. ἀπαγόρευσον.] Angl. cry off, or yield.

l. 12. Δίκης.] Confer p. 187. l. 1. p. 198. l. 14. p. 286. l. 11. Vide etiam M. Ant. III, 11. VII, 29. XII, 10.

l. 13. Πῦ φύσις κακῶν καὶ ἀγαθῶν; ἢ καὶ ἀλήθεια, ὅπου ἀλήθεια, καὶ ἡ φύσις, ἐκεῖ τὸ εὐλαβές. ὅπου ἀλήθεια, ἐκεῖ τὸ δαρδαλέον, ὅπου ἡ φύσις.] Poſtrema verba ὅπου ἡ φύσις, aut redundare videntur, aut tranſpoſita eſſe, aut aliquid omiſſum. Fortaſſe legendum ut ſuprà etiam, ὅπου ἀλήθεια καὶ ἡ φύσις, ἐκεῖ καὶ τὸ δαρδαλέον. Hanc lectionem in convertendo ſecutus ſum. Naturam autem & veritatem intellige, de vero judicio, & rectâ voluntate hominis. τὸ εὐλαβὲς intellige, cavendum ne perperam judices aut appetas. τὸ δαρδαλέον, ſi recte ſentias & appetas, confidendum eſſe, neque mali quicquam timendum. *Wolfius.*

Ibid. Πῦ φύσις κακῶν.] Mihi hæc verba delenda videntur, ὅπου ἡ ἀλήθεια — ὅπου ἡ φύσις: ſolent enim oſcitantes librarii eadem repetere. Hoc modo itaque forſan legendum: Πῦ φύσις κακῶν καὶ ἀγαθῶν; Οὗ καὶ ἀλήθεια. Πῦ ἀλήθεια; Οὗ καὶ φύσις· ἐκεῖ τὸ εὐλαβὲς, ἐκεῖ τὸ δαρδαλέον. Vide p. 234. l. 6.

p. 179. l. 3. Εὐλαῦδα.] Nempe πρὸς τὸ τὰ ἐκτὸς τυρῆσαι.

l. 3. Αὕτη ἡ ὁδὸς εὐλαῦδα ἐ φέρει.] *Hanc viam non huc ferre*, ſcilicet ad conſervationem vitæ & fortunarum. *Wolfius.*

l. 4. Ἀλλ' ἄλλη.] *Sed aliò.* Lego adverbialiter: Non deducit ad conſervationem, ſed perniciem. Si ἄλλη nomen eſſe placet, ſententia nihilominus conſtabit, aliam eſſe viam, quâ vita & fortunæ conſerventur, ſupplicem geſtum, lacrymas, deprecatores, uxoris & liberûm productionem. Vide Apologiam Platonis. *Wolfius.*

l. 4. Τί οὖν ἐστίν; ὅτι οὐκ ἔχει λόγον καὶ παροιστρεῖ με.] *Quid ergo eſt? Quod abſurdum eſt, atque etiam irritat.* Socratis illa oratio de Anyto & Melito abſurda eſt, ſcilicet ſi vitam

conſervare velit: atque etiam irritat animos judicum, qui reum ſuperbum eſſe, & ſe contemni putant, aſſueti ſcilicet reorum lamentationibus & ſupplicationibus. τὸ λόγον ἔχειν, eſt idem quod εὔλογον εἶναι, καὶ μεγὰν οὐκ εἶναι. Si cui placet, ſic etiam diſtinguat licet: τί ἂν δέοιν ὅτι οὐκ ἔχει λόγον; καὶ περισπάζει. Ut ſententia ſit: Adeò iſta oratio reo vitæ cupido non convenit, ut etiam irritet judices. Locus ſubobſcurus eſt. Quare, conjecturis meis expoſitis, ἐπέχω καὶ διασκέπτομαι de iis etiam quæ ſequuntur. *Wolfius.*

Ibid. Τί οὖν ἐστιν, ὅτι.] *Quid ergo in cauſa eſt, quod eorum* (viz. accuſatorum) *nullam habeat rationem, ſed inſuper irritet?* Ἔχει autem eſt lectio noſtri codicis, & Edit. Salmant. cæteri libri dant ἔχοι. Mox lin. 10. ὑμεῖς τε μᾶλλον, & paulo poſt τίς χρεία; habes ex noſtro codice: alii exhibent ὑμεῖς τὸ μᾶλλον, & τί χρεία.

l. 10. Ὑμεῖς τὸ μᾶλλον.] Fortaſſis ut τὸ πλέον, redundante articulo, aut ὑμεῖς γὲ μᾶλλον. *Wolfius.*

l. 11. Οὕτω καλέσρεψε τὸ πραγμάτιον.] Τὸ καλασρέφειν & evertere & finire eſt. Poteſt igitur intelligi, eum ſic perorâſſe. Sed quia mentio fit Socratis, cujus magnanimo reſponſo ſic exarſerunt judices, ut capitis hominem innocentiſſimum condemnarent: eundem etiam Heracliti cauſæ exitum fuiſſe probabile eſt. *Wolfius.*

Ibid. Τί χρεία.] Lego τίς χρεία: *Quis uſus?* quorſum opus fait tali epilogo? Videtur reprehendere καχζηλίαν Heracliti ſui, qui judices ſine ulla cauſa irritârit. Socrati enim graviſſimæ cauſæ fuerunt, cur reſponderet judicibus, ſeſe meruiſſe, ut ampliſſimis honoribus & præmiis decoraretur. nam & interrogatus erat, & non innocentiam tantùm ſuam, ſed & merita in remp. profiteri neceſſe habebat, & ſic animi conſtantiam declarabat. *Wolfius.*

p. 180. l. 1. Εἰ δ' ὑπαχθῆναι.] Scilicet δέλεις τὸ δικαστήριον. ſi judici parere, teque judicio ſiſtere vis. *Wolfius.*

Ibid. Λόγου ἀρκεῖ καὶ πεῖσαι, τόγε παρ' αὐτόν.] Satis eſt orationem habere, & judici probare cauſam, quatenus id in oratione ſitum eſt. nam in epitaphio Demoſthenis ſcribitur, Eloquentiam non plus valere, quàm quantum auditores à ſe impetrari ſinant. *Wolfius.*

Ibid. Εἰ δ' ὑπαχθῆναι λόγος ἀρκεῖ.] F. αἰρῇ. Vide ſupra L. I. c. 29. & Gatak. in M. 2. l. 5. *Com. Shaſt.* Recte vir nobilis. Vide ad p. 155. l. 14. MS. Par. non ἀρκεῖ, ſed ἀρεῖ exhibet. lapſus proclivis pro αἱρεῖ, ſeu αἱρῇ. Idem error in Plat. de rep. lib. X. p. 604. Edit. Steph. ὁ λόγος ἐρεῖ, pro αἱρεῖ. Tota autem ſententia ſic legenda & interpretanda videtur: Εἰ δ' ὑπαχθῆναι λόγῳ αἱρῇ, καὶ πεῖσαι, τό γε παρ' αὐτὸν, τὰ κ. τ. λ. *Si verò judici parere & perſuadere* (*quantum in te eſt*) *ratio exegerit, ordine cætera facienda ſunt, quæ is locus* [intellige, Forum ſeu Prætorium] *poſtulat; modo conſerves quod proprie tuum eſt:* nempe conſtantiam, & perſonæ decorum.

l. 2. Τὰ ἑξῆς τοῦτῳ ποιητέον τηροῦντι μέντοι τὰ ἴδια.] *Ordine cætera facienda ſunt quæ is locus* (forum ſeu prætorium intellige) *poſtulat.* Sententia eſt opinor: Qui tam elato ſit animo, ut Heraclitus iſte fuerit, ei negligendum potius agellum fuiſſe, quàm in judicium veniendum. ſin agellum non negligat, ita cauſam agendam, ut locus, res & tempus poſtulet: conſervato tamen decoro, ne ſeſe nimis abjiciat. Hoc enim eſt puto τηρεῖν τὰ ἴδια, *conſervare ſua*, hoc eſt, τὸ πρέπον (nihil enim tam decet

decet quàm ſervare conſtantiam) καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, & ea quæ noſtri juris ſunt. Τὰ ἴδια τηρεῖν, pro rem ſuam familiarem tueri, uſurpare non eſt moris Epicteti, qui eam κληρίδιον appellare ſolet, aut κλῆσιν, aut χρώμαλα, aut (ut hìc) ἀγελδιον. *Wolfius.*

l. 4. Ὑπαθῦ μοί.] *Præcipe*, aut da mihi conſilium, mone quid facto eſt opus. Sententia eſt: Non tum demum petendum eſſe conſilium, cum in diſcrimen ventum ſit; ſed ita quemque inſtitutum & meditatum eſſe oportere, ut in quovis negotio in promptu habeat, quid ſe facere deceat: ſicut is qui ſcribendi artem teneat, quodvis propoſitum nomen ſcribere norit. *Wolfius.* Verte, *Eâ quoque ratione ridiculum eſt dicere, Propone mihi aliquid. quid tibi proponam?*

l. 7. Οἷον.] Inſerui οἷον, fide noſtri codicis. mox ὅταν pinge. paulo poſt habes παρασκευάσας, pro παρασκεύασαι, ex noſtro codice.

l. 9. Ὅλη Δίων.] Δίων uſurpari ἀλληγορικῶς & exempli gratiâ obſervabam ad p. 74. l. 1. Sic apud Laertium in Vitâ Zenonis VII, 65. Δίων ἀκροᾶται. ſic apud Sext. Empir. & Plutarchum.

l. 12. Ἔχεις καὶ παρασκεύασαι.] *Potes parare te.* Malim ἔχεις, ſcilicet τὴν τέχνην, *tenes artem*; καὶ παρασκεύασαι, & *paratus es.* Memento, lector, ex tempore habitas fuiſſe has diſputationes, ac tum aliud ex alio in mentem venire dicenti: quo minus mireris, cum inſtitutus ſermo ſit de conſtantiâ, ſeu animo perturbationis experte; nunc de præparatione philoſophica dici, etſi hæc ad ſervandam conſtantiam plurimum facit. *Wolfius.*

p. 181. l. 3. Κύειν;] Vide infra p. 239. l. 15. & Ench. p. 694. l. 14.

CAP. III.

PAg. 181. l. 8. Γράμματα συσταλικά.] *De epiſtolis* ſeu *literis commendatitiis*, vide Suic. Theſ. v. Συσταλικός.

l. 10. Ὅτι μὲν ἄνθρωπος.] Cicero de Leg. I, 9. Natura *ſpeciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret.* —— *& is qui adpellatur vultus, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores.*

p. 182. l. 1. Ἐπ ἀργυρογνωμονικός.] Hunc locum ſupplevi atque emendavi ex noſtro codice, qui in aliis ſic legitur, εἰ ἀργυρογνωμονικός ὅτι σὺ σαυτὴν συνήσεις. Ex eodem codice mox verſ. 6. ἐπὶ συλλογισμῶν repoſui pro ἐπὶ συλλογισμῷ.

l. 3. Ἔδει ἄν.] Confer p. 237. l. 14. p. 602. l. 9.

l. 6. Ἀλλ' ἐπὶ συλλογισμῶν, κ. τ. λ.] *At verò in re ſyllogiſticâ, affer quem velis, & dijudicabo tibi; quis ſyllogiſmos reſolvere poteſt, quis non.* [nam dicuntur ἀναλυτικοί, qui utuntur τῇ ἀναλύσει.] *Quamobrem? Quia novi ſyllogiſmos reſolvere: habeo facultatem, quam eum oportet habere, qui in re ſyllogiſticâ bene inſtitutos cognoſcere poſſit. In vitâ verò quid ago? Nunc dico bonum, nunc malum. Quid cauſæ eſt? Contrarium quàm quod in re ſyllogiſticâ evenit, inſcitia nempe atque imperitia.* Sic verte & diſtingue.

l. 11. Νῦν μὲν λέγω ἀγαθὸν, νῦν δὲ κακόν.] Deeſſe videtur τὸν αὐτὸν, *eundem*: vel τὸ αὐτὸ, *idem*. Nam & ad rem & ad perſonam accommodari poteſt. *Wolfius.*

l. 12.

l. 12. Τί τὸ ἄτοπον; τὸ ἐναντίον. ἢ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν ἀμαθία καὶ ἀπειρία.] *Quæ cauſa eſt? Contrarium: ratiocinationum inſcitia, & imperitia.* Dubium eſt, mihi quidem, utrum id velit quod dicere videtur; Dialecticæ inſcitiam, cauſam eſſe ignorantis & inconſtantis judicii: an verò ſignificet, ut ſyllogiſmos dijudicemus, in cauſa eſſe Dialecticæ peritiam; ut homines dijudicare non poſſimus, in cauſa eſſe, vel quod ἀπειρία hìc, ut in Dialectica, nulla habeamus; vel quod Dialectica in umbra per otium abutamur, non autem ad dijudicandas res, homines & opiniones adhibeamus. Euripides quidem queritur,

Ὅσῳ τὸν ἐσθλὸν χρὴ κακῶν διειδέναι,
Οὐδεὶς χαρακτὴς ἐμπέφυκε σώματι.

Nullam eſſe notam corpori impreſſam, qua homo improbus à viro bono dignoſcatur. Pythagoras tamen ἐφυσιογνωμόνει τὰς παρεγγυσμάσις, è lineamentis corporis conjecturam de animo cujuſque capiebat. Si legeretur ἢ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν εὐμαθία καὶ ἐμπειρία, *ſyllogiſmorum ſcientia & peritia:* ſententia eſſet argutior: nos ideo in vitâ minus ſapere, quod Dialecticis argutiis nimis occupemur. *Wolfius.*

Ibid. Ἢ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν.] Commentator hìc mendoſum aliquid non immerito ſuſpicatur. Legendum credo τῶν βιωτικῶν: ſic ſupra [p. 134. l. 1.] & infra [p. 546. l. 5.] *Com. Shaftesburienſis.* Vide ad l. 6. Pro ἢ, noſter codex recte ἢ. & dele interrogationem.

CAP. IV.

PAg. 183. l. 3: Ἄνθρωπος πρὸς πίσιν γέγονε.] Vide p. 147. lin. ult. p. 601. l. 11.

l. 10. Τί ἢ ἄλλο.] MS. Par. & Cod. Salmant. τί ᾗδ, at ἢ & ᾗ promiſcue uſurpantur. Confer autem p. 219. l. 13. & p. 646. l. 12.

p. 184. l. 2. Σπουδεῖον μὲν εἰ ἦν ἕτω σαπρὸν.] Σαπρὸν eodem ſenſu ac σαθρὸν uſurpatur apud Ariſtoph. in Plut. v. 814. Vide ibi Kuſterum. Cæterùm confer p. 493. l. 8. p. 525. l. 9.

l. 7. Τί σὲ ποιήσωμεν;] Angl. What ſhall we make of you?

l. 11. Οὐδεὶς μὲ ἐπιτρέψαι ἀνθρώπε φιλολόγε.] *Nemo me curat hominem ſtudioſum.* Querela uſitata noſtri ordinis, hoc eſt, ſcholaſticorum, negligi nos, & non dignis affici præmiis. Si viri docti, prudentes, modeſti, omnis officii ſtudioſi ſumus, fit fortaſſe nobis injuria. Sed ſi & pertenui doctrinâ ſumus, & ignavi, negligentes, corruptis moribus, quid poſtulamus? Eóne honos nobis habendus, quòd in Academiis ignavâ operâ, qualemcunque Latinæ aut Græcæ linguæ facultatem, ſine judicio & doctrina rerum, ſine morum emendatione conſecuti ſumus? Quos nos ipſi facimus? Verba Latina & Græca, adde etiam Hebræa, neminem faciunt eruditum: ſed cognitio bonarum artium, cum qua civilis prudentia, induſtria, vitæ integritas, in omni genere officii diligentiæ aſſiduitas conjungenda eſt. Hæc cum præſtiterimus, aut non negligemur, aut juſtas querelarum cauſas habituri ſumus. Ut verò nunc plerique vivimus, liberalius nobiſcum quàm pro merito & dignitate noſtrâ agitur. *Wolfius.*

l. 13.

l. 13. Οἱ σκώληκες.] *Vermes.* Quid ſi οἱ ὄφεις, *vespæ?* Haud dubie. *mihi mon, φεύγουσι τὰ δάκη, &c. will people drive 'em off, and if they can drive 'em down.* Imò verò tranſlatio quæ ſequitur, σὺ κέντρον ἔχεις, à vespis, non à vermiculis ſumitur.

p. 185. l. 1. Οὐκ εἰσὶν αἱ γυναῖκες κοιναὶ φύσει; Κἀγὼ λέγω.] *Nonne ſunt mulieres naturâ communes? Aſſentior,* inquit Epictetus. Atque ita Zeno & Chryſippus, apud Laertium VII, 33, 131. Non ſolum Plato: in Repub. L. V. Vide autem Fragm. p. 760. Lucian. in Fugitiv. p. 999. ἔτι κοινὰς ταύτας ἅπασι τοῖς ξυνοῦσι παρεθέμην. Πλάτωνός τι δόγμα διοῦσαι ποιεῖν; οὐκ εἰδότες ὅπως ὁ κύων ἐκεῖνος πέρι τῶν κοινῶν ἠγεῖτο τῶν γυναικῶν.

l. 4. Ἀνάρπασον ἀπελθών.] Lege ἁνάρπασον ἐλθών, uti mox verſ. 10. Verſu ſequente autem habes ἢ, ex noſtro codice. ἢ καλῶς.

l. 8. Καλὸς συμπότης.] Hæc ſpectant ad Socratica convivia apud Platonem & Xenophontem.

l. 9. Τὸ ἑαυτῶν.] Vide Cicer. de Fin. III, 20. p. 261. Ed. Davis.

l. 16. Ἀρχέδημον τοῦ.] *Archedemum intelligo.* Videtur adulterium excuſare autoritate magiſtri, qui ſortaſſis, ut & Zeno, ſenſit, ſapientibus communes eſſe debere uxores. Sed Epictetus, quamvis Stoicus, non omnia Stoicorum deliramenta probâſſe videtur: ut & Panætius, autore Galeno. *Wolfius.* Parum ad rem Wolfius: Hæc autem Epictetus dicit ex perſona philologi iſtius; nulla cum ſugillatione Stoicorum. Vide Fragm. p. 760. & ſupra ad l. 1. Archedemus erat nobilis Stoicus, ex Tarſo Ciliciæ. Vide Strab. L. XIV. Cic. Academ. L. II, c. 47. Laert. VII, 40. Ad rem Cebes, οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ καλέχειν τὰ μαθήματα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον καὶ ἄδικον καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας ΑΦΡΟΝΑ.

p. 186. l. 2. Τί γὰρ διαφέρει;] Hæc verba deſunt in noſtro codice & MS. Par. Male.

CAP. V.

Lin. 5. Αἱ ὕλαι ἀδιάφοροι.] *Materiæ ſunt indifferentes,* hoc eſt, Res per ſe neque bonæ neque malæ. ὕλαι à Latinis non ita uſurpatur, ut à Græcis. Quare verti, quaſi ſcriptum fuiſſet τὰ ὄντα vel τὰ πράγματα τὰ ἐμπίπτοντα καὶ μεταχειριζόμενα. *Wolfius.*

l. 7. Τὸ ἐπιτηδὲς καὶ μὴ εἰκαῖον, μηδ' ἐπισεσυρμένον.] Ἐπιτηδὲς, *temere, fruſtra.* τὸ μὴ εἰκαῖον, cum nihil temere agitur. τὸ μὴ ἐπισεσυρμένον ſignificare hîc videtur vigilantiam & acrimoniam. σύρματα ſunt longæ pallæ Comicorum, ad pompam, non ad rem gerendam accommodatæ. Vide Tom. I. ἐπισύρειν eſt attrahere, accerſere aliquid ſupervacaneum. Poſſit ergo etiam de frugalitate intelligi. Simplicius τὸ ἐπισεσυρμένον interpretatur, τὸ ἀναθαρσὲς. Vide Tom. II. *Wolfius.*

Ibid. Τὸ ἐπισεσυρμένον.] M. Ant. VIII, 51. Μήτε ἐν τῇ πράξει ἐπισύρειν. ubi vide Gatak.

l. 8. Ἂν μιμῆται τὸν κυλιόμενον.] *Quando videlicet imitatus eos fueris, qui ludunt talis.* Similis eſt apud Terentium ſententia, quum inquit in Adelphis:

Ita eſt vita hominum atque ſi ludas tesſeris.

Pru-

Prudentiâ enim omnis fortuna moderanda eſt. Nec diſſimile huic eſt quod Plato in decimo de Rep. monet his verbis: ὥσπερ ἐν πλώσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτῷ πράγματα, ὅπη ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν. *Schegkius.* Vide M. Ant. VII, 38. atque ibi Gatakerum.

l. 11. Τεχνικῶς χρῆσθαι.] Τεχνικῶς, *arte.* Sic Terent. Adel. act. IV. ſc. 7.

Si illud quod eſt maxime opus, jactu non cadit,
Illud quod cecidit forte, id ARTE ut corrigas.

Arte, id eſt, ſecundum artem: τεχνικῶς. Sic Virg. Georg. IV, 56.

——Arte *recentes*
Excudunt ceras.

& Æn. L. I. 643.

Arte *laboratæ veſtes.*

Phædrus L. II.

Et arte *fictas animus ſentit fabulas.*

l. 13. Ἔργον ἐκεῖνο.] Scilicet ἐστί. *Illud eſt præcipuum vitæ munus.* Quodnam? τὸ πρόσθεν ἐπιμελῶς χρῆσθαι. *Eo, quod cecidit, rectè uti.* Quomodo id fiet? Diviſione rerum noſtrarum & alienarum. *Wolfius.*

p. 187. l. 1. Δίελε τὰ πράγματα.] Vide p. 178. l. 12. p. 198. l. 14. M. Ant. III, 11.

l. 8. Καὶ ταύτην τὴν παρὰ φύσιν.] Fortaſſis καὶ ταύτης (ſcilicet τῆς προαιρέσεως παρὰ τὴν φύσιν. προαίρεσις *voluntas* ſive *delectus*, reſpuit temeritatem. Mox ἅμα δ' εὐσαθῶς. εἰ ἦ μὴ (ſcilicet σωατὸν) ἀσώσαιον εὐδαιμονῆσαι. *niſi diligentia cum deſpicientia jungi poteſt, beatitatis eſſe compos nemo poteſt.* Volunt philoſophi beati eſſe in hac mortali vita. quod quam belle eis ſuccedat, ipſi viderint. Ego magis Euripidem probo, qui ait, ὅτι ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά, *vitam revera non eſſe vitam, ſed ærumnam:* quod neque animo ſemper bene eſt, & corpori ſæpe male. *Wolfius.*

l. 8. Καὶ ταύτην τὴν παρὰ φύσιν.] Lego καὶ ταύτῃ παρὰ τὴν φύσιν. *atque eâ de cauſâ contra naturam.*

p. 188. l. 5. Τί μοι σωσαι, τὸ ἐκλέξασθαι.] Lego τί μοι σωσαὶ ὄν: *In navigando quid ego præſtare poſſum? Eligere gubernatorem,* &c. ſine interrogatione. *Wolfius.*

l. 8. Ἄλλα ἐστὶν ἡ ὑπόθεσις, τῇ κυβερνήτῃ.] Tempeſtas res eſt quæ alteri proponitur, nempe gubernatori. Vide p. 180. l. 4.

l. 11. Ἀποπνίγομαι.] Sic MS. Par. alii ἀποπνίγωμαι. Sed verba quædam è loco ſuo mota videntur; reſtitue itaque: Ὃ μόνον σώζομαι, τοῦτο ποιῶ, ἀποπνίγομαι, μὴ φοβέμενος, οὐδὲ κ. *Quod ſolum poſſum, id ago, ſuffocor, non perterritus, neque cl.* &c.

l. 15. Ἐνεῖναι.] Hinc ὁ ἐνεὼς γρόνος, & ὁ ἐνεὰς πόλεμος apud Demoſthenem. *Wolfius.*

p. 189. l. 1. Πότερον πνιγεὶς.] *Utrum ſuffocatione in undis, an febri.* Quod ad exitum attinet, nihil ſane intereſt: nam febris æque perimit, & longiore cruciatu, ac naufragium. ſed integris viribus, ſubito, aliena vi eripi vitam, multo certe horribilius eſt, præſertim ſi carnificina ignominioſa & tyrannica acceſſerit, quàm natura ultro deficiente. Sed horribilem hanc ſpeciem, larvam appellat Epictetus. *Wolfius.*

l. 4. Περὶ τῆς ἁρπαστῆς.] Martialis etiam hac voce uſus eſt:

Sive harpaſta manu pulverulenta rapit.

Hujus diminutivum eſt ἁρπάστιον. Fortaſſis utres inflatiles intelligendi ſunt,

sunt, quos Itali Palonas vocant. *Wolfius.* Ἀρπαστὸν, pilæ genus, quod lusui nomen dedit: in quo alteri pilam ostendentes, alteri mittebant. Hujus autem cui pila mittebatur munus erat pilam excipere, & rursus protenus tertio mittere. Vide Meurs. de ludis Græcorum in v. Ἐφεδρινδα. Seneca de Benef. L. II. c. 17. *Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ usu; quam cadere non est dubium aut mittentis vitio aut accipientis. tunc cursum suum servat, ubi inter manus utriusque, apte ab utroque & jactata & excepta, versatur.* Atque hæc optime explicant, quæ dicit Epictetus, σοὶ τὸ βάλλειν ἢ δέχεσθαι, λοιπὸν ἐν τ. sic interpunge: Hæc ars est, ut *ego* accipiam, imo etiam quanquam sinum in id non expandero, ipsis manibus accipere paratus: ut *ille* verò, si jecero, accipiat. Pro λαμβάνει, legendum fors. λαμβάνῃ, vel λαμβάνειν scil. δύνασαι. Hoc modo itaque sese habet sententia. λοιπὸν ἐν τούτῳ ἡ εὐρυθμία, —— ἵν' ἐγὼ, μηδ' ἂν τὸν κόλπον ἐκτείνω, δύωμαι λαβεῖν αὐτό· ὁ δ', ἂν βάλω, λαμβάνῃ.

l. 7. Εὐγνωμοσυνῶν.] *Dexteritatem* hîc vertere visum est, ob ludi genus. *Wolfius.*

l. 8. Μὴ δ' ἂν ἡ κόλπον.] De suâ imperitiâ loquitur,

Namque pilæ lippis inimicum & ludere rudis.

nec his tantùm, sed etiam claudis. *Wolfius.* Male. Vide supra ad l. 4.

l. 13. Οὐ μέντοι βέλτιον.] Locus suspectus: nec tamen quid melius occurrit. *Wolfius.* Noster codex pro βάλοις habet βάλῃς. Sed adhuc corruptus est locus; bis eadem scripsisse videntur librarii. Hinc primus error. Cæteris itaque deletis lego, Ἀλλ' ὁ μὲν ἐρεῖ, Βάλε· ὁ δ', Μὴ βάλῃς. τοῦτο, &c. *Sed alius dicet, Jace: alius, Ne jacias. Hinc,* &c.

p. 190. l. 1. Ἄνυσε, ὡς μοι.] Hæc memoriter citantur. Cum Melito verba facit Socrates. Vide Plat. Apol. p. 27. Edit. Steph. ἐὰν ὅστις δαιμόνια μὲν νομίζει πράγματα εἶναι, δαίμονας δὲ οὐ νομίζει. M. Οὐκ ἔστιν; Σ. Ὡς ὤνησας. Sic lege cum Aldi Edit. *quàm me juvit hæc tua responsio!* uti optime explicat Casaub. ad Pers. p. 150. Cæterùm ex Platone patet deesse in hoc loco Arriani Meliti responsum, nempe Δοκοῦσι, & omitti videtur propter vocem præcedentem, quem errorem frequenter erraverunt librarii: lege igitur, Οἱ δαίμονές σοι τινὲς εἶναι δοκοῦσι; Δοκοῦσιν. Οὐχὶ, &c.

l. 5. Ἡμίονος μὲν ἦγεσθε, ὄνος δὲ μή.] *Semiasini & asini,* festive Græce dicuntur, ut Semidei & Dii Latine. Sed in voce muli, perit gratia scommatis, ut postea in verbis χαίρειν *gaudere,* & συγχαίρειν *congaudere,* pro quo nos gratulari dicimus. Et in Isocrate τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαρίζεσθε, & τῆς ψυχῆς ἕνεκα τἄλλα ποιοῦντες. αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς ἀμελοῦντες. *Wolfius.*

l. 11. Οὕτω κἀ ἡμεῖς.] In hoc loco mutilo & corrupto nihil adjuvant codices.

l. 14. Ἀποδεχόμενον.] Eleganter. alludit ad pilam: ὥσπερ τὸ βάλλειν καὶ δέχεσθαι, ut supra.

l. 15. Ἀλλ' οἷα ἂν ᾖ ἐκείνη.] *Qualiscunque illa fuerit.* Sed dici possit, quid laudis esse queat in veteribus calceis consuendis? Et tamen id quoque dextre & diligenter facere præstat, quàm imperite & negligenter. *Wolfius.* Confer Aristot. in Ethic. L. I. Cap. X. pag. 39, 40.

l. 15. Ἐπιδεικνύσθαι.] Noster codex, ἐπιμελεῖσθαι.

p. 191. l. 3. Εἶτα ἂν ἐξέλθῃς.] *Deinde si egressus fueris.* Unde? num à tyranno? Propemodum suspicor deesse aliquid. *Wolfius.* Scil. è judicio,

è periculo. Subint. τῆς περιστάσεως. ut infra [p. 203. l. 2.] *Com. Shaftesburienſis.*

Ibid. Εἶτα ἂν ἐξέλθῃς μηδὲν παθών.] Angl. *Then if you come off without harm.*

l. 11. Ὥσπερ ἂν εἰ ἀπόλυτοι ἦμεν.] *Quaſi abſoluti eſſemus.* Urget hoc Epictetus, totum mundum unum quoddam eſſe magnum corpus, cujus ſinguli homines particulæ exiguæ ſint, & τῶν πρός τι. Neminem ſibi naſci, vivere aut mori, ſed mundo: & quicquid accidat, id ad mundi ordinem conſervandum pertinere, atque æquo animo ferendum eſſe. *Wolfius.* Optime. Vide p. 195. lin. ult. p. 216. l. 9. M. Ant. X, 24. de mente humana, μήτι ἀπόλυτον καὶ ἀπερισπάσμυόν κοινωνίας; Vide & L. VIII, 34. ubi male vertitur ἵνα τὴν ἀρχὴν μὴ ἀπορραγῇ, *ne* primitus *ab univerſis revelleretur.* Pro, *ne penitus, ne omnino,* &c. ſic τὴν ἀρχὴν reddi debet.

l. 12. Τῷ γὰρ ποδί.] Vide infra p. 216. l. 10. M. Ant. VIII, 34.

p. 192. l. 2. Δεῖ.] Noſter codex χρή.

l. 10. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; μέρος πόλεως.] Mundum eſſe ad inſtar *Urbis* ac *Civitatis,* ſubinde inculcat Epictetus. p. 217. l. 2. 486. l. 11. 498. l. 14. p. 250. l. 13. τὴν αὐτῆς πόλεως πολίτην, καὶ τὴν μεγάλης καὶ τὴν μικρᾶς. Et paſſim. Seneca de Otio Sap. c. 31. *Duas reſp. animo complectamur; alteram* Magnam *& vere publicam, quâ dii atque homines continentur; in quâ non ad hunc angulum reſpicimus, aut ad illum, ſed terminos civitatis noſtræ cum ſole metimur: alteram cui nos adſcripſit conditio naſcendi. hæc aut Athenienſium erit, aut Carthaginienſium, aut alterius alicujus urbis, quæ non ad omnes pertineat homines. quidam eodem tempore utrique dant operam,* Majori Minorique, *quidam tantum* Minori, *quidam tantum* Majori. Confer M. Anton. II, 11. III, 3. VI, 44. XII, 36. & paſſim. Author de Mundo, Cap. VI. Οὕτως ὑπολητέον καὶ περὶ τὸ μέγιστον πόλεως, λέγω δὴ τῆσδε τῆς κόσμου. Cicero de Fin. III, 19. *Mundum autem cenſent regi numine deorum, eumque eſſe quaſi communem* Urbem & Civitatem *hominum & deorum, & unumquemque noſtrûm ejus mundi eſſe* Partem: *ex quo illud natura conſequi, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus.* Idem de Nat. Deor. II, 62. de Leg. I, 7.

l. 12. Ἥτις.] Sic repoſui ex fide noſtri codicis: cum alii ἥ τι exhibent.

l. 13. Νῦν ἔν ἐμέ.] *Nunc ergo me.* Verba ſunt indignantis μιμητικά. *Wolfius.* Et quæ ſequuntur, (viz. νῦν ἔν ἄλλον) rurſus horum μιμητικά. Nam æque ridiculum dicere νῦν ἐμέ, ac νῦν ἄλλον, &c. *Com. Shaftesburienſis.*

Ibid. Νῦν ἔν ἐμὲ κρίνεις;] Verba indignantis; vide ad p. 9. l. 1. Cui Epictetus, Νῦν ἔν ἄλλον πυρέσσειν; Mimice. Si iſtiuſmodi locutiones lectorem lateant, in tenebris verſari ſæpe neceſſe eſt.

p. 193. l. 2. Ἐν τούτῳ τῷ περιέχοντι.] Ptolemæo frequens eſt cœlos & aërem appellare τὸ περιέχον, quod terras undique circumdet, & quaſi complectatur. *Wolfius.* Seneca τὸ περιέχον vertit alicubi, *Hoc, quo circumdati ſumus, ſpatium.* Lucret. V, 319.

Denique jam tuere Hoc circum ſupraque, quod omnem
Continet amplexu terram.

l. 5. Εὖ σοι γένοιτο.] Formula ironica. Utitur M. Anton. V, 28. Vide p. 131. lin. ult.

l. 6. Ἐποίησα ἐγὼ τὸ ἐμόν.] Reſpicit ad verba Socratis in Plat. Apol.

CAP. VI.

PAg. 193. l. 11. Τὸ συνημμένον ἀδιάφορον.] *Pronuntiatum connexum res indifferens eſt.* Si res ipſa eſt indifferens & parvi momenti, quid tantæ laudis & reprehenſionis habere poteſt ejus vel recta vel prava adminiſtratio? Vilis enim & abjectæ materiæ, quæ præclara forma, hoc eſt, tractatio eſſe poteſt? Nam utcunque ſis egregius ſutor: quid tum poſtea, ſi nihil niſi putidam alutam conſuas? *Wolfius.*

l. 11. Ἡ κείσις.] Vide ſupra p. 186. l. 5.

p. 194. l. 4. Καλὸν ὃ τὸ εἰδέναι.] Vide p. 328. l. 8.

l. 6. Ἐν οἷς μὴ παρεσκεύασαι.] *In quibus paratus non es.* Cic. 1. Officiorum: *Ad quas res aptiſſimi erimus, in iis potiſſimum elaborabimus. Sin aliquando neceſſitas ad ea nos detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea ſi non decore, at quam minimum indecore facere poſſimus,* &c. *Wolfius.*

l. 13. Τοῖς πεπεφραμμένοις.] Fortaſſe τοῖς περὶ αὐτὸ τεθειμμένοις, *exercitatis in eâ re.* Si ἐπιτεθραμμένοις legas, erit iis quibus ea res commiſſa eſt. *Wolfius.* Τοῖς περὶ αὐτὸ τεθειμμένοις, Wolf. recte: Vide infra, [p. 257. l. 9.] unde legend. περὶ τὰς ὕλας τεθειμένοις. *Com. Shaftesburienſis.* Τοῖς πεπεθειμμένοις, ſic codex Baſ. Ven. & Salmant. Noſter codex παραθεθειμμένοις, MS. Par. πεθεθειμμένοις habet. Ἐκεῖνα autem, non ἐκεῖνο, legunt omnes codices; ἐκείνῳ παραχώρει, ubi ſupple τι, aut ſimile aliquid.

l. 17. Κεκλιμένην.] *Inclinatam.* Fortaſſe κεκλεισμένην *clauſam*, niſi forte alia ratio claudendi & aperiendi fores olim fuerit, quam apud nos. *Wolfius.* Cod. Baſ. & Ven. κεκλιμένην. Edit. Salmant. * κεκλιμένην, in margin. * κεκλεισμένην. Codex noſter quoque legit κεκλεισμένην.

p. 195. l. 4. Τὸ ἔργον.] Articulum τὸ inſerui auctoritate noſtri codicis: uti mox μέμνησο repoſui pro μεμνημένῳ: & ᾖ reſtitui ante εὐ ταραχθήσῃ.

l. 7. Καλῶς ὁ Χρύσιππος.] Confer p. 217. l. 5. Verſu autem ſequente ex noſtro codice ᾖ inſerui, ἢ τὰ ἐξῆς.

l. 8. Ἀεὶ τῶν εὐφυεστέρων ἔχομαι πρὸς τὸ τυγχάνειν.] Verba ſic ordinabis, ἔχομαι ἀεὶ τῶν εὐφυεστέρων ſcilicet ὄντων πρὸς τὸ τυγχάνειν. Sicut dicimus εὐφυὴς πρὸς τὰ γράμματα, *aptus ad diſcendas literas.* Si τὰ εὐφυέστερα abſolute, & πρὸς τὸ τυγχάνειν, τελικῶς ſumas, pro ἵνα τύχω: minus placet. *Wolfius.* Verte, *Semper amplector ea quæ conſtitutioni meæ ſunt aptiora, ut adipiſcar id, quod ſecundum naturam eſt.*

l. 10. Τοιούτων.] MS. Par. τούτων.

l. 11. Εἰ δέ γε ᾔδειν, ὅτι νοσεῖν.] Vide infra p. 216. l. 14. Haud abſimile dictum Demetrii, nobilis Cynici. Senec. de Prov. c. V. *Hoc unum, inquit, Dii immortales, de vobis conqueri poſſum, quod non ante mihi voluntatem veſtram notam feciſtis: prior enim ad iſta veniſſem, ad quæ nunc vocatus adſum.*

l. 16. Οὐχ ἵνα ὃ χ' θεὸς θῶσιν.] Plane reſpexit ad verſus illos celeberrimos in Hypſipylâ Euripidis, quos olim laudavit Chryſippus.

——— Ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θεὸς ζεῦξαι, ὥστε κάρπιμον σάχυν,
Καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή.

Vide M. Ant. VII, 40. & ibi Gatakerum. Cic. Tuſc. Diſp. III, 25.

Mortalis nemo eſt quem non adtingit dolor,
Morbuſque multus: ſunt humandi liberi,
Rurſus creandi: &c.
——— *tum vita omnibus*
Metenda, ut fruges; ſic jubet neceſſitas.

ubi in verſ. 2. repoſui *Morbuſque multus:* ſenſu ipſo poſtulante; græcis ſuffragantibus. Vulg. *Morbuſque: multi ſunt humandi liberi.* Vertit autem Cicero, πόνος, *dolor & morbus*, qui quidem multus variuſque mortale genus adtingit. Confer autem p. 508. l. 13.

l. 17. Οὐ γὰρ ἀπόλυτοι γίνονται.] *Neque enim abſolutæ naſcuntur ſpicæ:* hoc eſt, non ſua tantum cauſa, ſed imprimis propter homines: ſic ipſi homines propter Deum, atque ornatum univerſi. *Wolfius.* Vide ſupra p. 191. l. 11.

p. 196. l. 1. Εἰ ἓν αἴσθησιν ἔχον.] Ita Cicero, forſan quoque ex ipſo Chryſippo, de Fin. V, 14. *At verò ſi ad vitem ſenſus acceſſerit,* &c.

l. 6. Οἱ αὐτοὶ ἐσμέν.] Forſ. τοιαῦτοί ἐσμεν: & dele interrogationem poſt ἀγαναχτῶμεν.

l. 9. Οὔτε γὰρ ἴσμεν τίνες ἐσμέν;] *An ignoramus qui ſimus?* Poſſunt hæc etiam affirmative legi, ſine interrogatione. Multi enim ſe non noverunt, nec meditatas habent res humanas, ideóque ſunt queruli. Sed interrogatio eſt acrior & magis urget. Oportere nos ſcire qui ſimus, & meditatas habere res humanas. *Wolfius.* W. hæc etiam interrogative legit, ſed & hæc & priora potius affirmative legenda credo. *Com. Shaftesburienſis.*

l. 11. Ἀλλὰ Χρυσάντας.] Rem narrat ipſe Cyrus apud Xen. Κυρ. παιδ. in initio L. IV. Ἐπεὶ δ' ἐγὼ παρῃγύησα ἐπανάγειν, καλέσας ὀνομαστὶ αὐτὸν, ἀναστεναμὼν ἔτο τὴν μάχαιραν, ὡς παίσων πολέμιον, ὑπήκουσε τέ μοι εὐθὺς, καὶ ἀφεὶς ὃ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευόμενον ἔπραττεν. Cyrus ait ſe nominatim Chryſantam compellaſſe, ὀνομαστὶ καλέσας. ſed paulo aliter Epictetus, σάλπιγξ ἀκαλύσης. nam memoriæ confiſus hæc enarrat.

p. 197. l. 1. Καὶ φείσασεις αὐτὰ καλῶμεν.] Quia hæc ab etymologia Græca pendent, Latine reddi non poſſunt. φείσασεις, verbum verbo ſi exprimas, *circumſtantias* ſignificat: ſed capitur ἀντὶ στενοχωρίας καὶ συμφορῶν, pro anguſtiis & calamitatibus. *Wolfius.*

l. 4. Τὸ γιγόμενον φθαρῆναι.] *Quod ortum fuerit interire.* Scimus quidem hanc eſſe naturæ legem: ſed aſſueti corporibus, atque aliis rebus animi, & mortis atque inferorum metu, plerique inviti ab eis ſeparantur. *Wolfius.*

l. 6. Τί σοι μέλει ποία ὁδῶν;] *Quid tua refert qua via deſcendas ad inferos?* Quod ad exitum attinet, eadem res eſt: ut ante diximus. Æque enim mortuus eſt, quem febris peremit, atque is quem tyrannus. Sed tamen modus gerendæ rei multo eſt atrocior, valente corpore, immatura ætate, excarnificatum & excruciatum in tetri carceris ſqualore, produci in publicum, atque omni ſpectante populo, ut maleficum gladio aut ſecuri percuti, ſtrangulari, ſuffocari in aquis, igni cremari. Fortiter quidem hæc dicuntur: ſed cum ad rem ventum eſt, vereor ne magnifica iſta verba evaneſcant. *Wolfius.*

Ibid. Τί σοι μέλει ποία ὁδῶν.] Noſter codex ὁδῶ. Confer autem ſupra p. 188. verſ. ult. Sic apud Stobæum Serm. XXXVIII. Ἡ δ' ἀναλαχόθεν, φησὶν, ὁ Ἀεισιππος, ΙΣΗ καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός.

Anaxa-

Anaxagoras apud Laert. II, 11. Παγχάλεπον, ἔφη, ὁμοίαν δοῦναι ἢ εἰς ἅιδου καταβάσεως. *Præclare Anaxagoras, qui cum Lampſaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, ſi quid accidiſſet, auferri: Nihil neceſſe eſt, inquit; undique enim ad inferos tantundem viæ eſt.* Cic. Tuſc. Diſp. I, 43. Epigramma incerti authoris in Anthol.

Εἰς ἀίδην ἰθεῖα καταίνυσις, εἴτ' ἀπ' Ἀθηνῶν
Στείχεις, [l. Στείχῃς,] εἴτε νέκυς νείσεαι ἐκ Μεσόης.
Μή σε γ' ἀνιάτω πάτρης ἀπὸ τῆλε θανόντα·
Παντόθεν εἷς ὁ φέρων εἰς ἀίδην ἄνεμος.

l. 8. Σωκρατικῶς.] Vide Xen. in Apol. Socrat. f. 7.

l. 10. Ἐξ μησί τινα ἔσφαξε.] Non ille quidem ſex menſibus cervices aut jugulum ferire poteſt, ſed pluribus annis ſic excarnificare poteſt, ut quivis dies ſit morte acerbior. Id quod D. Methodio accidiſſe, in ſepulcrum cum latronibus concluſo, ubi cadaverum fœtorem ferret, cæteraſque ſordes, Zonaras noſter ſcribit. *Wolfius.*

l. 11. Φόβος δὲ ταῦτα πάντα.] Seneca Ep. 24. *Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre quid in quaque re ſit.*

l. 14. Σὺ δ' αὐτὸς ὅταν διαπλέῃς τ' Ἀδρίαν.] Adria ſeu Adriaticum mare tempeſtuoſum deſcribitur. Hor. Carm. I. 33.

Libertina, fretis acrior Adriæ
Curvantis Calabros ſinus.

Et III. 9. ——*Improbo*
Iracundior Adriâ.

Cæterùm à vitioſa interpunctione laborat hic locus, quem ſic lege: τίνι [ſic noſter codex: vulg. τί] κινδυνεύεις; ἢ τῇ κεφαλῇ; Ἀλλὰ τῇ ὑπολήψει κινδυνεύω. Τῇ σῇ; πῶς; τίς γάρ σε. κ. τ. λ. Sic de Græco Anglicè reddidi: *My life is in danger under Cæſar. And am not I in danger, who dwell in Nicopolis, where ſo many earthquakes are? or when thou thyſelf croſſeſt the Adriatic, what then is in danger? is not thy life? Ay, but my opinions and my ſentiments are in danger. Thy opinions? how ſo? who can compel thee to have any opinion contrary to thy own will?* &c.

p. 198. l. 5. Ἀλλαχοῦ εἶναι, ἐν Ῥώμῃ; ναί.] *Alibi eſſe. Romæ? Sic.* Fortaſſe ἀλλαχοῦ εἶναι ἢ ἐν Ῥώμῃ, *Alibi eſſe quàm Romæ?* Difficile & moleſtum fuit civi, aut aſſueto magnificentiæ Romanæ, carere urbis aſpectu. *Wolfius.* Noſter codex firmat Wolfii conjecturam.

l. 6. Ἂν σοι ποιῇ, ἀπελεύσῃ.] Lego ἂν σοι δοκῇ, *ſi viſum tibi fuerit.* Etſi, cum ſæpius hæc loquendi forma occurrat, dubitari poteſt, an ſit aliquis Epicteti ἰδιωτισμός. *Wolfius.* Ἂν σοι ποιῇ, Angl. *If it makes for you.* Eandem loquendi formulam vide in p. 390. l. 9.

l. 11. Ἵν' εἴπῃ νέος εὐφυὴς, Οὐκ ἂν ἦν τοσοῦτος.] *Ut dicat adoleſcens ingenioſus* (de præceptore, philoſopho) *non fuiſſe tanti.* Sic in Enchir. [p. 722. l. 3.] de magnatibus vulgus, οὐκ ἂν ἦν τοσοῦτος. *Com. Shaftesburienſis.*

l. 14. Ἐκείνης τῆς διαιρέσεως.] Vide p. 116. 178. 187. l. 1.

l. 15. Καὶ τὰ σά.] Ita exhibet noſter codex: vulg. καὶ σά.

p. 199. l. 5. Ὅταν ἐν φυλακῇ δυνώμεθα παιδάς γε φέρειν.] Scripſit Socrates in carcere Περοίμιον εἰς τὸν Ἀπόλλω, uti vocat Plato in Phædone. Diogenes Laert. in vitâ Socratis ſ. 42. Ἀλλὰ καὶ ΠΑΙΑΝΑ καλά τινας ἐποίησεν, ὃ ἦ ἀρχή,

Δῆλε Ἄπολλον χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, πᾶσδε κλεινώ.

l. 10.

l. 10. Ἐν τίσιν ἂν ἀποθνήσκειν μέλλω.] Fortaſſe οἷς ἐναπεθνήσκειν μέλλω. *Wolfius.* Sed fort. interpungendum poſt ἄρα. & legend. ἐν τίσιν ἄν; interrogative. *Com. Shaft.* Videamus locum, atque Wolfii interpretationem: Τί μοι παράγματα παρέχεις; οὐκ οἶδας τὰ ἔχοντά με κακά; ἐν τούτοις γάρ μοι ἔξεστιν, ἐν τίσιν ἂν ἀποθνήσκειν μέλλω. ἄνθρωποι δ' ἄλλοι ἀθάνατοι ἔσονται; *Quid mihi negotium faceſſis? An ignoras in quibus ſim malis? In capitis periculo ſum. Nunquid ergo reliqui homines immortales erunt?* In contextum autem recepi diſtinctionem quam exhibet noſter codex: poſt ἐν τούτοις γάρ μοι ἔξεστι, ſupple Παιᾶνας γράφειν. *in his igitur mihi licet* Pæanas ſcribere, ut Socrates?

CAP. VII.

ΠΩΣ μανθανέτον.] Confer Ench. cap. 32. p. 716. & Xen. ἀπομν. L. I. c. 1. ſ. 8. Scripſit hac de re Cicero. nam tota fere veterum in divinatione verſabatur publica religio: quam Epicurei deridebant. Ipſe Socrates μανικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν, ut ait Xen. in initio ἀπομν. Zoſimus L. II. p. 104. de Conſtantino dicit, eum primum initium impietatis feciſſe, divinationem ſuſpectam habendo: τῆς ἀσεβείας τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, τὴν μανικὴν ἔχειν [lego ἔχων] ἐν ὑποψίᾳ.

p. 200. l. 7. Ἂν ἢ κἀποθανεῖν.] Sic Hector apud Hom. Il. μ'. 243. alloquitur Polydamanta:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Cic. de Senect. *Augurque cum eſſet,* [Q. Fabius Maximus] *dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro reip. ſalute gererentur: quæ contra remp. ferrentur, contra auſpicia ferri.*

l. 9. Οὐκ ἔχω τί μανθάνειν ἔσω.] Lucan. IX, 572.

Scimus, & hæc nobis non altius inſeret Ammon.
Hæremus cuncti ſuperis, temploque tacente,
Nil facimus non ſponte Dei: nec vocibus ullis
Numen eget, dixitque ſemel naſcentibus auctor,
Quicquid ſcire licet.

l. 13. Συμφέρει σοι;] Cum interrogatione. *At eum fero, cùm dicit, Hoc tibi conducibile?*

l. 14. Εἰ δὲ μεμάθηκεν.] Fortaſſe poſt δέ, diſtinguendum εἰ δέ, ſcilicet οἶδεν: *Si verò novit, didicit:* hoc eſt, non quatenus hariolus aut augur, ſed quatenus philoſophus eſt. Sed fortaſſe rectius ſic legetur: οἶδε τί ἔστιν ἀγαθόν; ἢ μεμάθηκεν. *Scitne quid ſit bonum? aut didicit,* &c. *Wolfius.* Nos autoritatem noſtri codicis ſecuti contextum reformavimus.

p. 201. l. 7. Σὲ μέλλω πυνθάνεσθαι.] *Tene rogem?* interrogative & negative. Sequitur: cum grammaticam ignores, philoſophiam ſcire quî potes? *Wolfius.* Ex noſtro codice ἃ inſerui: quod melius.

l. 8. Ἐνθάδ' ἔν, ὅπου.] Scilicet οἶδα τὸ ἀληθές, ἢ τὸ συμφέρον. *Itane hic demum ita eruditus eſt, ubi,* &c. *Wolfius.* Ita diſtingue potius, Διατί; Ἐν γραμματικοῖς ἃ λέγεις ἐνθάδ' ἔν, ὅπου κ. τ. λ. *Quare? In grammaticâ non dicis: hîc demum* dicis, *ubi,* &c.

l. 10. Διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ καλῶς.] *Recte igitur illa mulier.* Sententia eſt: Recte eam feciſſe, quæ non eventum

ventum timuerit, ſed officium fecerit. Pro καλὰ τ' εἰπόνλα, lego καλὰ τῶν εἰπόνλων, vel πρὸς τ' εἰπόνλα. *Wolfius.*

l. 11. Γρατίλλη.] Gratilla, nobilis fœmina, quam ex urbe Italiaque ejecit Domitianus. Vide Plin. Epiſt. XI. Lib. III. Tacit. in vitâ Agricolæ ſ. 45. *Non vidit Agricola obſeſſam curiam, & clauſum armis ſenatum, & eadem ſtrage tot conſularium cædes*, tot nobiliſſimarum fœminarum *exilia & fugas.*

l. 11. Τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων.] Ἐπιμήνια, ſervorum ſunt cibaria, demenſa. Gloſſar. Epimenia, xenia quæ dabantur per ſingulos menſes. Juven. Sat. VII, 120.

Aut veteres, Maurorum Epimenia, *bulbi.*

Sic in hoc loco τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων. eſt navis cibariorum quæ mittere ſolebat in ſingulos menſes mulier quædam Gratillæ exuli. Vide Salmaſ. de Uſur. p. 164. Cæterum τὸ πλοῖον lectio eſt noſtri codicis, alii πλεῖον perperam exhibent.

l. 15. Ἐπὶ τό.] MS. Par. ἐπὶ τοῦτο. Forſ. ἐπὶ τοῦτο τό.

p. 202. l. 3. Ναὶ κύριε, ὡς ἡ τύχη θέλει.] *Recte domine, ut fortuna vult.* Videntur verba eſſe conſultoris, animi æquitatem præ ſe ferentis, cùm is ſpe & metu ſit attentus. *Wolfius.* MS. Par. ὡς ἡ τύχη φέρει.

l. 6. Ἐμπαίζουσιν ἡμῖν.] *Illudunt nobis*, ſcilicet optima quæque & jucundiſſima, falſo pollicendo, aut etiam vanos terrores augendo, ut ſuum ipſi τί ἔν, peculium augeant, aut morbo animi ſui ac malevolentiæ indulgeant. *Wolfius.*

l. 6. Τί οὖν; δεῖ δίχα ὀρέξεως ἔρχεσθαι ἢ ἐκκλίσεως, ὡς ὁ ἀδιαπτώτου.] *Quid ergo?* ſcilicet, agendum. Subjectio ſequitur, *Veniendum eſt*, &c. *Wolfius.* Recte. nam ſic infra: & in Enchir. [p. 717. l. 3.] *Com. Shaftesb.* Noſter codex ἔρχεσθαι, alii ἄρχεσθαι: Edit. Salmant. * ἄρχεσθαι, in marg. * ἔρχεσθαι.

l. 9. Πρὸς τὴν ἀξιάν.] Fort. πρὸς τὸ τὴν ἀ.

l. 14. Ἀλλ' οἷα ἐνδείκνυνται.] *Sed ut rerum ſpecies, quales exhibentur*, oculi *excipientes, eas nobis oſtendant.* Supra autem pro ἵνα ταῦτα, noſter codex habet ἵνα τοιαῦτα.

l. 16. Νῦν δ' τρέμοντες τὸ ὀρνιθάριον κρατοῦμεν.] Κρατεῖν τὸ ὀρνιθάριον, *Tenere aviculam*, ſitne ceremonia aliqua magica, ignoro. Quid verò, ſi pro κρατοῦμεν legas ἀπατοῦμεν. Nunc aviculam metuentes, vacillamus, parum nobis conſtamus: aut ἀπατοῦμεν, vellemus nos aviculam conſectari, & in noſtras partes traducere poſſe. *Wolfius.* Ὀρνιθάριον κρατοῦμεν, *augurium captamus.* κρατεῖν, eſt *prehendere, captare*; & ὀρνιθάριον dictum puto feſtivè, ut mos eſt Epicteti, pro οἰωνὸν ſeu οἰώνισμα.

p. 203. l. 1. Κύριε ἐλέησον.] *Domine, miſerere.* Notiſſima formula in Chriſtiana Eccleſia jam uſque à primis temporibus uſurpata.

l. 2. Ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν.] *Permitte mihi exire.* Non ſatis video quid ſibi velint hæc verba, niſi forte ad Augurem hæc præ metu & ſolicitudine dicat conſultor, ut liceat exire templo, ad inaugurandum capto. *Wolfius.* Ἐξελθεῖν ſcil. τῆς φαντάσεως. Vide Marc. L. IX. ſ. 13. Edit. Gatak. Stoicis quid ſit φαντασία, vide ſup. Cap. præced. & L. I. cap. 24. Vide ſupra in Notis, [p. 191. l. 3.] Eodem modo L. I. c. 29. ἀπιὼν εἰς φαντασίαν. & c. 30. τί δ' &c. ἐν ταῖς φαντασίαις. Ὅταν εἰσίῃς, &c. & L. II. c. 1. rurſus ἀπιὼν εἰς φαντασίαν. cujus contrarium hoc eſt, ἐξελθεῖν τῆς φαντασίας. *Com. Shaftesburienſis.*

Ibid. Ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν.] Angl. *Suffer me to come off.*

l. 5.

l. 5. Παρέχεις.] Noſter codex ἐξαπαλῆς: quod Gloſſema videtur. Paulo ſupra, τὸ ὅσον ὂν σοὶ, ubi iſtud τὸ abeſſe malim. nam ὅσον ὂν σοὶ, *quantum in te eſt*, uſurpant Græci. Sed potius legendum, τί δὲ, ὅσον κ. τ. λ.

CAP. VIII.

L. In. 8. Τὸ ἀγαθόν.] Edit. Salmant. & MS. Par. ταγαθόν. Cod. Ven. τὰ ταγαθόν. Mox noſter codex pro φημι, habet κώμι. ex quo codice l. 13. ſupplevi Ναί.

p. 204. l. 3. Ἐν λογικῷ.] Ita noſter codex: alii ἐπὶ λογικῷ.

l. 4. Ἐν τῇ παραλλαγῇ τῇ πρὸς τὰ ἄλογα;] *Decorum id eſſe, quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ in eo*, in quo Natura ejus à reliquis animantibus differat. Cic. de Off. L. I. c. 27.

l. 13. Ὑπηρέτικα γὰρ γέγονεν ἄλλοις, ἃ καλὰ προηγούμενα.] Ὑπηρέτικα pro ὑπηρέτηκα: & fortaſſe καλὰ τὰ προηγούμενα, vel ἃ κὴ προηγούμενα. Sicut ſupra τὸ ἀπόλυσον, ita hîc τὸ προηγούμενον uſurpare videtur de iis quæ ſuapte cauſâ ſunt, & non ad aliorum uſum referuntur. *Wolfius.* Οὐκ αὐτὰ προηγούμενα, ſic repoſui monente noſtro codice. Edit. Salmant. * καλὰ προηγ. in marg. δοκεῖ παρέλκειν.

l. 14. Ὁ οὖν ἐπεὶ γέγονε;] Fortaſſe ἐπὶ τί. *Wolfius.* Noſter codex προηγουμένως, non προηγούμενον, uti alii habent. Scribe itaque, Ὁ οὖν ἐπὶ τί γέγονε; μήτι προηγουμένως; *Qua de cauſâ natus eſt aſinus? nunquid ex cauſâ primariâ?*

p. 205. l. 8. Ἐκεῖ ζητεῖν.] *Ibi quærere:* ubi νῆς, ἐπιστήμη, λόγος ὀρθὸς, πρὸς τὸ παρακολουθεῖν τῇ χρήσει τῶν φαντασιῶν.

l. 8. Οὗ μὴ παρόν.] *Quo bono non præſente.* Suſpectus locus & dubius: ſed ſenſus hic eſſe videtur: ſi bonum hominis non ſit in animo poſitum, nunquam id alibi inventum iri. Poſſit etiam fortaſſe legi τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ; interrogative. & poſtea iterum, ἢ μὴ παρόν. *Nonne ſi bonum in animo non ſit*, &c. Sed malim abſque negatione legere ἢ παρόν, ut ſit ſenſus: Cum in animo bonum hominis fuerit inventum, nihil aliud dicendum eſſe bonnm. *Wolfius.*

l. 9. Τῶν ἄλλων.] Scil. ζώων, φυτῶν, ut ſupra. *Com. Shaft.*

l. 10. Εἰ ἔν οὐκ ὄζει θεῶν ἔργα κακεῖνα; ὄζει, ἀλλ' ἃ προηγούμενα.] Poſt κἀκεῖνα ponenda interrogatio, cui ὄζει alterum reſpondet. Deus etiam alias res fecit, bonæ ergo ſunt. neque enim quicquam mali Deus facit. Sed ſi cum excellentia mentis conferantur; earum bonitas velut in nihilum redacta, tanquam fumus quidem evaneſcit. Hoc argumento Stoici refutari poſſunt, cum quicquam præter virtutem bonum eſſe negant. Eſt igitur & corpus bonum, quia factum à Deo. ſunt & ea bona quæ conſervando corpori ſerviunt; quia & ipſa facta à Deo. Abuſus, hominum vitium eſt, non Dei aut ipſarum rerum. *Wolfius.* Legiſſe videtur Wolfius, τί ἔν; οὐκ ἔστι θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; Ἔστιν, ἀλλ' ἃ προηγούμενα, οὐδὲ μέρη θεῶν. *Quid igitur? non ſunt & illa deorum opera? Sunt; ſed non opera primaria, neque partes dei.* Poſſit quoque recepta lectio defendi hoc modo: εἰ ἔν οὐκ ἔστι, *etſi igitur bonum non ſit in illis, opera tamen deorum & illa*, &c.

l. 12. Σὺ ἀπόσπασμα.] Horat. *Divi-*

Divinæ particula auræ. Vide ad p. 81. l. 16.

l. 14. Τὴν Εὐγένειαν.] Confer p. 20. Sic Aratus, citante Paul. Apoſt. Act. xvii. 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

lin. ult. Ὅταν σωφροσία χρῇ.] Συνουσία colloquium, familiarem congreſſum, & vitæ conſuetudinem cum aliquo ſignificat. capitur & ἀντὶ τῆ ἀφροδισίων, unde σωφρονίζειν. Et in hac poſtrema ſignificatione hîc accipio, quia ſequitur, ὅταν ὁμιλίᾳ. Nec abſurde rei Venereæ fit hic mentio. neque enim unquam homo dignitatis ſuæ magis meminiſſe debet, quàm cum à ſeipſo maxime, atque in beſtiam degenerat. Tum enim maxime eſt homo,

Arrectos quoties attollit ad æthera vultus.

Fit pecus, in terram cum prono pectore vergit. Wolfius.

p. 206. l. 1. Ὅταν ὁμιλίᾳ.] Supple χρῇ.

l. 3. Θεὸν ἀφιορέεις τάλας, καὶ ἀγνοᾶις.] Sine interrogatione. Vide autem p. 261. l. 8. p. 83. l. 13. Lucanus L. IX. de Catone:

Ille deo plenus tacitâ quem mente gerebat.

Et paulo poſt,

Eſtne dei ſedes, niſi terra & pontus & aer
Et cælum & virtus?

Huc refer illud apud Hieroclem p. 24. ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει. Miltonus noſtras L. I, 17.

——*Thou, o Spirit, that doſt prefer*
Before all temples th' upright heart and pure.

l 4. Ἀργυρᾶν ἔξωθεν.] *Argenteum extrinſecus*: quia non licet argentatum dicere, ut auratum. *Wolfius.* Nota ἔξωθεν, cui mox opponitur ἔσωθεν.

l. 7. Καὶ ἀγάλματος μὲν τοῦ θεοῦ παρόντος.] Ea erat veterum religio, ut, deorum ſimulacris præſentibus, neque quicquam dicerent, neque facerent, in quo aliquid eſſet obſcœnitatis. Vide Athenæum L. VIII. Plutarch. in Quæſt. Romanis. Cæſaribus autem Romæ imperantibus, idem honos eorum ſimulacris attributus: atque inter crimina læſæ majeſtatis erat, ſimulacris eorum præſentibus obſcœni aliquid admittere. Vide Suetonium in vitâ Tiberii c. 58. Spartianum in Caracall. Hinc Juvenalis Sat. I. 131.

Cujus ad effigiem non tantum meiere fas eſt.

l. 11. Ἀναίσθητε.] Ita noſter codex, & Salmant. alii ἀναίσθητον.

lin. ult. Μὴ ταπεινώσῃ αὐτὸν ῥάκη φαυλιθέντα.] Fortaſſe φαυλισθέντα: *Ne panni circumpoſiti eum humilem reddant, & deforment.* Wolfius.

p. 207. l. 1. Αὐτῷ θεόν.] Scribe ſine interrogatione, θεὸν. & mox ἀπέρχεται. deinde σε ἤθελον ἔχειν; interrogative.

l. 12. Καὶ τί ὁ τεχνίτης τῷ τεχνητῷ ὅμοιος; ἢ τὸ καλασκεύασμα τῷ καλασκευάσαντι.] Τὸ τεχνητὸν intelligi poteſt opus arte expreſſum, à τεχνάομαι. Sed ſententia poſtulare videtur ut legas τῷ τεχνίτῃ. Artifex eſt Deus, artifex eſt Phidias. Statua Minervæ eſt opus Phidiæ: homo rationis particeps, eſt opus Dei. Conferuntur & artifices & eorum opera. Deus infinito intervallo vincit Phidiam. Dei opus homo, infinito intervallo vincit Minervæ ſtatuam Phidiæ opus. Si ergo Phidiam ſuum opus reveretur (ſcribuntur enim hæc εὐσεβείας καλὰ προσωπεῖα) quantò magìs Deum revereri debet ſuum opus homo? Rectè legitur, τῷ καλασκευάσαντι. Mendum in τεχνητῷ decepit eum, qui τῷ καλασκευάσαντι annotavit. *Wolfius.* Noſter

codex habet καί τοι, uti mox καλασκευάσματι, & ſic Edit. Ven. & MS. Par. Cod. Baſ. * καλασκευάσματι, in marg. * καλασκεύασαι.

l. 14. Εὐθὺς ἔχει τὰς ὑποθήκας.] Statua ſimilitudinem habet hominis: ſed mentem, ſenſus & motum non habet. Unde ſimulacra in ſacris literis deridentur, quòd oculos habeant, nec videant; aures, nec audiant; nares, nec olfaciant; linguas, nec loquantur; manus, nec palpent; pedes, nec ambulent, &c. *Wolfius.*

p. 208. l. 2. Τὴν Νίκην ἐπ' αὐτῆς ἐξαμένην.] De Phidiâ, & de Jove Olympio, vide ad p. 35. l. 16. De Minervæ autem ſimulacro vide Plin. L. 34. c. 19. p. 649. & Val. Max. L. I. c. 1. Ovid. L. IV. de Ponto Eleg. I. 31.

Artis ut Actææ vel eburna vel ærea cuſtos,
Bellica Phidiacâ ſtat dea facta manu.

Cæterùm haſce Victoriolas, quas manu extensâ recepit Minerva, paſſim videre licet in imaginibus. de hiſce quoque Cicero de Nat. Deor. L. III, 34. *Idem* [Dionyſius] *Victoriolas aureas, & pateras, coronaſque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat.* Pauſanias in Jovis etiam Olympici deſcriptione: ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ φέρει ΝΙΚΗΝ ἐλέφαντος καὶ ταύτην χρυσοῦ, ταινίαν τε ἔχουσαν, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ στέφανον.

l. 6. Καλασκευάσει αὐτό.] Τὸ καλασκεύασμα. ſed malim αὐτὸν, τὸν δημιουργόν. *Wolfius.* Αὐτὸν exhibet noſter optimus codex, quem ſequimur.

l. 8. Σοὶ μόνῳ ἐπίστευσε.] *Te tibi uni credidit.*

l. 9. Ἀλλὰ καὶ καλασκύνεις.] Malim καλασκυνεῖς, in futuro. *Wolfius.* Lege itaque: οὐδὲ τούτου μεμνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ καλασκυνεῖς τὴν ὀφρύν;

l. 16. Οὔπω κατ' ἀξίαν.] Verba ſunt ejus qui reſpondet ad crimen arrogantiæ. Nondum, inquit, eam præ me fero gravitatem, quæ philoſophum decet. Vos me ſeveriorem dicitis: ego leviorem quàm par ſit me eſſe fateor. *Wolfius.* Dele interrogationes: *Nondum, fateor, uti par eſt. nondum,* &c.

p. 209. l. 4. Ὅταν σιλπνωθῇ.] Angl. *When it is poliſh'd, and made bright.*

l. 6. Ὁ Ζεὺς ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ ὀφρῦν ἀνέσπακεν.] Dicitur Phidias Jovem Olympium finxiſſe ad exemplar Homerici Jovis, Il. ά. 529. ubi conſule Euſtathium.

l. 9. Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον.] Il. ά. 526. Mox ἀθανάτοιο καὶ ἀγήρων, vocabula ſunt Homerica: Vide Il. μ'. 323.

p. 210. l. 1. Νεῦρα φιλοσόφου.] *Nervos philoſophi.* id eſt, vim, potentiam, efficaciam. Cic. Academ. I, 10. *Nervos virtutis incidere.* Vide infra p. 270. l. 6. p. 280. l. 16. Eodem modo M. Anton. XI, 18. ἰσχυρὸν καὶ νεύρων καὶ ἀνδρείας τύπῳ μέτεσιν. Mox plane reſpicit Epictetus ad tres in philoſophiâ locos, de quibus L. III. c. 2. ubi vide quæ notantur.

l. 3. Συγκατάθεσιν ἀπερίπλωτον.] Tertius in philoſophiâ locus. De voce ἀπερίπλωτος, vide Indicem.

CAP. IX.

In. 10. φησί.] Vide ad p. 23. l. 8.

l. 11. Τίνων χωριζόμεθα;] Vide infra p. 216. l. 3. & p. 474. l. 4.

l. 13. Πῶς.] Scribe πως, enclitice.

p. 211. l. 9. Οἱ μὲν ἡμῶν μεγάλα θηεία.] Confer p. 21.

l. 10. Ἀφ' ὧν ἔδει ἀνεῖν.] Fortaſſis ἐφ' ὧν. Apparet eſſe proverbium, quo honeſtior calamitatis auctor inferiori præfertur. Honeſtius habetur ab Achille occidi, quam à Therſite. unde apud Ovidium Achelous de Hercule:

——*Nec tam*
Turpe fuit vinci, quàm contendiſſe decorum.
Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor. Wolfius.

l. 11. Λέων με ἢ φαγέτω.] *Meleo vel devoret.* Proverbium quo mors illata à minutis & venenatis animalibus deprecabatur.

l. 13. Συμπεπλεγμένον —— διεζευγμένον.] Conſule Indicem de hiſce vocabulis.

lin. ult. Πότε αὐλοί;] Τότε, Gatak. Annot. in M. Ant. L. X. ſ. 8. Sed mallem, ſine ullâ mutatione, interrogative legere, ſicut interpres. *Com. Shaftesburienſis.*

p. 212. l. 3. Αὔξει δ' ἑκάστην ἢ σώζει.] Fortaſſis ἕκαστον, niſi φύσιν aut πρᾶξιν deſit. *Wolfius.* Vel potius τέχνην, ſicut infra. *Com. Shaft.* Cod. Salmant. * ἑκάστην, in marg. * ἕκαστον. Vide autem p. 275. l. 5.

l. 5. Ἂν δ' ἐδίου γενέσθαι.] Confer p. 257. l. 9.

l. 8. Ἀπολλύει ἢ τὸν ἀναδῆ.] Lego τὰ ἀναδῆ, ſcilicet ἔργα. *Wolfius.*

l. 11. Τὸν ἀναίσχυντον, τὸν ἄπιστον.] Videtur librarius indoctus aut oſcitans omiſiſſe quandam, ratus ea abundare. Lego τὸν ἀναίσχυντον ἡ ἀναισχυντία, τὸν ἄπιστον ἡ ἀπιστία: vel genere neutro, τὸ ἀναίσχυντον, τὸ ἄπιστον. *Wolfius.* Supplevi hunc locum ex noſtro codice, Wolfio etiam monente.

l. 13. Αἱ ἀκατάλληλοι λήψεις καὶ δόσεις.] *Inconvenientes* ſeu *impares acceptiones & dationes*, ſi ita liceat dicere. Ego ſententiam appendere malui, quàm verba minus idonea annumerare. *Wolfius.*

l. 14. Παραγγέλλουσιν οἱ φιλόσοφοι μὴ ἀρχεῖσθαι μόνῃ τῇ μαθήσει.] Sic Ariſtot. Ethic. L. I. c. 3. τὸ τέλος ἐστὶν ἡ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις.

l. 15. Μελέτην προσλαμβάνειν.] Periandri dictum, Μελέτη τὰ πάντα. Diog. Laert. I, 99. Stobæus Serm. de Diſcip. & Erudit. Πρωταγόρας ἔλεγε, μηδὲν εἶναι μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης, μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης. Pythagoras in aur. carm.

Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐπιμελέτα.

p. 213. l. 1. Τὰς ὑπολήψεις τὰς ἐναντίας ταῖς ὀρθαῖς χρησικὰς ἔχομεν.] Χρησικῶς ἢ χρησικόν τι ἔχειν videtur dicere, τὸ διὰ τῆς χρήσεως κεκτῆσθαι, aliquid uſu & exercitatione paraſſe, vel ad uſum atque exercitationem accommodare. *Wolfius.* Angl. *We have opinions in uſe contrary to right opinions.*

l. 3. Οὐδὲν ἄλλο, ἐξηγηταί.] *Non aliud niſi interpretes*: id eſt, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐξηγηταί.

l. 6. Τὰ ἢ ἀμφότερα.] Fortaſſis ἀδέτερα, vel ἀδιάφορα. *Wolfius.* Noſter codex τὰ δ' ἀδιάφορα. Vide p. 286. l. 1. Et confer locum huic geminum apud Laertium in vitâ Zenonis,

nonis, L. VII, 102. Mox habes κακὰ ℌ, τὰ ἐναντία, pro κακὰ, τὰ δ' ἐν. ex noſtro codice, monente etiam Comite Shaftesburienſi.

l. 14. Τί Κυβεύεις περὶ τὰ μέγιστα;] *Quid de rebus maximi momenti aleam jacis?* Sic p. 443. l. 2. εἰ δὲ μὴ, κύβευε, καὶ ποίει ἃ ποιεῖς. Vide M. Ant. L. I. ſ. 8. ἀκύβευτον. atque ibi interpretem.

l. 15. Ἄλλο γάρ ἐστιν.] Vide Enchir. p. 730. l. 14. dele interrogationem.

p. 214. l. 7. Καὶ τάχα ἐκείνῳ χρησικώτερον τεχνολογήσεις.] Τὸ χρησικώτερον, non tam dexteritatem & ſolertiam, quàm vitæ uſum & mores ſignificare videtur: ut innuat pſeudoſtoici vitam doctrinæ Epicuri magis eſſe conſentaneam, quàm ipſius Epicuri, cujus continentia & in amicitia colenda fides, aliæque virtutes ab adverſariis etiam celebrantur: cùm falsò nominati Stoici, *& Curios ſimulent, & Bacchanalia vivant.* Wolfius.

l. 10. Τί ἐκεῖνος Ἰουδαίους ὧν Ἕλλην;] Ita noſter codex: alii τί δ'. Ἰουδαῖος ὢν Ἕλληνας;

l. 13. Οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ἐκκρίνεσθαι.] Vide Apoſt. Paulum ad Rom. c. ii. 28 & 29. *Com. Shaftesb.*

l. 14. Ὅταν ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ἠρημένου.] *Cùm ſuſceperit affectum tincti & amplexi,* ſcilicet Judaiſmum. Habuerunt & Judæi ſuos baptiſmos, non tam religionis quàm munditiæ, ut opinor, causâ uſurpatos. Sed quia primi Chriſtiani apud Judæos fuerunt; Chriſtianos, quorum χαρακτὴρ & nota eſt baptiſmus, cum Judæis, qui περιτομὴν habent, confundere videtur: & παραβαπτίστας eos appellare, qui Chriſtianæ religionis arcana non religioſe obſervent. Libro quarto Chriſtianos appellat Galilæos, eadem de cauſa: ut & Julianus dixit, Viciſti Galilæe. *Wolfius.*

Ibid. Τῷ βεβαμμένῳ καὶ ἠρημένῳ.] In proſelytorum initiatione Judæi & baptizabant & circumcidebant. Vide Marſh. Chron. p. 191. Tamen hoc in loco Chriſtianos cum Judæis confundere videtur Epictetus. Lego itaque pro ἠρημένῳ, περιηρημένῳ, *circumciſi:* atque ita Petavius legit ad Themiſt. p. 70.

p. 215. l. 1. Ἰουδαῖοι.] Sic noſter codex: nonnulli Ἰουδαῖος. male.

l. 6. Φιλοσόφου, τηλικοῦτο φορτίον.] Ita diſtingue.

l. 8. Αἴαντος λίθον.] Sic p. 339. l. 13. Vide Il. ℌ. 264. Juvenal. XV, 65.

——*Nec hunc lapidem, quales & Turnus & Ajax,*
Vel quo Tydides percuſſit pondere coxam
Æneæ.

CAP. X.

LIn. 12. Τὸ πρῶτον ἀνθρωπος.] Cicero de Fin. L. IV: *Sequitur illud ut animadvertamus qui ſumus ipſi, ut nos quales oportet eſſe ſervemus: ſumus igitur HOMINES, ex animo conſtamus & corpore, quæ ſunt cujuſdam modi: noſque oportet, ut prima appetitio naturalis poſtulat, hæc diligere, conſtituereque ex his finem illam ſummi boni atque ultimi.* Seneca Ep. 95. *Quando omnia quæ præſtanda ſunt ac vitanda dicam, cum poſſim breviter hanc formam humani officii tradere? Omne hoc quod vides, quo divina atque humana concluſa ſunt, unum eſt. membra ſumus corporis magni. Natura*

tura nos cognatos edidit, cum ex iisdem & in eadem gigneret. ex illius constitutione miserius est nocere quàm læsi; ex illius imperio paratæ sunt juvantis manus. Iste versus & in pectore & in ore sit: HOMO sum, humani nihil à me alienum puto.

p. 216. l. 2. Αὐτὴ.] Ita omnes codices quos consului, excepto Cod. Bas. qui αὐτῇ legit: at legendum αὐτὴν, i. e. ἔχων αὐτὴν &c.

Ib. Αὕτη δ' ἀδιάλλακτον.] Malim αὐτὴ δ' ἀδιάλλακτοι. *Wolfius.*

l. 3. Τίνων κεχώρισαι.] Vide supra p. 210. l. 11. &c. p. 474. l. 4.

l. 4. Πολίτης εἶ τοῦ κόσμου.] Hinc Socrates interrogatus cujatem se esse diceret, *Mundanum*, inquit. vide p. 50. l. 4. Et Diogenes, κόσμου πολίτην: vide ad p. 501. l. 12. M. Anton. VI, 44. ἡ ὑμὴ φύσις λογικὴ καὶ πολιτική. πόλις καὶ πολεῖς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ, μοι, ἡ Ῥώμη, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ ΚΟΣΜΟΣ. Vide & p. 192. l. 10.

l. 5. Οὐχ ἓν τῶν ὑπηρετικῶν, ἀλλὰ τῶν συνεργουμένων.] Fortassis ὑπηρετητικῶν. Nam video multa verbalia activa in τικὸς desinentia, corrumpi vitio librariorum, & scribi per ικὸς, ντ syllabâ omissâ. Hinc θεωρικὸς & παραμυθικὸς aliaque inepta. Sed ad rem quod attinet, τὸ ὑπηρετητικὸν καὶ τὸ συνεργούμενον hîc opponuntur. *Wolfius.*

l. 7. Τῶν ἐξῆς.] Sequor nostrum codicem. alii τοῦ ἐξῆς.

l. 9. Περὶ μηδενὸς βιαίως ἀπόλυσον.] Vide supra ad p. 191. l. 11.

l. 10. Ὥσπερ ἂν εἰ ἡ χείρ.] Vide p. 191. l. 12.

l. 12. Ἄλλως ὥρμησαν.] Nonnulli codices male hîc ἄλλῳ exhibent. recte autem noster codex. Edit. Salmant. * ἄλλῳ, in marg. * ἄλλως.

l. 13. Ἐπανεγκόλης.] Cod. Ven. Salmant. & MS. Reg. ἐπανεγκόλης.

l. 14. Καλῶς λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι.] Inter alios Chrysippus. Vide supra p. 195. l. 11. Seneca de Prov. c. V. *Idem in hac magnâ rep. fit. boni viri laborant, impendunt, impenduntur, & volentes quidem: non trahuntur à fortunâ, sequuntur illam, & æquant gradus; si scissent, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini: Hoc unum, inquit, dii immortales, de vobis queri possum, quod non ante mihi voluntatem vestram notam feciστis. prior enim ad ista venissem, ad quæ nunc vocatus adsum.*

l. 15. Σωήργει ἂν καὶ τοῦ νοσεῖν.] Pulcher est locus, & dignus qui hîc adscribatur, apud M. Anton. L. VI. s. 42. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως καὶ συναρμολογητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπισκέπτως. ὥσπερ καὶ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος ἐργάτας εἶναι λέγει, καὶ συνεργοὺς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. ἄλλος δὲ ἄλλο συνεργεῖ. ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ ὁ μεμφόμενος, καὶ ὁ ἀνθιστάμενος καὶ ἀναιρεῖν τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ τούτου ἔχρηζεν ὁ κόσμος. λοιπὸν σὺν σύνες εἰς τίνας ἑαυτὸν καταλέγεις. ἐκεῖνος μὲν γὰρ πάντως σοι καλῶς χρήσεται ὁ τὰ ὅλα διοικῶν, καὶ παραδέξεταί σε εἰς μέρος τῶν συνεργῶν καὶ συνεργητικῶν. ἀλλὰ σὺ μὴ τοιοῦτο μέρος γένῃ, οἷος ὁ εὐτελὴς καὶ γελοῖος σίχος ἐν τῷ δοκιμαστῇ, ὃ Χρύσιππος μέμνηται. *Ad unum eundemque effectum operam conferunt universi suam, alii scientes ac intelligentes, alii effectionis inscii. quo modo dormientes quoque Heraclitus, opinor, operarios esse dixit, & ad ea, quæ in mundo aguntur, operas conferre. alius verò alio modo operam confert. ex abundanti verò & is qui quiritatur, & qui in adversum nititur,*

tur, & qui ea quæ fiunt tollere conatur. nam & sic affectis mundus opus habebat. proinde cogita tandem, quorum in numerum te referas. siquidem rector ille universi omnino te probè uietur, teque in operariorum operasque mutuas conferentium partem recipiet. tu verò cave pars ejusmodi sis, qualis in fabula vilis & ridiculus versus ille, cujus meminit Chrysippus.

p. 217. l. 2. Κυεμώτερον ἢ τὸ ὅλον.] Pag. 192. l. 10. 486, 11. 498, 14. 512, 4.

l. 5. Εὐρυσιτέρων.] Supra p. 195. l. 8.

l. 6. Ὅτι ὑὸς εἶ τις,] Sic noſter codex: alii εἰ τις. Quid verò ſi hoc modo interpungas? μέμνησο ὅτι ὑὸς εἶ. Τίς τούτῳ τῷ προσώπῳ ἐναγχολία; Πάνυ κ. τ. λ. Confer autem Ench. p. 713. l. 3.

l. 12. Ἀδελφὸς εἶ.] Vide Ench. p. 713. l. 7.

l. 14. Μηδέποτ' ἀνθιποιήσασθαί τινα πρὸς ἑαυτὸν τῶν ἀπροαιρέτων.] Lego πρὸς αὐτόν. Significat fraternam conjunctionem antiquiorem eſſe debere pecuniâ. *Wolfius.* Neſcio an recte. *Com. Shaft.*

p. 218. l. 3. Εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἶ, ἢ βουλευτὴς νέος, ὅτι νέος.] Fl. ὅτι ἢ βουλευτὴς (ſcil. ὅτι ἢ, ut ſupra) εἰ νέος, ὅτι νέος. εἰ πρεσβ. &c. Apparet interpretem ſic legiſſe. nec dubium eſt quin recte. Eodem modo prætermiſſa ſunt verba ἀναισχυντία & ἀπιστία, in cap. ſuperiori. *Com. Shaftesburienſis.* Hoc modo Edit. Baſil. & Salmant. εἰ β. π. τινος, ὅτι βουλευτὴς· νέος, ὅτι νέος. At codex noſter & MS. Par. eodem modo exhibent ac edendum curavi.

l. 5. Ἕκαστον τῶν τοιούτων ὀνομάζων——ὑπογράφει τὰ οἰκεῖα ἔργα.] Ench. cap. 30. τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. & mox, ἕως ἂν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ συμπολίτου, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

l. 15. Ἀλλὰ δεῖ σε κέρμα.] Vide mox p. 220. l. 1. & 429, 3.

p. 219. l. 3. Αἰδῶ ἢ καταγελᾶν.] Καταγελᾶν intelligo, mores ad gravitatem compoſitos. *Wolfius.*

l. 9. Αἰσχρὸν ἐστι.] Has voces revocavi ope & autoritate noſtri codicis. ut & l. 12. articulum τὸν à præcedente ſyllaba abſorptum.

l. 11. Ὁ δὲ διατιθεὶς;] Quid autem is, qui facit ut ille alter ita ſit affectus? ——id eſt, qui corrumpit.

l. 13. Τί ἀπολλύει ὁ μοιχεύων;] Vide ſupra p. 183. l. 10. & infra 646, 12.

lin. ult. Οὐδεὶς δίκας ἀπωλείας.] Vide p. 561. l. 16.

p. 220. l. 1. Εἰ τὸν ζημίαν ζητοῦς ἐν κέρμασι.] Vide ſupra p. 218. l. 15. & infra p. 429. l. 3.

l. 9. Οὐδὲν ἀπολλύεις;] Poſt ἀπολλύει; videtur deeſſe πῶς γάρ; aut aliquid ſimile.

l. 11. Ποίαν δὲ λέγεις;] Καὶ, non redundat. Vide infra [p. 232. l. 10.] *Com. Shaftesb.*

l. 12. Οὐδὲν ἔχομεν αἰδήμονα; φύσει ἔχομεν.] Puto poſt φύσει ponendam diſtinctionem, ſic, οὐδὲν ἔχομεν αἰδήμονα φύσει; ἔχομεν. & mox cætera quoque ſic diſtinguito. οὐκ ἔχομεν φύσει τι σεμνόν; φύσει συμπαθητικόν; φύσει ὠφελητικόν; φύσει ἀλλήλων ἀνεκτικόν; *Wolfius.* Conjecturas Wolfii confirmat noſter codex, tantùm συμπαθητικὸν, non συμπαθικὸν, legit.

l. 15. Φύσει συμπαθικόν.] Lege συμπαθητικὸν à σύμπασχω, non à συμπάθεια. Baſilienſis editio habet συμπαθητικὸν: ſed hoc melius. nam συμπάθεια ἄχρηστον, ut opinor: & verbalia ſunt hæc, ὠφελητικὸν, ἀνεκτικὸν, συμπαθητικὸν. *Wolfius.* συμπαθητικὸν W. à σύμπασχω: inde verò συμπαθητικὸν, non συμπαθικὸν. Vide Gata-

× V. Plut. M. 768. E.

Gatakerum ad Mar. L. X. ſ. 1. ubi textus tamen habet τερπνῆς. *Com. Shaft.* Optime Vir nobilis, ſuccinentibus noſtro codice & MS. Par.

p. 221. l. 2. Οὕτω ἔχει.] Wolfii editio ἔχει. Cod. Ven. Salmant. & Baſ. ἦ. noſter codex ἔστιν.

l. 5. Τὸ ἀγαθὸν ἐν προαιρέσει.] Vide initium Cap. XVI. hujus libri.

l. 8. Ἐγὼ ἐμαυτόν.] Vide quid Socrates apud Platonem in Critone hac de re diſſerit ad p. 575. l. 3. Seneca de Irâ L. II. c. 32. *Non enim ut in beneficiis honeſtum eſt, merita meritis repenſare; ita injurias injuriis: illic, vinci turpe eſt; hîc, vincere.*

l. 11. Σωματικὸν ἐλάττωμα εἰς κῆσιν.] Lego ἢ εἰς κῆσιν, & ὅτι δ' εἰς τήν. *Wolfius.*

l. 12. Ὅτι δ' εἰς προαίρεσιν.] Ita noſter codex: alii ὅτι εἰς τὴν προαίρεσιν. Verſu ſequente eadem autoritate ὁ inſerui, ἢ ὁ ἀδικήσας.

l. 13. Ὁ ἀπατηθεὶς ἢ ἀδικήσας.] *Qui deceptus eſt, aut injuriam fecit.* Niſi ὁ ἀπατηθεὶς de eo intelligatur, qui errat, fallitur, de rebus male judicat, malim ὁ ἀπατήσας. qui aliquem decepit, aut affecit injuriâ. *Wolfius.*

p. 222. l. 1. Οὐδ' ἐγγὺς διαφερόμεθα.] *Ne prope quidem diſceptamus.* τὸ διαφέρειν hîc ſignificare videtur, ſua intereſſe putare, curare aliquid, laborare de aliquo; quaſi dixiſſet, ἥκιστα φροντίζομεν. ἢ διαφέρειν ἡμῖν ἡγούμεθα. *Wolfius.*

l. 2. Ἐν τῇ σχολῇ.] Subinde occaſionem captat Epictetus inſectandæ ignaviæ in agendo, & curioſitatis in diſputando philoſophorum. *Wolfius.*

CAP. XI.

l. 3. Οἷδ', ἵν' ἀπ' αὐτῶν φειποιήσωνται.] De philosophis intelligi potest: Vulgus, inquit, argutias amat, philosophi quæstum. Sed nihil vetat quo minus etiam ad auditores referatur, qui eundem quæstum sibi proponant, ut faciunt Theologi, & aliarum artium professores. *Wolfius.* Noster codex pro οἷδ' habet ἀδ'. quæ lectio si amplectenda, φειποιεῖν, *lucrum facere*, in sensu philosophico adhiberi existimo, ut Horatianum illud,

Condo & compono quæ mox depromere possum:

Et sic legendum. ἃ γὰρ λαλοῦσιν οἱ φιλόσοφοι, μαθεῖν θέλομεν, ὡς κομψὰ καὶ δεινά· ἀδ' ἵν' ἀπ' αὐτῶν φειποιήσωμεν. *quæ enim loquuntur philosophi, discere volumus, utpote elegantia & acuta: non ut in rem nostram vertamus.* Verumenimvero recepta lectio recte se habet, sed male hìc interpretes: nam οἱ δὲ, pro τινὲς, *quidam, nonnulli*, usurpatur; & sic Lucian. in Timone p. 63. Οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας Ὀλυμπιάσιν ἐπιβεβλήκασι. *Nonnulli etiam tibi ipsi manus injecerant in Olympiacis.* Ubi Græcus Scholiastes, ὅμοια ἡ σύνταξις ταύτη ἐν τῇ ἱερᾷ τοῦ εὐαγγελίου Ματθαίου συγγραφῇ, τῇ. Οἱ δὲ ἐδίσασαν. ἀντὶ γὰρ τοῦ τινὲς, τὸ οἱ δὲ κεῖται. Locus Matthæi est in cap. xxviii. ver. 17. Sic itaque nulla mutatione lege, & interpretare: ἃ γὰρ λαλοῦσιν οἱ φιλόσοφοι, μαθεῖν θέλομεν, ὡς κομψὰ καὶ δεινά· οἱ δ' ἵν' ἀπ' αὐτῶν φειποιήσωνται. *Quæ dicunt philosophi, ea discere volumus, ut elegantia & acuta; nonnulli ut quæstum inde faciant.*

l. 8. Ὅπερ.] Sic noster codex: alii ὅπου.

Ibid. Θεόπομπον τὸν ῥήτορα.] Hic erat ille Theopompus qui scripsit, ut ait Athenæus L. XI. p. 508. καλὰ τὰ Πλάτωνος διαλείδια. De eo etiam Diogen. Laert. in Antisth. Vitâ L. VI. s. 14. τοῦτον μόνον ἐκ πάντων Σωκρατικῶν Θεόπομπος ἐπαινεῖ. *hunc Antisthenem solum ex omnibus Socraticis Theopompus laudat.*

l. 13. Τοῖς φωνοῖς.] Lego ταῖς φωναῖς, vel τὰς φωνάς. *Wolfius.* Noster codex, uti Edit. Salmant. τὰς φωνάς.

p. 267. l. 8. Ὁ μὲν λέγει ἀναλεῖνον.] Τὸ ἀναλεῖνειν Lexica inter cætera *subducere* interpretantur. sed sine exemplo. Sed sive ἀνάτεινον, sive ἀσίτησον legendum, de sententia satis constat. Utitur hoc verbo etiam in lib. 4. sensu eodem. *Wolfius.* Pro ἀνάτεινον mallem ἀσίτησον, cui opponitur δὸς τροφήν. Sic supra p. 246. l. 5. At Schegkius, & ipse medicus, vertit, *Quo fit ut quidam putet differendum, alius verò præbendum cibum opinetur.*

l. 13. Ἐπὶ τοῦ καλὰ καὶ βίον ἀγαθὸν καὶ κακόν.] Post βίον punctum ponendum. ἀγαθὸν καὶ κακὸν nova est periodus. *Wolfius.* Atque ita noster codex.

p. 268.

p. 268. l. 2. Τῆς ὅρυς.] *Definitiones*, ſcil. ipſam artem Logicam quæ Definitiones conſtituit. Hanc ſtatim in limine negat Theopompus utilem eſſe. *Com. Shaft.*

l. 4. Ἡμᾶς.] Cod. Salmant. ὑμᾶς.

l. 8. Εἰ πάνλες.] Sic noſter codex: alii οἱ πάνλες.

l. 12. Καὶ τί μοι νῦν ἡ περὶς ἀλλήλυς.] Videtur ἐλλειπλικόν. Quid verò ſi ᾗ τί δεῖ νῦν ἡ, &c. *Quorſum attinet?* Wolfius. Τί μοι, *quid ad me* ſcil. *attinet?* locutio eſt ἐλλιπλική, ab optimis uſurpata ſcriptoribus, quæ ſuppleri debet verbo διαφέρει, προσήκει, vel μέλει. De ſenſu loci confer p. 225. l. 5. p. 336. l. 1. p. 482. l. 12.

lin. ult. Τὸν δεύτερον τόπον.] Vide L. III. Cap. 2. ubi plura de tribus in Philoſophiâ locis.

p. 269. l. 11. Μεγίςη.] Deeſt hæc vox in noſtro codice & MS. Par.

l. 12. Θέλω τι, ᾗ ὃ γίνελαι.] Confer p. 140. l. 1.

p. 270. l. 1. Εἶτα ὕτω τιμωρήσομαι.] Verba ſunt Medææ ſecum in animo revolventis quæ ab Jaſone paſſa eſt. Mox pro ὑποκλείνω forſ. ὑπέχλινῶ. Reſpexit autem Epictetus Med. Eurip. Sic enim Medæa, ver. 793. & 815.

l. 8. Οὐδὲ τὰ πράγμαλα μελαλιθένλα ᾗ μεθαρμοζόμενον.] Res non mutantur; nos rebus ſubjungere oportet.

Et mihi res, non me rebus ſubjungere conor.

Hor. Ep. I. L. I. v. 19.

l. 10. Ὧν θέλεις ὃ γίνελαι.] Ὧν ὃ θέλεις γίνελαι. *Meibomius.*

l. 11. Μὴ θέλε μέλειν.] Lege μιμνεῖν. *Wolfius.*

Ibid. Μὴ θέλε μένειν.] Sic noſter codex, at Edit. Ven. & Baſ. μέλει. Salmant. * μέλειν, in marg. * μέλλειν ἢ μένειν. Mox ex noſtro codice σε inſerui, τίς ΣΕ ἀναγκάσει;

l. 13. Θέλει.] Non θέλε.

l. 14. Ὅταν τοιοῦτον ἔχῃς ἡγεμόνα.] Vide p. 625. l. 13.

lin. ult. Ἀπολεύξει, φευξῇ.] Lege verbaliter ἀπλεύξῃ, φευξέσῃ. fruſtraberis, incides. *Wolfius.* Vel ἀπλεύξεις, φευξῇ.

p. 271. l. 3. Ἀλλὰ τῷ Διὶ χάρισαι αὐτὰ, τοῖς ἄλλοις θεοῖς.] Καὶ τοῖς α. *Com. Shaft.* Sed ſine copula legi poſſit. nam ſic ſæpe ἀσυνδέτως conſtruuntur ſententiæ.

l. 4. Ἐκείνοις παραδῷ.] Seneca Ep. 37. *Hic eſt magnus animus, qui ſe Deo tradidit; at contrà, ille puſillus & degener, qui obluctatur, & de ordine mundi malè exiſtimat, & emendare mavult Deos quàm ſe.*

l. 6. Ταλαίπωρε.] Noſter optimus codex & MS. Reg. ἀταλαίπωρε. recte omnino. Vide Indicem.

Ibid. Ἐλεεῖς.] Vide ad p. 98. l. 4.

l. 9. Καί τι ἐπλέγεις.] Legendum ἔτι λέγεις. *Wolfius.*

l. 10. Ἐπεξαξας.] Vide ſupra ad p. 261. l. 14.

l. 14. Περισκοδομεῖν.] Vide ſupra p. 250. l. 7.

l. 15. Πῶς μηδὲν ἔσαι σὺ θέλον]Θ μηδὲν; ὐκ ἔσι.] Pro σὺ θέλο]Θ, legendum fortaſſe σὺ μὴ θέλον]Θ. ut ſupra in hoc capite. & poſtea (quaſi ſibi reſpondens Diſcipulus) μηδὲν· ὐκ ἔσι. vel μηδὲν ἔσι. *Com. Shaftesburienſis.* In margine noſtri codicis duæ ſunt lectiones, Μηδὲν ὃς σὺ μὴ —— ἄλλως, Μηδὲν ἔσαι σὺ μὴ θ. MS. Par. Μηδὲν ἔσαι σὺ μὴ θέλον]Θ· μηδὲν ὐκ ἔσι. Propter earundem vocum repetitionem ſæpe in hiſce diſſertationibus deſcribendis erraverunt librarii: Lego itaque partim noſtro codice adjutus, Μηδὲν ἔσαι σὺ μὴ θέλον]Θ, ΘΕΛΟΝΤΟΣ ΣΟΥ ἔσαι.

lin. ult. Δότε μοι ἕνα γέον.] Eandem locutionis formulam vide ſupra p. 256. l. 9. p. 257. l. 5.

p. 272. l. 2. Τοῦτο τὸ πρᾶγμα ☉ ἀθλητήν.] Eodem modo M. Anton. III, 4. ἀθλητὴν ἄθλου τοῦ μεγίστου. ubi vide Gatakerum.

l. 4. Ἀπαραποδίστως καὶ ἀλύπως.] Sic ex noſtro codice repoſui. cæteri dant ἀπαραποδίστῳ καὶ ἀλύπῳ. Nota autem primum in Philoſophiâ locum: mox l. 14. Ἐγὼ θέλω, &c. ſecundum locum. & p. 273. l. 4. ἤθελον δ' ἀσφαλῶς ἔχειν, &c. locum tertium. Vide L. III. C. II.

l. 8. Αὐτὸν τοῦτο.] Malim ἑαυτὸν vel αὐτόν. *Wolfius.* Noſter codex ἐ τοιοῦτον.

l. 12. τοιοῦτον—ἢ τόπον.] Potius τοῦτον—ἢ τόπον.

p. 273. l. 1. Πρὸς παιδία.] Dele ἢ, πρὸς ἢ π. Sic jubet noſter codex.

l. 4. Ἤθελον δ' ἀσφαλῶς ἔχειν καὶ ἀσίτως.] Fortaſſis ἀσείστως, *inconcuſſe*, vel ἀκινήτως. *Wolfius.* Cod. Ven. & Salmant. habent ἄσιτος. Cod. Baſ. ἀσίτως. Pro ἀσίτως minimâ mutatione legi poſſet ἀσινῶς, *ſine noxâ*, *innoxiè*. Hoc modo: *Velim tutus eſſe atque ſine noxâ, idque non modo vigilans*, &c. Vel legendum verbis tranſpoſitis, καὶ ὐ μόνον ἐγρηγορὼς καὶ ἄσιτος, ἀλλὰ καὶ καθεύδων καὶ οἰνώμενος. ubi ὁ ἐγρηγορὼς opponitur τῷ καθεύδοντι: ὁ ἄσιτος, τῷ οἰνωμένῳ.

l. 5. Καὶ οἰνώμενος.] Nam Stoici dicebant ſapientem οἰνωθήσεσθαι μὲν, ὐ μεθυσθήσεσθαι δέ. Laert. in vitâ Zenonis ſ. 118. Conſule Menagium. & vide ſupra ad p. 102. l. 11.

l. 6. Καὶ ἐν μελαγχολίᾳ.] Supra etiam hoc verbo uſus videtur pro ægritudine, lib. I. cap. 18. *Wolfius.* Vide ad p. 102. l. 11. &c. Aptiſſime ad hanc rem Lucretius lib. III. ver. 55.

Quo magis in dubiis hominem ſpectare periclis
Convenit, adverſiſque in rebus noſcere qui ſit.
Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur perſona, manet res.

Ibid. Σὺ θεὸς εἶ ὦ ἄνθρωπε.] Affirmative hoc accipio, ut ſit approbatio magni animi. *Wolfius.*

l. 8. Τί λέγει Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ ψευδομένου.] Laertius in vitâ Chryſippi L. VII, 196. Περὶ τοῦ ψευδομένου, πρὸς Λεοκρέοντα, 5. item, Πρὸς τὰς διὰ τομῆς διαλύσεις ἐ ψευδόμενον λόγον. item, Περὶ ἐ τοῦ ψευδομένου λύσεως. & iſtiuſmodi. Eſt autem ψευδόμενος, fermo, cui quicquid reſpondeas falſum reperietur. Habuit nomen à mentiente: quoniam exempli causâ ſumitur is qui mentitur. uti monet Menagius: quem vide ad Diog. Laert. L. II. ſ. 108. Seneca Ep. XLVI. p. 152. *Quid me detines in eo, quem tu ipſe Pſeudomenon appellas, de quo tantum librorum compoſitum eſt?*

l. 12. Οὕτω καὶ ὑμεῖς.] *Hoc modo vos etiam facitis, Vis recitem*, &c. Hac proſopopœiâ ſophiſticam vanitatem exprobrat Epictetus.

l. 13. Θαυμασῶς, ἄνθρωπε, γράφεις,—σὺ εἰς Ξενοφῶντος χαρακτῆρα,—σὺ εἰς Πλάτωνος.] Haud aliter Horatius Ep. L. II. 2. ver. 87.

——— *ut alter*
Alterius ſermone meros audiret honores.

Et paulo poſt:

Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, niſi Callimachus?

p. 275. l. 1. Ἐπὶ ταῦτα.] Malim ἐπὶ ταυτὰ, & ſic in cæteris etiam. *Wolfius.*

l. 3.

l. 3. Περιλίθεσθε.] Fortaſſis περιλίθεσθε, *proponitis*, niſi pro συγκαλατίθεσθε ſit ſcriptum. *Wolf.* Συγκαλαλίθεσθε rectius credo. Hìc etiam tres iſti locì ponuntur: (ut ſupra) & eſt ibi tertius locus περὶ τὰς συγκαλαθέσεις. *Comes Shafteſburienſis.* Ἐπιδέλλειν, περιθέναι junctim ſæpius leguntur; hìc itaque περιίθεσθε lego. Vide Indicem in voce περίθεμαι.

l. 5. Ἀνώπτε.] Non ἀνώπτεσε.

l. 8. Ἀφὼ λύχνος.] Vide ad p. 108. l. 4.

lin. ult. Τὰς συνηδξεις τὰς Χρυσίππου.] Vide ad p. 23. l. 8. Laertium, ubi ſcripta Chryſippi recenſet.

p. 275. l. 1. Μετὰ τῶν Ἀσπασίου καὶ Ἀρχεδήμου.] Vide p. 185. lin. ult.

CAP. XVIII.

ΠΑΣΑ ἕξις καὶ δύναμις ὑπὸ τῶν καθαλλήλων ἔργων.] Vide p. 212. l. 3. & confer L. IV. c. 12.

l. 7. Ἀπὸ τοῦ τρέχειν.] MS. Par. ὑπὸ: forſ. legendum ἀπὸ τοῦ π. ἢ τ. ἀπὸ τοῦ τ.

l. 8. Ἂν θέλῃ.] Θέλῃς legendum. *Wolfius.* Noſter codex, MS. Par. & Edit. Salm. θέλῃς: alii libri θέλῃ.

l. 9. Ἂν γεωφικός.] Confer p. 212. l. 5.

l. 11. Οὕτω καὶν διαπέσῃς.] Διαπίπτειν alias eſt errare, excidere, fruſtrari. Hìc idem valet quod ἐκλύεσθαι, ceſſare, remolleſcere. *Wolfius.* Διαπίπτειν pro remolleſcere, diffluere, utitur Plato in Phædon. τὸ μὲν σῶμα, ὃ δὴ νεκρὸν καλοῦμεν, προσήκει διαλύεσθαι καὶ διαπίπτειν. Sed pro διαπέσῃς, habet noſter optimus codex ἀναπέσῃς, quam veram eſſe exiſtimo lectionem; nam ἀναπίπτειν eſt in lecto recumbere, ut ſatis notum; atque ita loci ſenſus poſtulat.

p. 276. l. 1. Εἴ τι ποιεῖν ἐθέλεις, ἐκλικὸν ποίει αὐτὸ, ἀλλ' ἔθισον ἄλλο τι πράττειν μᾶλλον ἀντ' αὐτοῦ.] Suſpectus locus, obſcurus certe quidem. In quo vertendo verbis relictis, qualemcunque ſententiam ſum ſecutus. Quaſi eſſet: ἂν δὲ μὴ ἐθέλῃς ἄλλο τι πράττε μᾶλλον ἀντ' αὐτοῦ. *Wolfius.* Qui ſic vertit: *Si quid facere volueris, habitum ejus tibi comparato: ſi quid facere nolueris, omittito; teque conſuefac aliud quidpiam potius ejus loco agere.* At ex noſtro codice totam ſententiam oſcitantiâ librariorum omiſſam reſtitui, εἴ τι μὴ ποιεῖν ἐθέλεις, μὴ ποίει αὐτό. verba autem iſta, εἴ τι ποιεῖν ἐθέλεις ἐκλικὸν, ſic in linguâ vernaculâ ſonant: *If you would make any thing habitual to you*; ποίει αὐτὸ, *id age, in hoc incumbe.* uti p. 373. l. 14. ποίει ἐκεῖνο.

l. 7. Ὅταν πτύσῃς τινὸς ἐν συνουσίᾳ.] *Cùm alicui ſuccubueris in aliquo congreſſu.* Quia ſubjicit, auctam eſſe intemperantiam, vel de gulâ vel de inguine intelligo. *Wolfius.* Male vertit W. *ſi victus à quopiam in congreſſu fueris.* συνουσία hìc eſt, *conſuetudo venerea.* ſic συνεῖναι, *rem habere cum muliere*, aut ut Plautus ad verbum, *eſſe cum muliere.*

l. 13. Οὕτως ἀμέλει καὶ τὰ ἀρρησήματα ἀνοήτως λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι.] Quinam philoſophi? Socrates, inter alios, apud Platonem in Gorgia p. 524, 525. Edit. Steph. ubi de animis defunctorum verba facit.

l. 15. Εἰς αἴδηριν ἀξιῶν.] Lego ἄξων, oratio eo perductura ut ſentias malum. *Wolfius.* Cod. Baſ. * ἀξιῶν in margine * ἀπαξιῶν. & ſic

Schegkius, *Si ratio adhibita ad ſenſum illum cupiditatis, pravitatem ejus reſpuat.* at multo melior Wolfiana lectio videtur.

p. 277. l. 3. Εἰς ταῦτα ἐπάνεισιν.] Fort. ταῦλὰ ut ſupra [p. 274. l. 1.] ὁπὶ ταῦλὰ ἐπανέρχεσθε. *Com. Shaftesb.* Εἰς ταῦλὰ habet noſter codex.

l. 4. Καλαλλήλυ φανλασίας.] M. Ant. VII, 2. Τὰ δόγμαλα πῶς ἄλλως δύνᾶλαι νεκρωθῆναι, ἐὰν μὴ αἱ καλάλληλυ αὐταῖς φανλασίαι σζεδῶσιν; *Dogmata in te aboleri quo modo poterunt, niſi cogitationes his congruæ extinguantur?*

l. 5. Τ.τ..] Non τῦτο.

l. 9. Ἂν μὴ διεραπευθῇ.] Omnes libri quos vidi, excepto noſtro codice, habent ἂν μήτι θ.

p. 278. l. 3. Τὴν πρώτην.] Supple ἡμέραν.

l. 6. Προσέχον.] Variant codices. Noſter codex habet προσέχον. Edit. Ven. προσέχον. Salmant. προσέχων. Baſil. προσέχυ.

l. 8. Ὅτι ὄφελόν τις.] Legit Salmaſius, ὅτι ὄφελον μ[illegible] ταῦτης ἐκοιμήθην! Recte: niſi tertia perſona hìc pro prima uſurpatur; διαλιχῶς. uti apud Horat.

Hunc hominem velles ſi tradere. Utinam quis cum ea concubuerit! (κοιμᾶσθαι *dormire cum aliquâ*, pro *rem habere*, uſurpatur in Enchir. cap. 40.) *Et, Quàm beatus maritus ejus!* Mox ὁ γὰρ τῦτ' incluſive lego. Hoc modo, Ὅτι ὄφελόν τις μέλὰ ταῦτης ἐκοιμήθη! καὶ, Μακάριος ὁ ἀνὴρ ὁ αὐλῆς! (ὁ γὰρ τῦτ' εἰπὼν, μακάριος καὶ ὁ μοιχός.) ὧδὲ τὰ ἑξῆς α.

l. 10. Ὁ γὰρ τῦτ' εἰπών.] Fortaſſis εἰ γὰρ ὁ τῦτ' εἰπὼν μακάριος, καὶ ὁ μοιχός. *Wolfius.* Subintelligitur φησί. Sic paulo infra, Πλάτων μὲν ὅτι, &c. *Com. Shaftesb.*

l. 13. Κορυφήν.] Noſter codex κεφαλήν.

l. 15. Τῷ κυκεῶνι.] Σοφισμάτιον κυκεών, ψευδόμενον, ἡσυχάζον, hìc nominantur. Apud Diogenem Laertium multæ aliæ ſpinæ Stoicorum recenſentur, non explicantur: Ut ὁ σωρείζων λόγος, μέλάπλωσις ἀξιωμάτων καὶ ἀλλήλων εἰς ψεύδη καὶ ἀνλίσροφα, σωπημένα, σωπήμαλα, σωπημένης τροπικῆς ἀμφιβολίας εἰσαγωγικὴ, ἀνλιρρέποντες λόγοι καὶ σωπημένοι, πρὸς τῶν μελαπιπλόντων λόγων πρὸς τὴ μεσόλητ., ἄπορροι διαλεκλικοὶ λόγοι, ὁ ψευδόμενος, ὁ διαλανθάνων, ἡλέκλρα, ἐγκεκαλυμμένος, σωρείτης, κερκαλίνης, φαλακρὸς, ὁ ἀγκιλαιὸς λόγος: & id genus alia portenta, in quibus tractandis & ediſſerendis occupentur ii, qui abundant otio, quique nugis magis capiuntur, quàm rebus ſeriis. Quod patrum noſtrorum ætate vulgo in ſcholis eſſe factitatum, minus miror, cum exemplo ſectæ (ſi diis placet) graviſſimæ niterentur. *Wolfius.* Περὶ κυκεῶνος vide in Capit. ſequente.

p. 279. l. 2. Ὑπὲρ τ ἡσυχάζοντα.] Cic. Acad. L. II. ſ. 29. *Placet enim Chryſippo, cum gradatim interrogaretur, verbi causâ, tria pauca ſint anne multa; aliquanto prius, quàm ad multa perveniat, quieſcere, id eſt, quod ab iis dicitur,* ἡσυχάζειν. Meminit Laertius in Vitâ Chryſippi ſ. 197. Περὶ τ εἰς τὰς ὑπολήψεις λόγων, καὶ ἡσυχαζόντων, πρὸς Ὀνήτορα, Β'. Ubi Menagius, *Anxie quærebat finitorem acervi Chryſippus: quem cum invenire deſperaret, excogitavit* τ ἡσυχάζοντα λόγον: *qui fiebat, cum interrogatus ſuſtinebat ſe, priuſquam ad finem interrogatus perveniret.* Hinc Perſius Sat. VI, 80.

——*Depinge, ubi ſiſtam,*
Inventus, Chryſippe, tui finitor acervi.

l. 3. Μέγα φρονεῖν.] Non μεγαφρονεῖν.

l. 9.

l. 9. Πλάτων μὲν ὅτι ἴθι.] Fortaſſe verbum φησὶ, vel κελεύει deeſt. *Wolfius.* Sed fortaſſe nil mutandum, quia ſubintelligitur φησὶ, ut ſupra in hoc capite μαχάιρᾳ ἢ ὁ μοιχός. *Com. Shaftesburienſis.*

Ibid. Ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις.] Plato de Leg. L. IX. p. 854. Edit. Steph. Ὅταν σοὶ παροξύνῃ τι τῶν τοιούτων δογμάτων, ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις, ἴθι ἐπὶ θεῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ ἱκέτης, ἴθι ἐπὶ τῶν λεγομένων ἀνδρῶν ὑμῖν ἀγαθῶν ξυνουσίας· καὶ τὰ μὲν ἄκουε, τὰ δὲ παρῶν λέγειν αὐτὸς, ὡς δεῖ τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια πάντα ἀνδρὸς τιμᾶν. τὰς δὲ τῶν κακῶν ξυνουσίας φεύγε ἀμελάτρεπτί. καὶ ἐὰν μέν σοι δρῶντι ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα· εἰ δὲ μὴ, καλλίω θάνατον σοι ἀπαλλάττει τοῦ βίου. *Quum in animum tuum hujuſmodi cadit cogitatio, confuge ad expiationes, confuge ad deorum averruncatorum liberatorumque ſacra ſupplex, confuge ad bonorum virorum conſuetudines: ubi partim audias, partim tu quoque dicas, juſta honeſtaque ab omnibus colenda eſſe: improborum autem hominum commercia ita diligenter effugias, ut nullum ad eos te recipiendi relinquas locum. Quæ ſi remedia adhibenti morbus quodammodo quietem præſtiterit,* [bene tecum agetur. De hac ellipſi vide ad p. 124. l. 5.] *ſin minus, mortem tibi inhoneſtâ vitâ meliorem & præſtantiorem ratus, hac te vitâ libera.* Ἀποδιοπόμπησις eſt *ſacrum expiabile*, ab ἀποδιοπομπῶμαι, *expio.* Heſych. Ἀποδιοπομπεῖς· ἀποστρέφεις, ἢ ἀπολέγεσθαι ἐκπέμπεις, (lege εἰσπέμπεις,) μαχόμενον ἀποκαθαίρεσθαι.

l. 10. Ἀρκεῖ.] Sic noſter codex, cæteri omnes ἀρκεῖν. Sed videtur excidiſſe ἤ, Ἀρκεῖ ἢ καὶ: *Plato quidem jubet——ſufficit autem ſi,* &c.

l. 13. Ἄν τε τῶν ζώντων.] Confer Enchir. p. 721. l. 9. &c.

l. 14. Ἀπελθὲ πρὸς Σωκράτην.] Vide Platonis Sympoſium.

p. 280. l. 2. Πρῶτος μὲν ὁ Ἡρακλῆς.] Gymnicorum certaminum auctor perhibetur Hercules. Hic primus Victor: poſt illum autem pugiles ii demùm habebantur, qui & luctâ & pancratio vicerant. Octo tali in certamine pugiles ἐν τῇ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ inveniuntur. Κάρος Ἠλεῖος καὶ πάλην καὶ παγκράτιον ἐνίκα μετὰ Ἡρακλέα, καὶ ἀναγράφεται δεύτερος ὑπὸ Ἡρακλέους. Ῥόδιος——τρίτος ὑφ' Ἡρακλέους.

Πρωτοφάνης Μάγνης, πάλην καὶ παγκράτιον, τέταρτος ὑπὸ Ἡρακλέους, &c. &c. Atque hinc explicatur hic locus.

l. 3 Χαῖρε, παράδοξε.] *Paradoxi*, ſic pugiles ſalutati, qui uno eodemque die victores in Olympicis certaminibus coronabantur, luctâ ſimul & pancratio. *Plutarchus in Compar. Cimonis & Luculli:* ὥσπερ ἐν τοῖς ἀθλητῶν τοὺς ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην ἅμα καὶ παγκράτιον στεφανουμένους, παράδοξον τινὶ ΠΑΡΑΔΟΞΟΝΙΚΑΣ καλοῦσιν. οὕτω Κίμων, &c. Ita hunc Plutarchi locum recte Faber in Agoniſt. L. III, c. 21. legendum monuit. Dio Chryſoſt. Orat. IX. p. 135. τοῦτον δὴ τὸν ἀγῶνα——καρτερὸν ὄντα καὶ παράδοξον. Ubi Caſaubonus, "Cum ſuum hoc certamen vocat "παράδοξον, alludit Diogenes ad "athletas Paradoxos, quorum in li"bris ac lapidibus antiquis fit men"tio." Vide Inſcript. apud Grut. p. CCCXIII. 10.

l. 4. Παίκλας.] *Ludiones.* Quid ſi πύκλας; quia ſequitur πενταθλους. *Wolfius.* Πύκλας ſcriberem, ſi codicum auctoritatem haberem. Vide Fab. Agoniſt. L. III, c. 21. & Gatak. ad Anton. III, 4.

l. 5. Νικήσεις.] Hæc vox abeſt ab editis omnibus, ex noſtro codice ſuppleta.

ſuppleta. Sed quid ſi νικήσας legas? Χαῖρε, παράδοξε, ἐχὶ — νικήσας: *Salve, paradoxe, qui non vicisti*, &c.

l. 8. Τὸ πρῶταν δ' ἀπὸ τῆς ἐξύπνου μὴ συναρπαδῆς.] Sic Ench. cap. 20. ἐν πρώτοις πειρῶ ἀπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπαδῆναι. sic & cap. 16, 19, & 34. Mox quoque p. 281. μῶνον, τάλας, μὴ συναρπαδῆς. & p. 328. l. 7. εὐδὺς συναρπασθεὶς καὶ ἡτ]ηθεὶς ἀπέλθῃ. M. Anton. L. V. ſ. 36. Μὴ ὁλοχερῶς τῇ φαν]ασίᾳ συναρπάζεδς. *Ne imaginatione ullâ temere abripiaris.*

l. 9. Ἀλλ' εἰπὲ, Ἐκδέξαί με μικρὸν, φαν]ασία.] Sic pag. 407. l. 13. ἀνεξέτασον φαν]ασίαν μὴ παραδέχεδς, ἀλλὰ λέγειν, Ἐκδέξαι, ἄφες ἰδῶ τίς εἶ. & Ench. cap. 34. ἐκδέξάδω σε τὸ πρᾶγμα. Vide Com. Shaftesb. Vol. I. p. 320.

l. 11. Μὴ ἐρῇς αὐτῇ παράγειν.] Vide p. 512. l. 9.

l. 13. Ἄλλην τινὰ ἀν]εισάγαγε.] Confer p. 513. l. 2.

p. 281. l. 8. Ὡς τοὺς Διοσκόρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέον]ες.] Caſtor & Pollux, Dioſcuri, Jove nati ex Ledâ, navigantibus ſalutares.

——*Quorum ſimul alba nautis*
Stella refulſit,
Deſuit ſaxis agitatus humor,
Concidunt venti.

l. 13. Ὅση γαλήνη.] Eadem tranſlatione non uno in loco utitur M. Anton. Sic Lib. XII. f. 22. Ὅτι πάν]α ἡ ἀπάλη]ις καὶ αὐτὴ ἐπί σοι. ἆρον ἓν, ὅτε θέλεις, τὴν ἀπάλη]ιν, καὶ, ὥσπερ κάμ]αν]ι τὰ ἄκρα, γαλήνη, τα]αρᾷ πάν]α, καὶ κόλπῳ ἀκύμονι. *Omnia in opinione ſita ſunt: & hæc ipſa in te. tolle igitur, quandocunque volueris, opinionem, &, ſicut promontorium prætervecto, tranquillitas,* [adeſt,] *omnia ſtabilia, & ſinus æſtu immunis.* Sic locus diſtinguendus. Lib. VII. f. 68. Τί γὰρ κωλύει ἐν πᾶσι τούτοις τὰ διάγοντα σώζειν ἑαυτὸν ἐν γαλήνῃ. L. VIII. f. 28. Ὁ πόνος ἤτοι τῷ σώμα]ι κακόν· ἀκῶν ἀποφαινέσθω· ἢ τῇ ψυχῇ· ἀλλ' ἔξεσιν αὐτῇ τὴν ἰδίαν αἰδείαν καὶ γαλήνην διαφυλάσσειν, καὶ μὴ ὑπολαμβάνειν ὅτι κακόν. *Dolor aut eſt corpori malum; quod ſi ſit, corpus id cenſeat: aut animæ; at illi licet etiam inter dolores ſerenitatem ſuam tranquillitatemque ſervare, nec opinari malum eſſe.*

p. 282. l. 3. Ἀεὶ δ' ἀμβολιεργός.] Heſiod. εργ. καὶ ημ. ver. 413.

CAP. XIX.

IN hoc capite inſectatur iſtos philoſophus noſter, qui oſtentationis causâ tam in Logicis, quàm in Ethicis, in philoſophiæ hiſtoriam curioſius inquirant, neque ulla interea propria ſibi ſtatuant dogmata. Vide omnino A. Gell. L. I. c. 2. L. XVII. c. 19. Obſcura autem ſunt nonnulla propter diſputationes ſubtiliores Stoicorum in re logica: conſule Ciceronem de Fato. Obſcura quoque propter errata librariorum. Nam ipſo ſtatim in initio quid hæc ſunt? Ὁ κυβευόων λόγος ἀπὸ τουτέων τινῶν ἀφορμῶν ἠρωτῆδς φαίνε]αι. Lego autem, ἐπὶ τῷ ἠρω]ῆδς: voculis ἐπὶ τῷ à librariis omiſſis: Ita eſſe legendum patet ex p. 279. l. 4. ἐπὶ τῷ τ κυβευόν]α ἐρωτῆσαι. Deinde inſere τῆς articulum: τῆς μάχης, paulo poſt τῷ, τὸ πᾶν: dele articulum τό. Scripſi autem monente noſtro codice,

dice, ἢ τῷ δυνατῷ ἀδυνάτου: cum alii libri perperam dant ἢ τῶ ἀδυνάτῳ ἀδυνάτου. Scribendum quoque, quanquam silent codices, ἢ τῷ, δυνατὸν εἶναι: negativâ particulâ μὴ prorsus deletâ. Nunc locum integrum videamus. Ὁ κυρευόων λόγος ἀπὸ τοιούτων τινῶν ἀφορμῶν ἐπὶ τῷ ἠρωτῆσθαι φαίνεται. κοινῆς γὰρ οὔσης τῆς μάχης τοῖς περὶ τοῦτο πρὸς ἄλληλα, τῷ, Παῦν παρελήλυθὸς ἀληθὲς ἀναγκαῖον εἶναι· ἢ τῷ, Δυνατὸν εἶναι ὃ οὐκ ἔστιν ἀληθὲς ὅτ' ἔσται· συνιδὼν, &c. Cæterùm de hoc loco per literas consultus vir amicissimus Jacobus Harris mihi in hæc verba responsum dedit.

"Ὁ κυρευόων λόγος — Si quis petit hujus nominis rationem, impositum videtur ob rei significatæ dignitatem, nempe à cujus explicatione pendet tota de Casu & Fato, de Libertate & Necessitate disputatio; quâ quid in Ethicâ, immo in omni Philosophiâ gravius? In hâc controversiâ tres erant Stoicis propositiones, quibus hoc peculiare, ut, duabus quibuslibet earum affirmatis, negaretur exinde tertia. Ex. gr. Propositiones sint A, B, C. Positis A & B, negabatur C: positis A & C, negabatur B: positis B & C, negabatur A. Ita fiebant tria diversarum conclusionum argumenta, atque adeo tres inter Stoicos αἱρέσεις sive sectæ pro diversitate harum conclusionum. His singulis patrocinati sunt, alteri Diodorus, (cognomine Dialecticus) alteri Cleanthes, & tertiæ Chrysippus. Inter hos autem omnes convenerat in singulis argumentis conclusionem rectè fieri; id solum quærebatur, quas duas propositiones è tribus assumerent, unde argumentum ducerent; quam propositionem relinquerent, ut in conclusione negaretur.

"Propositiones tales erant.

"1. Παῦν παρελήλυθὸς, ἀληθὲς ἀναγκαῖον.

"*Omne præteritum, rem esse necessariò veram.*

"2. Δυνατῷ Ἀδύνατον μὴ ἀκολουθεῖν.

"*Possibili Impossibile non esse consequens.*

"3. Δυνατὸν εἶναι, ὃ οὔτ' ἔστιν ἀληθὲς, οὔτ' ἔσται.

"*Esse aliquid possibile, quod neque verum est nunc, neque verum erit.*

"Harum propositionum prima satis aperta, obscuriores paululum secunda & tertia.

"Secunda melius tali exemplo liquebit. Dictum hoc, [*Socrates gladio periturus est*] dum Socrates vivebat, fuisse videtur *in futuro possibile:* postquam autem veneno Socrates perierat, tum *in præterito* videtur factum fuisse *impossibile.* Ita in *uno subjecto* (nempe ἐν τῷ *Socratem gladio perire*) misceri videntur duo plane contraria, *Possibile & Impossibile.* Hoc verò per hanc secundam propositionem fieri non potuit. Ait enim Δυνατῷ Ἀδύνατον μὴ ἀκολουθεῖν, *Possibili Impossibile non esse consequens;* seu, quod eodem redit, *Possibile in Impossibile non convertere.*

"Hâc explicatâ propositione, facilior tertia. Affirmat enim id, quod secunda negat, & est quodammodo illius reciprocatio. ait igitur, *Possibile esse aliquid quod nec verum est nunc, nec verum erit in futuro.* Ex gr. Affirmat dictum hoc, [*Mundus aquâ peribit*] possibile esse, quamvis nec nunc aquâ pereat, nec olim periturus sit: "neque

" neque enim neceſſe omnia poſſibi-
" lia revera evenire, ſed fieri poſſe
" eorum aliqua nunquam evenire.

" Nunc ad argumenta tranſeamus,
" hoc prius de naturâ rerum præ-
" miſſo.

" Rerum
" Aliæ ſunt Neceſſariæ, aliæ Con-
" tingentes:

" Neceſſariarum
" Aliæ ſunt neceſſariò Veræ, aliæ
" neceſſariò Falſæ.

Rurſus, Rerum
" Aliæ ſunt Præteritæ, aliæ Præſen-
" tes, aliæ Futuræ.

" Præteritæ videntur pleriſque Ne-
" ceſſariæ, Futuræ verò Contin-
" gentes.

" His autem ita ſe habentibus,
" quicunque tractationem de Fato &
" Libertate à rerum Præteritarum
" contemplatione exordiebantur, hi
" Neceſſitati faventes, (quippe præ-
" teritum omne, ut videtur, neceſ-
" ſarium) in uno ſubjecto Poſſibile
" & Impoſſibile minimè miſceri pu-
" tabant; atque idcirco poſitis duà-
" bus prioribus propoſitionibus, tol-
" lebant tertiam: Hoc eſt, negabant
" *quidquam poſſibile eſſe quod nec ve-*
" *rum eſt nunc, nec verum erit in fu-*
" *turo.* Horum princeps erat Dio-
" dorus Dialecticus.

" Alii rerum Futurarum contem-
" platione eandem tractationem ex-
" ordientes, *Contingentiæ* (ſi fas ſit
" ita loqui) potius, quàm *Neceſſitati*
" favebant. quod enim Futurum, id
" etiam videbatur Contingens. Hi
" ergo tenebant eſſe multa poſſibilia,
" quæ nec nunc vera, neque olim
" vera futura erant. Quod autem
" Poſſibile & Impoſſibile in uno ſub-
" jecto miſceri, durum quiddam &
" haud concoquendum videbatur, ut
" hoc evitarent, ne res quidem præ-
" teritas Contingentiâ carere volue-
" runt. Duabus ergo poſtremis pro-
" poſitionibus poſitis, tollebant pri-
" mam; hoc eſt, negabant *Omne*
" *præteritum, rem eſſe neceſſariò ve-*
" *ram.* Horum è numero præci-
" puus Cleanthes.

" Tertium reſtat philoſophorum
" genus, cui, utcunque Contingen-
" tiam rebus futuris negare nollet,
" tamen præteritis quoque concedere
" ſubabſurdum videbatur. Hi ergo,
" ne ſuâ privarent res præteritas Ne-
" ceſſitate, malebant Poſſibile & Im-
" poſſibile in uno ſubjecto miſceri,
" atque adeo poſitis primâ & tertiâ
" propoſitione tollebant mediam, hoc
" eſt, negabant *Poſſibili Impoſſibile*
" *nunquam eſſe conſequens*; vel, quod
" eodem redit, affirmabant, *Poſſibili*
" *Impoſſibile aliquando eſſe conſequens.*
" Hujus opinionis propugnator Chry-
" ſippus.

" Hæ verò ſententiæ, quotquot
" fuerunt, vel potius fieri potuerunt,
" περὶ Δυναλῶν καὶ Ἀδυνάτων. Aut
" enim, ſecundum Diodorum, tam
" Futura quàm Præterita *Neceſſaria*
" ſunt; aut, ſecundum Cleanthem,
" tam Præterita quàm Futura *Con-*
" *tingentia*; aut, ſecundum Chry-
" ſippum, Præterita quidem *Neceſ-*
" *ſaria*, Futura verò *Contingentia.*

" Atque hæc ſatis ad Λόγον κυ-
" ριεύοντα. Reſtat ut obiter expli-
" cemus Epiſtolam Ciceronis, cujus
" interpretatio ab hâc doctrinâ pen-
" det. Epiſt. 4. L. 9. ita ſcribit
" Varroni ſuo. Περὶ Δυναλῶν me
" ſcito καλὸ Διόδωρον χείνειν. Qua-
" propter ſi venturus es, ſcito neceſſe
" eſſe te venire. Sin autem non es,
" τῶν ἀδυνάτων eſt te venire. Nunc
" vide utra te χείσις magis delectet,
" Χρυσιππείανε an hæc, quam no-
" ſter Diodatus non concoquebat. Sed
" de his etiam rebus, otioſi cum eri-
" mus. Hoc etiam καλὰ Χρύσιππον
" Δυναλὸν eſt.

" Si

" *Si venturus es, ſcito neceſſe eſſe te venire.* Hæc ex Diodori ſen-
" tentiâ, quippe qui negabat τὶ δυ-
" ναλὸν εἶναι, ὃ οὔτ' ὄφειν ἀληθὲς,
" οὔτ' ἔσαι, quique ob hanc rationem
" tenebat omne eventum evenire ne-
" ceſſariò.

" *Nunc vide utra te κείσις magis*
" *delectet,* Χρυσιππείαne *an hæc.*
" *Hæc,* nempe Diodori, qui omnia
" ad Neceſſitatem referebat; an al-
" tera Chryſippi, cui, contra Dio-
" dorum, placebat, Δυναλόν τι εἶ-
" ναι, ὃ οὔτ' ὄφειν ἀληθὲς, οὔτ' ἔσαι,
" quique non idcirco putabat rem
" fieri non potuiſſe, quoniam non
" erat eventura.

" *Sed de his etiam rebus otioſi cum*
" *erimus: hoc etiam* καλὰ Χρύσιπ-
" που δυναλὸν *eſt.* Δωατὸν eſt κα-
" λὰ Χρύσιππον, *Nos de his rebus in*
" *otio diſputare,* ſeu ita forſan eve-
" niat, ſeu non; quia Chryſippo ju-
" dice nonnulla ſint in numero τῶν
" Δυναλῶν, quæ nunquam fiunt. At
" non ita ex Diodori ſententiâ, cui
" Ἀδωάλον eſt, & per omne tem-
" pus Ἀδωάλον fuit nos diſputatu-
" ros, ſi revera non diſputamus:
" ſin verò ullo unquam tempore diſ-
" putaturi ſumus, tum pari modo
" ſemper Ἀναγκαῖον."

l. 11. Καὶ τῷ ἀδυνάτῳ ἀδωάλον μὴ ἀκολυθεῖν.] Etſi me argutias iſtas non ſatis intelligere fateor, tamen quid ſi legatur τῷ δυναλῷ ἀδωάλον, vel quod perinde eſt, τῷ ἀδυνάτῳ δωαλὸν μὴ ἀκολυθεῖν. Nam impoſſibile non eſſe conſequens impoſſibili, quid eſt niſi ταυτολογία inanius? quaſi dicas, Nihilum nihilo eſſe conſequens: aut ut poeta,

Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reverti. Wolfius.

l. 13. Διόδωρος.] Diodorus, Dialecticus dictus. cujus mentio ſæpe fit apud Laertium. Involutum & cornutum differendi genus invenit. Inter Chryſippum & Diodorum erat περὶ ἀδωάτων contentio. Vide Cicer. de Fato cap. VII. & A. Gell. L. XI. c. 12.

p. 283. l. 8. Ἀντίπατος.] Antipater Tarſenſis, Stoicus. de quo Strabo L. XIV. Cicero de Off. L. III. & Academ. II, 46. *Duo vel principes Dialecticorum Antipater & Archedemus.* Sæpius illius facta eſt mentio apud Laertium in vitâ Zenonis.

p. 284. l. 3. Σὺ ἔν, τί;] Auditor. Σὺ ἔν τί; *Tu quid adeo de hiſce rebus* dicis, noſti? Epict. Οὐδὲν γέγονα, &c. *Nihil equidem: in hoc natus ſum, ut,* &c. Ita forſ. legendum.

l. 12. Ἑλλάνικος.] Hiſtoricus. Citat ejus Ægyptiaca Athenæus L. XI.

l. 16. Γέγραφε δ' ἐν Χρύσιππος θαυμασῶς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Δυναλῶν.] Hos Chryſippi libros inter alios quamplurimos citat Diog. Laert. L. VII. ſ. 191. Περὶ Δωαλῶν, πρὸς Κλεῖτον, δ'. *De Poſſibilibus, ad Clitum, quatuor.* Quos reſpexit Cic. in Epiſt. ſupra citatâ. ut monuit etiam Menagius ad Laertium.

p. 285. Ποῖον δόγμα πεποίησαι.] Habent veteres editiones πεποίησαι. Wolfii editiones πεποίηκας. forſan σαυτῷ πεποίησαι, uti infra legendum, p. 286. l. 9. Conſer & ſupra p. 284. l. 4.

l. 9. Ἀλλ' ἐρεῖς ἡμῖν Ἑλένην.] Hæ erant μελεταὶ Sophiſtarum. Vide infra p. 475. l. ult. p. 483. l. 3.

l. 13. Πάσχομεν αὐτό.] Quid patimur? nempe variis de re Ethicâ diſputationibus futiliter operam damus, nullâ propriâ vitæ ratione nobis ſtatutâ.

l. 16. Ἰλιόθεν με φέρων.] Verſus Homeri Od. ι. 39. Proverbialis locutio. A malo in pejus tranſeo: à nugis & ineptiis logicis, in nugas &

ineptias ethicas. Vide A. Gell. L. I. c. 2.

p. 286. l. 8. Διογένης ἐν τῇ ἠθικῇ.] Diogenes Babylonius, Antipatri præceptor, & Stoicus philoſophus. Meminit Cicero de Off. L. III. & alibi. Laert. VII, 39. Καὶ Ἕυδεγμος ἐν τῇ ἠθικῇ ςοιχειώσει φ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος.

l. 11. Ἐν παλαίῳ γυμνάζεσθαι.] Male apud A. Gell. pro γυμνάζεσθαι, χειμάζεσθαι. Vide p. 258. l. 7.

l. 13. Λέγε μοι τὰς θεὰς οἷα.] Omnino lege (uti & monuit ad oram ſui libri Vir Nobilis) Λέγε μοι, τὰς θεάς σοι, οἷα. atque ita repone apud A. Gellium. De hac jurandi formulâ vide infra ad p. 355. l. 2.

p. 287. l. 1. Καὶ σὺ θέλων παίζεις.] F. ἐλθὼν, quod & poſtea inveni in duobus Vet. Cod. A. Gellii. *Comes Shaftesburienſis.*

l. 12. Τίνα ταῦτα ἔλεγες;] A. Gellius, τίνα πρὸς ταῦτα ἔλεγες;

l. 17. Τί Στωικόν.] Vide p. 214. l. 8.

p. 288. l. 4. Πῦ γὰ.] Πῦ γὰ *** ἐν ὑμεῖς, &c. Videntur quædam deeſſe. Vide Wolfii verſionem.

l. 9. Χεῖρον λέγουσι.] Habes χεῖρον ex noſtro codice. fortaſſe autem negativa particula οὐκ infra poſita, revocanda eſt in ſuum locum & ponenda ante χεῖρον: vel potius ἐρωτηματικῶς ſcribendum, hoc modo, τὰ γὰ Ἐπικούρεια αὐτοὶ ἕτοι χεῖρον λέγουσι; τὰ γὰ Περιπατητικὰ οὐκ αὐτοὶ [non αὐτὰ] ὁμοίως ἀκριβοῦσι; *hi ipſi enim Epicuri dogmata pejus recenſent? hi ipſi Peripatetica non æque ſubtiliter tractant?*

p. 289. Τὸν τετυπωμένον.] *Plene & juſte formatum.* ὁ τυπούμενος, *qui formatur.* Sic Seneca de Vitâ beatâ, c. 24. *Cum maxime facio me & formo.* Mox κεκλικότα habes ex noſtro codice & Edit. Salmant. ſed Baſil. exhibet κεκλικότα, *qui ad iſta propendeat:* quæ lectio huic loco magis commoda videtur. Deinceps in verſione ſcribe, pro *culpaturus*, &c. *culpari, fruſtrari, lædi*, &c. Hæc enim ad verbum (*velit*) referuntur: neque de perfecto Stoico loquitur, ſed de eo qui formari incipit.

p. 290. l. 1. Τί οὖν αὐτοῖς ἐμπαίζετε, καὶ τοὺς ἄλλους κυβεύετε;] Quænam in his verbis, καὶ τοὺς ἄλλους κυβεύετε, aut ſtructura aut ſenſus? Repono, τί οὖν αὐτοῖς ἐμπαίζετε καὶ τοῖς ἄλλοις; τί δεῖ τὰ μέγιστα κυβεύετε; *Quid igitur vobiſmetipſis, & aliis imponitis? quid de rebus maximi momenti aleam jacis?* Multa omiſerunt in hiſce exſcribendis diſſertationibus librarii. Confer autem p. 213. l. 15. p. 442. l. 4. Vel legi poſſet, τί κυβεύετε; Vide p. 443. l. 2.

l. 15. Ὅταν ὕλη παρεσι παρακειμένη.] Noſter codex, ὅταν ἰδω τέκτονα καὶ ὕλην παρακειμένην. Et ſupra ἐφορῶντας, alii dant ἀφορῶντας.

l. 16. Μὴ ὕλη ἐστί.] Interpres videtur legiſſe εἰ ὕλη. ſed legendum fortaſſe ἢ ὕλη, vel interrogative & affirmative. *Com. Shaftesb.* Codices habent, ὁ τέκτων ἐστὶ μὴ ὕλη ἐστί. noſter codex in marg. ἐσὼ ἢ, ἄλλως, ἐστὶ ἢ ὕλη ἐστί.

p. 291. l. 7. Διατί οὖν οὐκ ἀνύετε;] Hunc locum ſupplevi ex noſtro codice: vide ad p. 99. l. 1. Tamen illud ἀνύεται ſententiam turbat: ejice itaque, & ſupple αἰτίαν: Hoc modo, Διατί οὖν οὐκ ἀνύετε; εἰπατέ μοι τὴν αἰτίαν; ἢ γὰ παρ' ἐμὲ, ἢ παρ' ὑμᾶς, ἢ παρὰ φύσιν τὸ πράγματος. *Cur igitur non profectum facitis? dicite mihi cauſam? nam vel ego ſum cauſa, vel vos, vel rei natura.*

l. 12. Τί οὖν θέλετε;] Hæc aliter diſtingui poſſunt, & fortaſſe melius. τί οὖν; θέλετε ἀρξ. interrogative. & mox ἀρξώμεθα μόνον.

CAP. XX.

L In. 3. Ἐξανάγκης.] Ita omnes libri, pro ἢ ἀνάγκης, *ex neceſſitate, neceſſariò.*

l. 6. Ἐπάναγκες.] Forſ. ἢ ἀνάγκης. Meibomius. Neſcio, niſi quia ἢ ἀνάγκης præceſſit. Mox quoque idem vir doctus pro τῷ ἀντιλέγοντι legit ἢ ἀντιλέγοντα accuſandi caſu. Neque hìc conjecturam omnino probo. nam refer τῷ ἀντιλέγοντι ad ἐπάναγκες.

l. 10. Ἀναξιόπιστον, οὐδὲ τοῦτο.] Non accipit interrog. Schegkius: *Inertiſſime, quare etiam tuum illud (quod in univerſum negas) verum non erit.* at Wolfius, interrog. *Mancipium, ne hoc quidem?*

l. 13. Οὐδέν ὅτι γνωστὸν ἀλλὰ πάντα ἀτέκμαρτα.] Cic. Academ. L. I. ſ. 13. *Itaque Archeſilas negabat eſſe quicquam, quod ſciri poſſet; ne illud quidem ipſum, quod Socrates ſibi reliquiſſet. Sic omnia latere cenſebat in occulto, neque eſſe quicquam, quod cerni aut intelligi poſſit: quibus de cauſis nihil oportere neque profiteri, neque adfirmare quemquam, neque adſenſione adprobare.* Et de Pyrrhone Laert. L. IX. ſ. 90. Ἀνῄρει δ' ἔφασκε καὶ πᾶσαν ἀπόδειξιν, καὶ κριτήριον, καὶ σημεῖον, καὶ αἴτιον, καὶ κίνησιν, καὶ μάθησιν, καὶ γένεσιν, καὶ τὸ φύσει τι εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν.

l. 15. Οὐδέν.] Adverbialiter. vel οὐδενὶ legendum.

p. 293. l. 1. Ἄλλο.] Sic noſter codex & MS. Par. Wolfii verſio *Alius*, unde quoque poſteriores Editiones ἄλλο. at Cod. Ven. Baſ. & Colon. ἄλλως habent.

l. 4. Ἀναδημαϊκὸς.] Confer Cap. V. Lib. I.

l. 7. Πιστεύει.] Ita noſter codex, MS. Par. & Edit. Salmant. In aliis legitur πίστευοι. minus rectè.

Ibid. Οὕτω καὶ Ἐπίκτητος, κ. τ. λ.] Confer quæ Vir Nobilis, quem ſæpe nomino, ſcripſit in Tractatu ſuo cui titulus *Senſus communis*, Vol. I. p. 117. l. 10. &c. & p. 89, 90, 92. ubi plane hunc Epicteti locum reſpiciens, Hobbeſii noſtratis, philoſophi haud contemnendi, δόγματα ἀκοινώνητα, *ſenſuque communi* carentia, examinat.

l. 15. Μήτι χεῖρον ἀπαλλάξεις.] Angl. *Will you fare the worſe if*, &c.

p. 294. l. 2. Καὶ πολὺ κρεῖσσον καὶ ἀσφαλέστερον.] Supple ἀπαλλάξεις. Angl. *You will fare both better and ſafer.*

l. 4. Τί ὑπὲρ ἡμῶν φροντίζεις;] Confer p. 113. l. 1. &c. & vide quæ ibi annotantur.

l. 8. Μή τις ἄλλην ὐσίαν.] Vide p. 150, 650.

l. 10. Τὰ τῆς σκώληκος ποίει, ὧν ἄξιον.] *Facito ea quæ ſunt vermis.* Imitare vermem, qui ſcilicet in ſuo foramine deliteſcens, alios vermes non curat. ὧν ἄξιον. fortaſſis ὦ, ſcilicet σκώληκος. vel ὦν, ſcilicet τῶν τῆς σκώληκος. *Wolfius.* ὧν habet noſter codex.

l. 11. Ἔδιε καὶ πίνε καὶ συνουσίαζε.] Confer Arrian. de exp. Alex. L. II. p. 67. Edit. Gron. ubi meminit inſcript. Sardanapali, ἔδιε καὶ πίνε καὶ παῖζε. — ubi παῖζε eſt, συνουσίαζε. atque ita Anacreon Ode XI. Et Horatius eodem ſenſu hæc tria verba uſurpat, L. II. Epiſt. 2. *Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atque bibiſti.* ubi *Luſiſti* nequiori ſenſu dicitur.

p. 295. l. 2. Ἐπαοιδένλες.] Ἐπᾴδω vel ἐπαείδω, *incanto:* ut ἐπῳδὴ & ἐπαοιδὸς, vel ἐπῳδὸς, *incantamentum*, & *incantator*. Wolfius.

Ἐπαείδω potius eſt poeticum vocabulum; quare legerem ἐπᾳδήσεις, ſed non muto ſine librorum auctoritate. Magnam autem vim ineſſe incantatorum vocibus credebant antiqui. Vide Eraſm. adag. *Incantatione quavis efficacius.* Notandum interea eſt quod ait ἐπᾳδήσεις ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν. Eodem modo quærit Cebes in Phædone p. 78. A. Unde, Socrate mortuo, inquit, τῶν τοιούτων ἀγαθὸν ἐπῳδὸν λαμβάνομεθα. Alludit autem ad veterem morem incantationum: de quibus Homer. Οδ. τ'. 457. & Virg. VII, 757. Sophocl. Aj. 41. Vide Alceſt. Euripid. ver. 968. & ibi Barneſium. Sic ſupra p. 139. l. 13. μηνύσαι ἐπαοιδήν. Et Horat. Epiſt. L. I. 1. ver. 34.

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi depellere partem.

l. 6. Ἀποκρύπτεσθαι πολὺ μᾶλλον.] Videtur interponendum καὶ πολύ. & non multo poſt τὰς παραβαλικῶς αὐτῆς ἐχούσας. *Wolfius.*

l. 9. Ἵνα σοὶ πάντα τηρῆται.] *Ut omnia tibi conſervarentur.* Non ſatis aſſequor quid hæc verba ſibi velint. Utrum, ut omnia bona tibi deferantur? an verò, ut dogma tuum cum vitâ conſentiat? *Wolfius.* Prior interpretatio haud dubie recta.

l. 12. Παραβαλικῶς αὐτὴν ἔχουσας.] Αὐτῆς legit Wolfius. Quia (ut credo) in hac ſignificatione ſæpe conſtruitur ἔχω cum Genitivo caſu: & quia ſic infra παραβαλικώτερον αὐτῆς ἔχουσιν. At ibi noſter codex αὐτὴν habet. Eodem modo uterque locus ſcribendus: cumque accuſandi caſu commodè αὐτὴν legi poſſet, & ſic exhibet noſter optimus codex, ita edendum curavi.

l. 14. Διειληφότων.] Wolf. *Qui iſta docetis.* Schegkius, *Qui iſta diſputatis.* Utitur Ariſtot. in Ethic. Lib. VI. cap. 9. Δεῖ δὲ διαλαβεῖν καὶ περὶ εὐβουλίας. *De bona conſultatione, diſtinctione adhibitâ, videndum.*

l. 15. Αὐτόν.] Epicurum.

lin. ult. Φύσις ἑλκυσθὲν ἐπὶ τὸ αὐτῆς βέλημα.] Eleganter admodum & Stoicæ doctrinæ commodiſſima vox ἑλκυσθὲν adhibetur. Naturæ parendum eſt nolentibus volentibus: ſi volentes pareamus, ſi ſequamur; hoc eſt Philoſophi, liberi, ſapientis: ſi nolentes trahimur; hoc eſt Miſeri, dolentis, ſervi. Confer Ench. Cleanthis verſus Cap. LII. Sic p. 12. l. 11. ὑπ' εὐδηλὸς ἔτως εὑρήσομεν τὸ ζῶον ΕΛΚΟΜΕΝΟΝ ὡς ἐπὶ τὸ εὔλογον. Notes autem hìc φύσις ἑλκυσθὲν. Ibid. τὸ εὔλογον. *Nunquam* enim *aliud Natura, aliud Sapientia ſuadet.*

p. 296. l. 2. Ὅτι γὰρ δοκεῖ σοι ταῦτα τὰ ἀκοινώνητα.] M. Ant. L. III. ſ. 5. Μήτε ἀκύριος ἐνέργει, μήτε ἀκοινώνητος. *Neque invitus quicquam agas, neque ſocietatis communis immemor.* Ἀκοινώνητος eſt uti monet Gatak. ad L. II. ſ. 2. *qui à naturæ communis generiſque humani communione ac commoditate alienus eſt.* Quibus contraria paſſim inculcant Stoici. Pulcherrimus eſt locus L. IX. ſ. 9. ubi ait ὅσα κοινῇ τινὸς μετέχει πρὸς τὸ ὁμογενὲς πρόσω. τὸ γεῶδες πᾶν ῥέπει ἐπὶ γῆν: id quod facere amant cætera elementa; proinde quicquid Naturæ intellectualis eſt in commune particeps ad ſibi cognatum pariter vel multo magis promptè fertur: quo enim præſtantius aliis rebus, eo promptius. Hinc apud irrationalia, exiſtunt examina, armenta, &c. apud rationalia, reſpublicæ, familiæ, amicitiæ, &c. Tum addit, μόνα γὰρ τὰ νοερὰ νῦν ἐπιλέλησται τὸ πρὸς ἄλληλα πρόσω καὶ συννεύσεως καὶ τὸ σύρρουν ὥδε μόνον ὑ βλέπεται. ἀλλ' ὅμως καί τοι φεύγοντες τὸ κατα-

ταλαμ-

ταλαμβάνονται. ΚΡΑΤΕΙ ΓΑΡ Η ΦΥΣΙΣ. His contraria docuit olim Epictetus, & apud noſtrates Hobbeſius, Nullam eſſe naturâ ſocietatem, Hominem homini eſſe Lupum, &c. Cicero Epiſtol. ad Trebatium Juriſconſultum. *Indicavit mihi Panſa meus, Epicureum te eſſe factum. O caſtra præclara! —— Sed quonam modo Jus civile defendes, cum omnia tuâ cauſâ facias, non civium? ubi porrò illa erit formula fiduciæ, Ut inter bonos bene agier oportet? Quis eſt enim bonus, qui facit nihil, niſi ſuâ cauſâ? quod jus ſtatues communi dividundo, cum commune nihil poſſit eſſe apud eos qui omnia voluptate ſua metiuntur.*

l. 4. Κατήγορος γένος τῶν σαυτοῦ δογμάτων.] Vide Comitis Shaftesburienſis Vol. I. p. 118. l. 3. & ſupra p. 92. l. 10.

l. 5. Ὀρέστην ὑπὸ Ἐριννύων ἐλαυνόμενον.] Virgil. *Furiis agitatus Oreſtes.* Vide Eurip. Oreſt. ver. 211, &c.

l. 10. Ὡς τὺς Γάλλους ἡ μανία καὶ ὁ οἶνος.] *Tanquam Galli vino aut inſaniâ perciti.* Conſcientia mille teſtes. Galli ſacerdotes Cybeles, qui incitati mente ſibiipſis amputarunt virilia. Apud Catullum à ſomno expergefactus Atys, ſuam dolentiſſime miſeriam conqueritur, quòd ita nimirum ſe mutilaverit. Iſtud percommodè hoc loco transfert ad Epicurum, qui virum exuit ſtudio voluptatum, quibus conſtat effœminari homines. *Sebegkius.*

Ibid. Ὥσπερ τὺς Γάλλους ἡ μανία καὶ ὁ οἶνος.] Fortaſſis omiſſum μεθυσθέντας vel μεθύοντας: ut Gallos (Cybeles ſacerdotes) furor, aut ebrios vinum cogit efferre arcana. *Wolfius.*

l. 12. Πῶς γὰρ δύναται ἄμπελος μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι;] Eandem vide alluſionem p. 562. l. 4. Mox forſan ἡ ἐλαία pro ἡ ἐλ.

l. 15. Οὐδ' ἄνθρωπον οἷόν τε παντελῶς ἀπολέσαι τὰς κινήσεις τὰς ἀνθρωπικάς.] Cicero de Amicitiâ. *Quinetiam ſi quis eâ aſperitate eſt, & immanitate naturæ, ut congreſſus & ſocietatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus, tamen is pati non poſſit, ut non acquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ.*

l. 16. Οἱ ἀποκοπλόμφοι.] Ii quibus præciduntur virilia, caſtrati, ὧν ὤρη μὲν ἀπαμβλύνεται, θυμὸς δὲ μένοινᾶ, ut ait Homerus περὶ τ' πολιοκεθάρων γενέων. ab ἀποκόπλομαι, ſunt apud Julium Firmicum ἀπόκοποι. *Wolfius*

p. 297. l. 3. Καὶ πολίτης.] Lactantius Lib. III, 17. De Epicuro. *Deſidioſum vetat literas diſcere — ignavum* [lege cum MS. *ignarum*] *prohibet accedere ad remp. pigrum exercere, timidum militare.*

l. 5. Ἀταλαίπωρος.] Vide Indicem in v. & confer p. 30.

l. 8. Τίς ἡ ἀτυχία.] Sic diſtingue, Τίς ἡ ἀτυχία; λαβών τις παρὰ τῆς φύσεως μέτρα καὶ κανόνας εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, ἃ περιφιλοσοφεῖ τούτοις περιδεῖναι καὶ περισπάσαντος τὰ λείποντα· ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, (ἔτι καὶ ἐκεῖ γνωσικὸν τῆς ἀληθείας) ἐξαιρεῖν πειρᾶται καὶ ἀπολλύειν.

p. 298. l. 6. Ἡμῶν.] Repone ἡμῖν cum Cod. Ven.

l. 7. Τὸ εὐσεβὲς —— καταψεύσμα ἀλαζόνων ἀνθρώπων καὶ σοφιστῶν, ἢ νὴ Δία νομοθετῶν.] Religio (ſecundum Hobbeſium noſtratem) eſt timor poteſtatum invifibilium ex fabulis auctoritate comprobatis. Vide autem quid Siſyphus dicit hac de re apud Euripidem p. 492, 3. Ed. Barneſii.

l. 14. Λάβε νῦν.] Λάβε, τουτέστι μάνθανε. uti apud Latinos *Accipe.* Horat.

Horat. Sat. L. II. 2. 70. & alibi. Polyænus, ἑλὼν ἀιχμάλωτον ἔλαβε παρὰ τούτου. *è captivo didicit.* Philemon in Clerici Edit. p. 356. Ἐι μὲν λάβη τοῦτ', &c. ubi male legit Bentleius εἰ μὲν λαλῇ. Sic enim in lingua vernacula dicimus, *If he takes the matter thus*, &c.

p. 299. l. 1. Ταῦτά σοι πεπονθότας.] Τἀυτά σοι legendum. *Wolfius.*

l. 4. Ταῦτα τὰ πείσματα.] *Has perſuaſiones.* Apud Homerum πείσματα ſunt funes nautici. *Wolfius.*

l. 9. Αθηναῖοι δὲ τὴν πόλιν διὰ ποίους ἄλλους λόγους ἀπέλιπον;] Cicero de Off. L. III. c. XI. *Athenienſes cùm Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerentque, ut urbe relictâ, conjugibus & liberis Træzene depoſitis, naves conſcenderent, libertatemque Græciæ claſſe defenderent: Cyrſelum quendam ſuadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt.* Cornel. Nepos in vitâ Themiſtoclis. *Cujus de adventu* [ſc. Xerxis] *cùm fama in Græciam eſſet perlata, & maximè Athenienſes peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam; miſerunt Delphos conſultum, Quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit, ut mœnibus ligneis ſe munirent. Id reſponſum quo valeret, cùm intelligeret nemo, Themiſtocles perſuaſit, conſilium eſſe Apollinis, ut in naves ſe ſuaque conferrent: eum enim à Deo ſignificari murum ligneum. Tali conſilio probato, addunt ad ſuperiores totidem naves triremes; ſuaque omnia, quæ moveri poterant, partim Salaminam, partim Træzenem aſportant: arcem ſacerdotibus, pauciſque majoribus natu, ac ſacra procuranda tradunt: reliquum* [fort. *reliqui*] *oppidum relinquunt.* De hac re geſtâ haud ſilent ſcriptores Græci. Unum locum ex Lyſia adducam, extat in p. 48. elegantis nuperæ editionis. Δυοῖν δὲ προκειμένοιν, πότερον χρὴ τὴν πατρίδα ἐκλιπεῖν, ἢ μετὰ τῶν βαρβάρων γιγνομένους καταδουλώσασθαι τοὺς Ελληνας, ἡγησάμενοι κρεῖττον εἶναι μετ' ἀρετῆς καὶ πενίας καὶ φυγῆς ἐλευθερίαν, ἢ μετ' ὀνείδους καὶ πλούτου δουλείαν τῆς πατρίδος, ἐξέλιπον ὑπὲρ τῆς Ελλάδος τὴν πόλιν. *Duabus verò propoſitis conditionibus, utrum ſcilicet deſerenda ſit patria, an initâ cum Barbaris ſocietate Græcos in ſervitutem redigerent; rati potiorem eſſe cum virtute, cum inopiâ & fugâ libertatem, quàm cum opprobrio & divitiis conjunctam patriæ ſervitutem, deſeruere pro Græciâ urbem.*

l. 12. Καθιεράσιν αὐλοῖς.] Noſter codex αὐλοῖς, uti legendum. Scribe quoque προφήτας.

p. 300. l. 6. Ὑπ' αὐλῆ.] Γρ, ὑπὸ τῷ δεσπότου, noſter codex in margine: ſed hæc lectio Gloſſema eſt: Ὑπ' αὐτῷ, *à domino.* Vide ad p. 107. l. 12.

l. 8. Ἕβαλον ἂν γάριον.] Wolfius in verſione, *Caperem garum.* Hoc eſt, litteris tranſpoſitis ἔλαβον ἄν. Confer p. 141.

l. 10. Ἀδιάκριτος, ὁμοιοπάτη.] Copula omittitur. Eleganter.

l. 11. Νὴ τὴν σὴν τύχην.] Vide ad p. 532. l. 15.

lin. ult. Τρεῖς, τέτταρας τῶν συνδέλων.] Ita omnes codices: non τρεῖς ἢ τέτταρας.

p. 301. l. 1. Ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ῥηγνύμενον, ἢ μεταθέσθαι.] Theocritus ἀπάγξασθέ με ποιήσεις. Vide autem ad p. 251. l. 5. ubi ῥῆξαι eodem ſenſu ut hìc ῥηγνύμενον.

l. 7. Ἐι ἔστι τὶς Δημήτηρ, ἢ Κόρη, ἢ Πλούτων.] His nominibus æque ac οἱ Πόλλοι, uſi ſunt Stoici: at ſenſu proprio & philoſophico. Spiritum illum, qui intus τὸ ὅλον alit, & magno ſe corpore miſcet, vim ſuam in

in mari & undis exercentem, Neptunum vocabant; in terris, Cererem; in infernis, Plutonem, &c. &c. nunquam non patriis legibus obtemperantes, patrios Deos colentes. Aliter ſe gerebant, aliter dicebant Epicurei, *Lucum ligna, virtutem verba.*

l. 14. Στόμαχον γυμνάσαντες.] Vomitus eſt ſtomachi exercitatio. ſolebant veteres ex præſcripto medicorum cibum coctum evomere.

lin. ult. Καταβραχὲς.] Fortaſſe καταβραχύ. nam alterum à καταβρέχω, huc non convenit. *Wolfius.* Καταβραχὺ, noſter codex. Habes autem μήτις pro μήτι ex cod. Salmant.

p. 302. l. 2. Πάντας.] Noſter codex πάντα.

l. 3. Παρέσχωμεν.] Legendum παρέσχωσι. niſi perſonarum ſit mutatio. ut ſæpe in his diſſertationibus uſu fit.

l. 8. Καλά σε.] *Ut tua fert opinio.* Lucian. in Hermol. ταυτὶ μὲν ὦ Λυκῖνε βωμολοχικὰ, καὶ ὁ καλὰ σε. Mox deeſt ἀισχρὸν, patet ex ſententiâ, ἀγαθὸν ἢ καλὸν, ἀισχρὸν ἢ κακόν.

l. 9. Τί ἔστι τούτων.] Vide ad p. 30. l. 13. Οὐδὲν ἔστι τούτῳ διαλέγομαι. At hìc pro τί ἔστι, noſter codex τί ἂν ἔστι, atque ita reponendum.

l. 12. Μᾶλλον τὲς κιναίδους.] Vide pag. 31. l. 7.

l. 14. Ἀποξυλωμένους.] Sic Ariſto Stoicus apud Laert. L. VII. 163. πρὸς δὲ τὸν φάσκοντα Ἀκαδημαϊκὸν οὐδὲν καταλαμβάνειν, Ἆρ' οὐδὲ τὸν πλησίον σε καθήμενον ὁρᾷς; ἔφη, ἀρνησαμένου δὲ,

Τίς δέ σ' ἐξύφλωσεν (ἔφη) τίς ἀφείλετο λαμπάδα καὶ αὐγάς;

Academico cuidam quicquam ſe comprehendere neganti: Ergone, inquit, nec hunc juxta te ſedentem vides? negante illo:

Quid cæcutis, ait, oculis quis lumen ademit?

CAP. XXI.

PAg. 303. Περὶ ἀνομολογίας.] Vide ſupra ad p. 246. l. 8.

l. 5. Πάντων ἀκύσεις λεγόντων.] Hæc abſunt à noſtro codice. & commode abeſſe poſſunt. Οὐδεὶς ἂν ὁμολογήσει, ὅτι ἄφρων ἐστὶν ἢ ἀνόητος· ἀλλὰ πᾶν τὐναυλίον, Ὄφελον κ. τ. λ. *Nemo igitur ſtultum eſſe atque vecordem fatebitur; ſed contra omnino,* [ſc. fatebitur dicens] *Utinam,* &c. Mox autem ejuſdem codicis autoritate inſerui με, nempe εὑρήσως με μωρὸν, quæ vocula in reliquis deſideratur libris.

l. 12. Ἐλεήμονα.] Vide ad p. 98. l. 4.

p. 304. l. 8. Ὅτι φαντάζονται.] F. ὅτε φαντάζονται, *cùm exiſtiment.*

l. 10. Κἂν ἀκεραῖῃ τὶ ᾖ.] Corruptus haud dubie locus: quem ut aliqua ſententia poſſet elici, ita converti, quaſi ſcriptum inveniſſem: Κἂν ἀκεραῖῃ δὲ παρομολογεῖ τὶς αὐτὸν, ἔρωτα προσέθηκεν, ὥστε συγγνωσθῆναι ὡς ἐπ' ἀκυσίῳ. τὸ δ' ἄδικον οὐδαμῶς φαντάζονται ἀκούσιον. ἔτι τί καὶ τῷ ζηλοτύπῳ, ὡς οἴονται τὸ ἀκούσιον. *Wolfius.* F. Κἂν. ἀκεραῖῃ τε παρομ. &c. ſupra [ad p. 108. l. 8.] *Comes Shaftesburienſis.* Noſter optimus codex emendationem Wolfii confirmat legentis ὡς οἴονται, pro ὡς οἷόν τε, in cæteris

teris nihil adjuvat. assentior quoque viro nobili qui pro τὶ ϗ legit πϗ: quæ particula ϛοχαϛικῶς accipitur. Nunc totum videamus locum. Κἂν ἀκριτῇ πϗ παρομολογῇ τὶς αὐτὸν, ἔρωτα προσέθηκεν, ὥϛε συγϛνωσθῆναι ὡς ἐπ' ἀκυσίῳ. τὸ δ' ἄδικον ὑδαμῶς φαντάζονται ἀκούσιον. ἔνι τὶ ϗ τῷ ζηλοτύπῳ, ὡς οἴονται, τὸ ἀκουσίως κ. τ. λ. Mox pro διατῦτο, noster codex, δίο, quod magis probo, quippe sequitur περὶ τύτυ. Cæterum Græcum Epigramma extat haud à sensu hujus sententiæ alienum:

Οὐκ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένϘ· ἀλλ' ἀκολάϛως
Ψυχαῖς ἀνθρώπων ἔϚ' ὁ ἔρως πρόφασις.

p. 305. l. 3. μή πϗ ϗ αὐλὸς εἷς εἰμὶ ἐκείνων.] Hor. S. L. I. 14. 136.

——— *Numquid ego illi*
Imprudens olim faciam simile?

l. 11. Κορύξης μεϛός.] Vide Erasm. adag. *Emunctæ naris. Muccosis naribus.*

p. 306. l. 1. Καϛαϛολὰϛ ποιήσας.] Κατασολαὶ & de ornatu & de vultu possunt intelligi. Quare utrumque conjunxi. *Wolfius.* Hoc autem in loco καταϛολὰϛ ποιήσας, est, si verbum verbo reddas, *mihi faciens inhibitiones*, i. e. mecum disputans & argumentationes meas cohibens, tanquam ipse esses è philosophorum grege.

l. 3. Πῶς τί ποτ'.] Dele τί: πῶς ποτ' ἐφ'.

l. 7. Τὰ λέγουϛιν.] F. τί interrogative. *Com. Shaftesb.* sic edit. Salmant.

l. 11. Ἐπανελθεῖν.] *Redire.* sc. domum. Quæ lectio est nostri codicis & MS. Par. editi ἐπελθεῖν.

p. 307. l. 3. Οὐ γὰρ ὡς ἀποθνϗόμενοι.] Ita scripsi jubentibus nostro codice & MS. Par. rejectis aliorum librorum lectionibus, qui deletâ ϗ negativâ particulâ dant, ὡς γὰρ ἀποθνϗόμενοι.

l. 5. Πόθεν;] *Nequaquam.* Vide Suid. in voce. ϗδ' ἐγγύς, Glossema videtur. Supra ἔρχεϖδε; interrogative.

l. 8. Οὐ φλυαρότεροι γίνεϖδε;] Vide supra p. 285. l. 6.

l. 10. Συλλογιϛμὺϛ ἀναλύετε.] Οὐ συλ. interrogative.

l. 12. Οὐκ ἐφοδεύϵϛε ψευδομένυ λήμματα ὑποθετικά.] Fortasse ϗ ὑποθετικά; *Wolfius.*

l. 15. Στρεβλᾶϖζ.] Non ϛεβλ.

Ibid. Τῶν περιττωμένων.] Stoici verbis quaſi privatis ac ſuis utebantur. Confer adeo indicem in his vocibus. Nota interea actionum diſtinctionem & diviſionem. α'. Partim, inquit, fiunt περιγραφῶς. vide Gatak. ad M. Anton. III, 11. β'. τὰ δὲ καλὰ πράξασιν. Πράξεις & πρακτὰ πράγματα ſunt res ita circumſtantes ut nobis negotium, moleſtiamque faceſſant. vide Phrynicum in voce. M. Anton. I, 15. IX, 13. Diog. Laert. in vitâ Zenonis ſ. 109. καὶ τὰ μὲν εἶναι καθήκοντα, ἄνευ πράξεως, τὰ δὲ πράξιμα· καὶ ἄνευ πράξεως τάδε, ὑγιείας σπουδὴν καὶ αἰσθητηρίων, καὶ τὰ ὅμοια. καλὰ πράξασιν δέ, τὸ πηρῶν ἑαυτὸν, καὶ τὴν κτῆσιν διαρρίπτειν· ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν πρὸς τὸ καθῆκον. Cicer. de fin. III, 18. *Sed cum ab his omnia proficiſcantur officia* &c. ad ſect. 19. γ'. τὰ δὲ κατ' οἰκονομίαν. vide p. 53. l. 16. & M. Anton. XI, 18. πολλὰ γὰρ κατ' οἰκονομίαν γίνεται. atque ibi Gatakerum. δ'. τὰ δὲ καλὰ συμπεριφοράν. Συμπεριφορὰν *eſt alienæ voluntati ſe accommodare:* & συμπεριφορὰ *eſt talis morum conformitas.* Laertius de Zenone, VII, 13. ἣν τε, φασὶν, εὐσυμπεριφορόν. idem ſ. 108. καθήκοντα μὲν εἶναι, ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν·——συμπεριφέρεσθαι φίλοις. vide indicem. ε'. τὰ δὲ κατ' ἕνασιν. vertit Mer. Caſ. ad Anton. XI, 18. *ex obſtinatâ animi,* vel, *propoſiti tuendi firmitate,* ut idem ſit Arriano κατ' ἕνασιν, quod Antonino καλὰ προτάξιν. Mihi quidem hæc interpretatio non placet, namque ἕνστασις eſt *propoſitum, inſtitutum, vitæ modus:* patet ex Laert. VI, 103. ubi Cyniſmum ait eſſe αἵρεσιν, ἣ, καθά φασί τινες ἕνστασιν βίου: *conſtantiam vitæ* vertit interpres, parum recte, ut videtur: innuit Cyniſmum non eſſe proprie ſectam à Stoicis diverſam, ſed ſi quid ſit diſcriminis, id eſſe tantum in vitæ modulo atque ratione; eſſe ἕνστασιν potius quàm αἵρεσιν. nam philoſophandum eſt vel cum tunicâ, vel ſine tunicâ; ſecundum vitæ modulum & rationem, ſeu propoſitum.

l. 15. Δύο ταῦτα ἐκλεῖν τῶν ἀνθρώπων.] Supple μέμνησο, ὄφελε aut aliquid hujuſmodi.

Ibid. Οἴησιν.] Vide initium cap. XVII. Lib. II. & ejuſdem Lib. cap. XI. in initio.

p. 417. l. 3. Μὴ δυνατὸν εὑρεῖν.] Legendum eſſe εὑρεῖν, docent ea quæ ſequuntur. *Wolfius.* Vide & Gatak. ad M. Ant. VI, 19.

l. 5. Πρῶτον ποιεῖ.] Malim ἐποίει Σωκράτης. *Wolfius.*

l. 10. Κρείσσων εἰμί σου, ὁ δὲ πατήρ μου ἰταλικός.] Confer Ench. cap. XLIV.

CAP. XV.

PAg. 418. l. 10. Ἑκάστυ ἔργυ.] *Cujuſque ſuſcepti operis.* In aggrediendo magnam aliquam rem uti ſimus cauti, admonemur etiam Evangelica parabola, qua proponitur nobis exemplum eorum qui ædificando aut pugnando prius ſumptus ſupputant, quàm negotium aggrediantur. Et Plato Lib. X. de Republica, idem propemodum his expreſſit verbis: ἐχ οἱ μὲν δεινοί τε χὴ ἄδικοι δρᾶσι, ὅπερ οἱ δεξιῶς, ὅσοι ἂν θέωσιν εὖ ἀπὸ τῶν κάτω, ἀπὸ τῆ τῶν ἄνω μὴ τὸ μὲν πρῶτον ὀξέως ἀποπηδῶσι, τελευτῶντες τῆ καλαγέλασοι γίνονται, τὰ ὦτα ὑπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες, χὴ ἀσεφάνωτοι ἀπίρέχοντες. *Schegkius.*

Ibid. Ἑκάστυ ἔργυ.] Vide Ench. c. XXIX. p. 709. ubi perperam librarius exſcripſit, quæ ad hunc locum pertinent. nam totum iſtud in Ench. caput hujuſce eſt apographum: quin & deeſt in nonnullis codicibus manu exaratis, neque agnovit Simplicius. Cæterùm ex mutuâ collatione luculentior & emaculatior fiet contextus.

l. 11. Ἔρχυ ἐφ' αὑτό.] Lege ἐπ' αὐτό. *Wolf.* ſic in Ench.

l. 14. Ἀναφανέντων τινῶν, αἰχρῶς ἀποσήσυ.] In Enchiridio legitur, ἀναφέντων τινῶν αἰχρῶν ἀποσήσυ, vel αἰχωθήσυ. ſed melius, ἀναφανέντων τινῶν, ſcilicet τῶν ἐξῆς· ſi qua evenerint, quæ cum illo negotio ſunt conjuncta. ſi difficultates & moleſtias expertus fueris, turpiter deficies, deſiſtes, mutabis conſilium. ſunt & alia hîc mutata, quæ XXVI. cap. Ench. Oporinianæ editionis aliter leguntur, quæ, modo ſententia conſtet, annotare ſupervacaneum fuerit. *Wolfius.*

p. 419. l. 1. Θέλω Ὀλύμπια νικῆσαι. Καλῶ, νὴ τὺς θεύς· κομψὸν γάρ ὄνειρ. ἀλλὰ σ.] Hoc modo conſtitui debet hæc ſententia: ſciet lector paulo verſatior in hiſce diſſertationibus. Confer Ench. p. 710. l. 3. ubi pro θέλεις prorſus legendum θέλω.

l. 3. Ἀναγκοφαγεῖν.] Erant horæ præſcriptæ quibus athletæ victum ſumerent. hunc victum βίαιον τροφὴν, & ἀναγκαιοφαγίαν appellat Ariſtot. Polit. L. VIII. c. IV. Heſych. Ἀναγκοφαγεῖν, πρὸς ἀνάγκλω ἐσθίειν, ὅπερ ἀθληταὶ πάχυσι. Vide Galen. Περὶ ρεπῆ. Athenæum L. X. p. 413. Reſpexit ad hanc ἀναγκοφαγίαν Cicer. Tuſ. D. II, 16. *Subduc cibum unum diem athletæ——— ferre non poſſe clamabit.* Reſpexit quoque Arrianus ſupra p. 399. l. 3. Εἰ ἔφαγες ὅσα δεῖ. & infra p. 437. l. 10.

l. 6. Μὴ οἷον ὅτ' ἔτυχεν ἁπλῶς. ἰαλρῷ γάρ.] Legendum, μὴ οἶνον ὡς ἔτυχεν, ἁπλῶς ὡς ἰαλρῷ. *Wolfius.* MS. Par. & noſter codex οἶνον, ſic ench. Ad rem Horat. Art. Poet. 412.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer; ſudavit & alſit;
Abſtinuit Venere & vino.

ſupra ἐν καύμαλι, ἐν ψύχει, Horat. *ſudavit & alſit.*

l. 7. Ἐπισάτη.] De Epiſtata, vide Pet. Fab. Agoniſt. L. II. c. V. ubi laudans hunc Arriani locum, addit, non alios fuiſſe quàm epiſtatas ipſos athletis medicos, hoc eſt, Jatraliptas: cujus nominis & apud Celſum L. I. c. 1. & apud utrumque

que Plinium crebra mentio. Vide etiam Lipſ. Saturn. L. I. c. XIV.

l. 8. Εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παερρύσεσθαί ἐσιν, ὅτι χεῖρα ἐμβαλεῖν, ὀφρυῶ στρέψαι, πολλῶ ἀφλῶ καλαπιεῖν, μασιγωθῆναι, ἢ μετὰ τούτων πάντων ἐὰν ὅτε νικηθῶσι.] Hic locus etiam in enchiridio, quo hinc tranſlatus eſt, mendis carere non videtur. τὸ παερρύσεσθαι, fortaſſis ἐλλειπτικῶς, oculum effodi ſignificat, ut intelligatur ὀφθαλμόν. Pro ὅτιν ὅτε χεῖρα ἐμβαλεῖν, legunt alii λαβεῖν, alii βαλεῖν. ἐμβαλεῖν planè ad ſenſum nihil facit. Nam niſi manus adverſario injiciatur, quæ lucta aut pugna erit? Nihilo aptius eſt quod ſequitur, ὀφρυῶ στρέψαι, vertere, ſeu torquere ſupercilium. In Enchiridio σφυρὸν στρέψαι rectiùs, niſi fortè placeat magis ὀσφυῶ στρέψαι lumbum diſtorquere, **ein ſeitten oder die lenden verrencken.** μετὰ τούτων πάντων, cum his omnibus: ferri poteſt. Sed magis placet μετὰ ταῦτα πάντα, ut habet Enchiridion. *Wolfius.*

Ibid. Ἐν τῷ ἀγῶνι παερρύσεσθαι.] Diog. Laert. VI, 27. φεὶ μὲν τὸ παερρύπτειν. ubi Menagius, "Reſpiciens videlicet ad palæſtrica certamina. Athletis uſurpatum olim "ὀρυχῆς in palæſtra certamen: & "cùm quis adverſarium ruendo præverteret in foſſa quadam, quæ "arenâ multâ aſperſa erat ne lubrici eſſent decertantium pedes, id "παερρύπτειν dicebatur. Lucian. de "Gymnaſ. Athenæus XII. 3. Arrian. εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παερρύσεσθαί ὅτιν. *deinde in pulvere palæſtrico ruendo præverti contingit.*" Hæc Menagius. Iſte autem qui hæc exſcripſit, cum non intellexerit, mutavit in Εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παέρχεσθαι: & ſic fine mendæ ſuſpicione etiam nunc habes in enchiridio.

l. 9. Ἔσιν ὅτε χεῖρα ἐμβαλεῖν.] Sic legendum cum MS. Par. confer infra p. 481. l. 13. ὁ μὲν ὦμον ἐμβεβληκώς.

l. 10. Πολλῶ ἀφλῶ καλαπιεῖν.] Faber in Agoniſt. L. III. c. XXII. ſolebant (inquit) congreſſuri ad luctandum, mutuo ſeſe, quo facilius inuncti ceromate comprehenderentur, aut quo minus elaberentur, vel alias etiam ob cauſas, pulvere ac arena (quam ἀφλὸν Græci dicebant) aſpergere. Hinc Ovid. in lucta Herculis & Acheloi Met. IX, 35.

Ille cavis hauſto ſpargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ tactu *flaveſcit arenæ.*

ubi pro *tactu* perperam nonnulli libri habent *jactu:* namque illo de *fulvæ arenæ tactu,* Græcum τῆς ἀφῆς vocabulum notat poeta, quo *tactus* haud dubie ſignificatur, deductum ἀπὸ τῆς ἅπτομαι. Dicti autem Athletæ πολλῶ ἀφλῶ καλαπιεῖν, ſicut à Statio *hauſtâ veſtiri arenâ.* Locus eſt in Theb. VI.

Poſtquam oleo gaviſa cutis, petit æquor uterque
Procurſu medium, atque hauſtâ veſtitur arenâ.

l. 10. Μασιγωθῆναι.] *Flagris cædi:* ſcilicet, ſi quid contra certaminum ſcita admitterent. Hic enim mos erat Agoniſticus. ſic ſupra p. 398. l. 12. & infra p. 456. lin. ult. Clemens in Epiſt. II. ad Corinth. Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ ὅτι ὁ τὰ φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μασιγωθεὶς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τῆς σκηνῆς. Dio. Chryſt. orat. XXXIV. p. 417. τὸ γὰρ συμβαῖνον, ὅμοιόν ἐστι τῷ φεὶ τοὺς ἀθλητὰς, ὅταν ἐλάττων πρὸς πολὺ μείζω μάχηται. τῷ μὲν γὰρ ἐξὸν ἔξεστι φεύγειν τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶν ἄκων ἁμάρτῃ

μάρτη τὶ, μασιγῶται. τὸν δ' ἐδὲὶς ὁρᾷ πάνθ' ἃ δ' ὠάζαι, ποιεῖσα.

p. 420. l. 6. Τῲ ἀκούσαντες τινῶ.] Lego ἢ ἀκούσαντες. Veneta editio ἢ ἀκούσαντες. *Wolfius.* Mox lego ἢ, Τίς ἔτω δ. i. e. *idque præterea audientes, Quis ita,* &c.

l. 7. Ὡς Εὐφράτης.] Hoc rectius videtur, quàm quod habet Enchiridion, ὡς εὖ Σωκράτης λέγει. De Euphrate philoſopho placet elogium Plinii aſcribere. *Euphrates,* inquit, *Syrus philoſophus, eſt obvius & expoſitus, & plenus humanitate quam præcipit.* Et paulò poſt: *Multa in Euphrate ſic eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos vertant, & adficiant. Diſputat ſubtiliter, graviter, ornatè: frequenter etiam Platonis illam ſublimitatem & latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus & varius, dulcis in primis, & qui repugnantes quoque ducat, impellat. Adhæc proceritas corporis, decora facies, demiſſus capillus, ingens & cana barba. Quæ licet fortuita & inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt. Nullus horror in vultu, nulla triſtitia, multum ſeveritatis: reverearis occurſum, non reformides. Vitæ ſanctitas ſumma, par comitas: inſectatur vitia, non homines: nec caſtigat errantes, ſed emendat. Sequaris monentem attentus, & pendens: & perſuadere tibi etiam, cum perſuaſerit, cupias. Jam verò liberi tres, duo mares, quos diligentiſſime inſtituit. Socer Pompeius Julianus, cum etiam reliqua vita, tum vel hoc uno magnus & clarus, quod ipſe provinciæ princeps, inter altiſſimas conditiones generum non honoribus principem, ſed ſapientia elegit.* Et paulo poſt, *Affirmat etiam eſſe hanc philoſophiæ, & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoſcere, judicare, promere, & exercere juſtitiam, quæque ipſi doceant, in uſu habere.* Hactenus Plinius. Probabilius eſt, vulgus ſuæ ætatis philoſophum admirari, quàm aliquem veteris memoriæ. *Wolfius.* Meminit hujus & infra p. 636. l. 13. item M. Anton. X, 31. Philoſtratus in vit. Apollonii L. V. c. II, 14. & L. VI. c. VII. Origenes adv. Celſum p. 302. Εὐφράτῃ τῷ πάνυ. Sic locus ibi legendus.

l. 11. Τί δ' ὠάσαι βασάσαι.] Hor. Art. Poet. 39.

——— *Verſate diu* quid ferre *recuſent,*
Quid valeant *humeri.*

l. 12. Ἀλλῲ γδ πρὸς ἄλλο τὶ.] Hoc rectius quàm in Ench. ἄλλο γάρ. *Wolfius.*

l. 16. Δυσαρεσεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι.] Sic diſtinguendus hic locus. *Wolf.* Ex hoc loco ſupple & corrige Ench. p. 712.

p. 421. l. 9. Ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον εἶναι ἢ ἀγαθὸν ἢ κακόν.] Vide ad p. 178. l. 16.

l. 12. Φιλοπόνει.] Repone φιλοπονεῖν, vel potius φιλοσεχνεῖν ex Ench. p. 712. l. 14. nam φιλοπορεῖν Gloſſema videtur.

l. 14. Ῥόφῳ τὶς ἔλεγε.] Quid hoc dictum ad hunc locum facit? An exemplum hominis indocti, inepte loquentis profert? *Wolfius.* Quæ ſequuntur de Rufo, fortaſſe ex Miſcellaneis ſunt, & inde divulſa, à cap. ſup. XI. vel XIV. niſi ad cap. XVII. ſpectant, atque ibi in fine reponenda. *Com. Shaftesburienſis.*

lin. ult. Ὁ δὲ μὴ παρέργως ποτ' ἔφη ἀπὸ Γάλβα καλεσκευάσα, ὅτι προνοίᾳ ὁ κόσμῳ διοικεῖται.] Videtur irriſio eſſe inepti argumenti. Quaſi verò non alii Galbâ longe deteriores diu floruiſſent? Si igitur unius Galbæ interitus confirmat providentiam, eandem Tiberii & aliorum ſucceſſus evertunt. *Wolfius.*

In-

Interrogative. Expoſtulatio eſt, et quaſi exprobratio Providentiæ ob mortem Galbæ, boni principis. Male accipit W. *Com. Shaftesburienſis.*

CAP. XVI.

PAg. 422. l. 4. ὅτι ἐυλαβῶς δεῖ συγκαθιέναι εἰς συμπεριφοράν.] Vide ſupra, p. 416. l. 13. Τὰ δὲ κατὰ συμπεριφοράν. & Indicem in voce.

l. 9. ἂν ᾖ.] Malim ᾖς. *Wolf.* In initio dicit Ἀνάγκη τὸν συγκαθιέναι. *neceſſe eſt* eum *qui* &c. κἀγὰρ ἂν ᾖ, *nam ſi* is *adjunxerit.*

l. 10. ἢ αὐτὸς ἐκεῖνον, ἢ ἐκεῖνος τοῦτον ἐκκάυσει.] Extinctus carbo ardentem quo modo extinguat, non video. Alioquin legerem, ἢ αὐτὸς ἐκεῖνον ἀποσβέσει. Extinctus quidem ab ardente (niſi quid aliud obſtiterit) facile ignem concipiet, itaque et ipſe magis exardeſcet. Sed hæc calefactoribus curæ ſunto. *Wolfius.* Optime noſter Codex, ἢ αὐτὸς ἐκεῖνον ἀποσβέσει, ἢ ἐκεῖνος τοῦτον ἐκκάυσει. Edit. Salmant. ἢ αὐτὸς ἐκεῖνον * ἢ ἐκεῖνος τοῦτον ἐκκαύσει. in marg. * δοκεῖ λείπειν τὸ ἀποσβέσει.

l. 12. Τοῖς ἰδιώταις συγκαθιέναι.] Noſter Codex, συγκαθιέναι, alii συγκαθίεσθαι. Confer p. 163. l. 11. Mox noſter Codex συμπειφοραὶς, cum alii dant περιφοράς.

p. 423. l. 1. Περὶ μονομάχων λαλῆς.] Potius λαλῇ, ut infra σκώπτῃ, &c. Ita autem Hor. S. II. 6. 44.

— *Thrax eſt Gallina Syro par.*

l. 2. Περὶ ἵππων.] Alludit ad factiones aurigarum, Venetam et Praſinam, de quibus factionibus pleni ſunt ſcriptores iſtius ævi.

l. 10. Ὅταν ἔχῃς Σωκράτης δώμην.] Vide p. 231. l. 5.

Ibid. Ἐν πάσῃ συμφορᾷ.] συμπειφορᾷ fortaſſe. *Wolfius.*

Lin. ult. Σιχαίνει.] M. Ant. V, 3. Μὴ σιχαίνειν. Ubi vide Gatakerum.

p. 424. l. 4. Ἀνίκητον τὸ δόγμα.] Deſunt hæc verba τὸ δόγμα in noſtro codice.

l. 12. Διατῦτο καὶ τῶν πατρίδων συμβουλεύουσιν ἀποχωρεῖν οἱ φιλόσοφοι.] De peregrinatione philoſophorum diximus ſupra ad p. 26. l. 13. ad quam peregrinationem paſſim alludit Epictetus. Cic. Tuſc. Diſp. IV, 19. *Ultimas terras luſtraſſe Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus: Ubi enim quid eſſet, quod diſci poſſet, eo veniendum judicaverunt.* Vide et L. V. ſ. 37. Et de Fin. V, 19. Hujus moris meminit Herodotus, Τῆς πολλῆς θεωρίας εἵνεκεν. Et reſpexit Lucianus in ſomno, p. 6. Καὶ ὅπου γε ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπών. Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινήσονταί σε πάντες. *Nec patria tuiſque relictis in terras alienas abibis; neque ob orationem laudabunt te omnes.* Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπ. Mancam eſſe ſententiam non tantum ratio, ſed codicum varietas oſtendit; addenda ſunt, ut videtur, hæc verba, ἀλλ' ἐπὶ ἔργοις.

l. 16. Ἴδ' ὁ δεῖνα φιλοσοφεῖ.] Vide Ench. cap. XXII. in initio.

l. 17. Οὕτω καὶ οἱ ἰατροί.] Id præcipit faciendum Hippocrates in Epid. L. VI. *Schegkius.*

p. 425. l. 8. Πῶς χρῶμαι ταῖς παρασκευάσαις φαντασίαις.] Vide p. 330, l. 15.

l. 10. Ἀποκείνομαι πρὸς αὐτάς.] Ita Hor. S. II. 7. 85. *Reſponſare Cupidinibus.* Cæterùm ad hunc modum ſcribendum videtur, κἀθ' — κἀ

ἢ παρατήρησις, πῶς κρῶμαι — ἢ παρὰ φύσιν· πῶς ἀποκείνομαι — ἢ ὡς δεῖ· πῶς ὀπλέγω —— ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐμέ.

l. 12. Εἰ δὲ μήπως ἔτως.] Lego μήπω. *Wolfius.* Recte, & ſic noſter codex.

CAP. XVII.

PAg. 426. l. 6. Ὅτι κολακεύει.] Cæteri codices, noſtro excepto, ὃ κολακεύει.

l. 10. ἀλλ' ὅπως κρεῖττον, ἐκεῖ σαυτὸν εὑρήσεις πλέον ἔχοντα.] Conſtructio eſt, ἀλλ' ὅπως κρεῖττον πλέον ἔχειν, ἐκεῖ σαυτὸν εὑρήσεις πλέον ἔχοντα.

l. 12. Ὅτι Φιλόστοργος εὐτυχεῖ.] Philoſtorgum proprium nomen eſſe puto, improbi hominis et fortunati. *Wolfius.*

l. 13. Κατὰ Σύρα.] Fortaſſe κατὰ Σύραν, *inſtar ſeu more Suræ.* Flagitioſum aliquem hominem fuiſſe apparet. Si μετὰ Σύρα legeretur, Philoſtorgum Suræ ſcortum fuiſſe, et eo nefario ſcelere ditatum putarem. Et hanc conjecturam in vertendo ſecutus ſum. *Wolfius.* Noſter codex μετὰ Σύρα, uti cod. Ven. Salmant. et MS Par. Edit. Baſ. κατὰ Σ. Eſtne autem hic ille Palfurius Sura de quo Juvenal. S. IV, 53. Martialis in Epigram. Suetonius in Domit. et paſſim alij?

p. 427. l. 6. Νόμος ἔτος φυσικὸς, τὸν κρείττονα.] Vide ad p. 152. l. 10.

l. 10. Ἄν τις σε πυνθάνηται.] Repoſui σε ex noſtro codice.

l. 12. Ὁ πατήρ μοι οὐδὲν δίδωσιν. Ὅτι δὲ κακόν ἐστι.] Multa in his diſſertationibus propter repetitionem feſtinans omiſit librarius, uti in hoc loco; Repone itaque: Ὁ πατήρ μοι οὐδὲν δίδωσι. Τί ἐστὶ τοῦτο; λέγε, Ὁ πατήρ μοι οὐδὲν δίδωσιν. Ἄλλο ἔν οὐδέν; Οὐδέν. Ὅτι δὲ κακόν ἐστι. Mox εὑρήσομεν, corrige.

CAP. XVIII.

PAg. 428. l. 12. Ἐσώθης, οὐκ ἐπὶ σέ. Ἀλλ' ὁ κειτής.] Hoc modo legit noſter codex: Cæteri ἐσώθης, οὐκ ἐπὶ σέ. Οὐκοῦν ἀλλ' ὁ κειτής. Mutarem hìc ordinem verborum: videamus locum: *Nuntiatum fuerit nempe patrem neſcio quid moliri. Contra quem? num contra tuam ipſius voluntatem? Nequaquam. At contra corpuſculum, contra poſſeſſiunculam. Ergone contra te? ſalvus evâſti.* Ἀλλ' ἐπὶ τὸ σωμάτιον, ἐπὶ τὸ κλησείδιον. Οὐκοῦν ἐπὶ σέ; ἐσώθης.

l. 13. Περὶ Σωκράτους δ' οὐκ ἀπεφήναντο οἱ δικασταί;] Xenoph. ἀπομ. In initio. Et Plat. in Apologiâ. Accuſationis formula extat apud Laertium L. II, 40. Vide quoque apud Xen. et Platonem in Apologiâ.

p. 429. l. 1. Τί ἔν ὅτι σοὶ μέλει;] Fortaſſis ἔτι. *Wolfius.* Et ſic noſter codex.

l. 3. Ὃ ἂν μὴ οἱ πληρώσῃ.] F. ἐκπλ. *Com. Shaftesb.* et noſter codex.

Ibid. Ἀπάλεσε τὸν πατέρα.] Vide p. 218. l. 15. p. 220. l. 1.

l. 4. Ἄλλο μηδὲν ζήτει.] Fortaſſis, ἄλλο μηδὲν οἶε, vel ἤγε τοῦτο ἕνεκα αὐτὸν ἀπολέσαι. *Wolfius. Ne quæras*

quæras, an ille hanc ob causam aliud quicquam perdiderit.

l. 11. Κἀκεῖνος κινδυνεύεται.] Malim κἀκείνῳ. *Wolf.*

p. 430. l. 2. Μέλλει σε κατακεινεῖν ἀδίκως. Ἄθλιος.] Locus haud dubie corruptus. Respexisse arbitror Epictetum ad ea, quæ Apollodoro festive dixit Socrates ægre ferenti eum injustè periturum; *Tune*, inquit, *carissime Apollodore, videre me malles juste quàm injuste occidi?* Vide Xen. in Apolog. Forsan itaque legendum, Μέλλει σε κατακεινεῖν ἀδίκως. Ἄθλιε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου δικαίως; *Te injustè est condemnaturus. Miser, malles justè?*

CAP. XIX.

LIn. 5. Ἡ πρώτη διαφορὰ ἰδιώτου καὶ φιλοσόφου.] Vide supra p. 373. l. 6. et confer Ench. cap. V. in fine. Et cap. XLVIII.

p. 431. l. 1. Ὅτι περίκοψε.] Lego περικόψαμεν. *Wolf.*

l. 2. Εὐθὺς ἔτι παίδων.] Εὐθύς, *exempli gratiâ*, deinde nota, *Infantes:* l. 6. Πάλιν ἂν μὴ, &c. *Adolescentes:* l. 12. αὐξηθέντες, *Adulti.*

l. 7. Ἐκ Βαλανείου.] Scilicet ἀνελθόντες, vel μετὰ τὸ βαλάνειον. *Wolf.*

l. 8. Τὴν ὀπθυμίαν.] Sic noster codex; alii ἀθυμίαν.

l. 10. Ἀλλὰ τοῦ παιδίου.] Fortassis ἀλλ' ὁ τοῦ παιδίου. *Wolf.* Imo sic potius, Οὔ· ἀλλὰ τοῦ π.

l. 13. Ἀγεωμματικός.] Lego ἀγεώμματος. *Wolf.*

CAP. XX.

PAg. 432. l. 5. Οὐδεὶς λέγει ἀγαθὸν τὸ ἡμέραν ἔχειν.] An aliquid desit, aut aliud velit ac verba sonant, haud scio. Ego certè nocte meliorem judico diem, quòd ad lucernam incommodiùs & lego & scribo. *Wolf.* male accipit.

l. 9. Περὶ τοῦ ψεύδους αὐτὸ ἀπάτην συνίστασθαι.] Fortasse, ἀπάτην ὄν. *Wolf.* Anglicè reddidi, *So that concerning Falshood it self, a Deceit might arise of Science being that very Falshood.*

l. 14. Ὥστε καὶ ἀπὸ νόσου ἔξεστιν ὠφεληθῆναι τὸν θεόν σου.] Et in his, et in iis quæ sequuntur, Deum videtur appellare cujusque mentem: ut et Cicero. *Wolf.*

Ibid. Ὥστε καὶ ἀπὸ νόσου ἔξεστιν ὠφεληθῆναι, τὸν θεόν σοι;] Lege interrogative, hæc enim objicit aliquis Epicteto, cum admiratione: *Licetne ergo, per Deum, vel è morbo fructum capere?* jurandi formula per Ellipsin, τὸν θεόν σοι. Vide ad p. 355. l. 2.

l. 3. Μενοικεύς.] Menœceus, Thebanus, Creontis filius. De quo sic Apollodorus L. III. Cap. VI. Ἐγένετο καὶ πολυχρόνιος ὁ Τειρεσίας. ὅτος ἦν Θηβαίοις μαντευόμενος εἶπε, νικήσειν, ἐὰν Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος Ἄρει σφάγιον αὐτὸν δῷ· τοῦτο ἀκούσας Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος ἑαυτὸν πρὸ τῶν πυλῶν ἔσφαξε. Cicer. l. 1. Tusc. Quæst. cap. 48. *Menœceus non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem.* Juvenal. Sat. XIV. ver 238.

— *Amor in te*

Quantus erat patriæ Deciorum in pectore, quantum
Dilexit Thebas, ſi Græcia vera, Menœceus.

Simplicius in Comment. p. 60. Καὶ ἀπλῶσιν οἱ Μενοικεῖς ϗ ὅσοι τὸν ὑπὲρ πατείδ☉ εἶλον]ο θάνατον. Forſ. pro οἱ Μενοικεῖς legendum οἱ ἀμφὶ Μενοικέα vel ὁ Μενοικεύς. Non enim hìc credo Simplicium pluralem pro ſingulari uſurpare numero: ut *Cicerones, Bruti,* &c. pro *Cicero, Brutus,* &c.

l. 4. Τοιαῦτα τὶς εἰπὼν ὠφελη-θείη, οἷα ἐκεῖν☉ ὠφελήθη.] Fortaſſe legendum τοιαῦτά τις ποιῶν ὠφεληθείη, οἷα ἐκεῖν☉· ut ſint adverſarii verba. ἔα ἄνθρωπε, verba Epicteti. *Wolf.* Sic interpretare, Fieri poteſt, eum, qui dicat [nempe vitam, ſanitatem, &c. eſſe bona; mortem, morbum, &c. eſſe mala] tales fructus capere, quales cepit ille Menœceus?

l. 7. Οὐκ ἀπώλυε.] Οὐκ ἂν ἐπ. Sic lege.

l. 11. Αλλ' ὁ τῦ Aδμήτε πατὴρ μεγάλα ὠφελήθη ζήσας.] Vide p. 312. l. 6. ζήσας autem ex noſtro codice habes pro ζῆσαι, & ex eodem mox τὰς ὕλας pro τὺς ὕλας.

l. 13. Παύσασθε τὺς θεὺς ὑμῶν, πῦ ὕλας θαυμάζον]ες.] πῦ ὕλας, ſcilicet ὄν]ας· qui dii veſtri conſtant è materia. Verùm hominis Deum, mentem vocat: Deos verò vulgi, corpus & divitias. Sicut & D. Paulus, τλὼ φιλαργυρίαν, εἰδωλολατρείαν appellat. *Wolfius.* Τὺς ὕλας, fortaſſe τὰς, ut in L. I. C. 29. in initio. Nam certe hìc legendum eſt παυσ. τὺς θεὺς ὑμῖν, non ὑμῶν. Vide Gatak ad Anton. L. 7. ſ. 17. *Com. Shaftesburienſis.* Optime vir nobilis: Vide jurandi formulam ſupra ad p. 355. l. 2. & de loci ſenſu ad p. 150. l. 10.

p. 434. l. 1. Ἔστιν ἔν.] Sic locum diſtingue, Ἔστιν ἓν ἀπὸ τύτων ὠφελη-θῆναι; Ἀπὸ πάντων. Καὶ ἀπὸ τῦ λοιδορῆν]☉; Τί δ' ὠ.

l. 4. Περιγυμναζόμεν☉.] De exercitatione athletarum in proagonibus, et de iis quæ ſpectant ad eorum progymnaſmata, et μελέτας, conſule Pet. Fab. Agoniſt. L. III. C. XI. Ubi hunc Arriani locum laudat. Corrige obiter M. Anton. VI, 20. πολλὰ παρενθυμώμεθα τῶν οἷον περιγυμναζομένων. pro περιγ.

Ibid. Καὶ ἕτως.] *Wolfius, etiam hic,* i. e. ϗ ἕτ☉. mox ſcribe, Ὀυ· ἀλλ'. & dele interrogationem ὠφελεῖ με.

l. 9. ἓν ὑπὲρ ἀμφοτέρας.] Vide Pet. Fab. in Agoniſt. L. III. C. VII. Supra τὸ καταρτίζειν athleticum eſſe verbum idem monuit. L. III. C. X. Utitur Paul. Apoſt. in Epiſt. ad Corinth. II, cap. ult. ver. 9. & 11.

l. 12. Οὐκ ὠφελῶμαι.] Noſter codex ἐκ ὠφελεῖ με; ſed dele interrogationem.

p. 435. l. 1. Ἑρμῆ ῥαβδίον· ἣ θέλεις, φησὶν, ἄψαι, ϗ χρυσῆν ἔσαι.] Quanquam non ſum neſcius quo ſenſu φησὶν uſurpatur in his diſſertationibus, tamen hìc lego φασὶν, *ut aiunt, ut eſt in proverbio.* Magna vis Mercurii Virgæ aureæ attribuitur. Apud Lucian. Mort. Dial. p. 146. Proteſilaus virgâ aureâ contactus, in adoleſcentem formoſum convertitur. Dicitur Mercurius apud Homerum Χρυσόῤῥαπις.

l. 2. Οὐ· ἀλλ' ὃ θέλεις φέρε, κἀγὼ αὐτὸ ἀγαθὸν ποιήσω.] Sic ſcribe. Horat. L. IV. Od. IV.

Duris ut ilex tonſa bipennibus,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.

l. 7. Ἵνα σε κοσμήσῃ.] Vide ad p. 38. l. 11.

l. 8.

l. 8. Ἡ ἵνα σὲ δείξει ἔργῳ δι' αὐτῆς τί ἐστιν.] Forte ἢ ἵνα δείξῃ ἔργῳ διὰ σῆς τί ἐστιν. Paulo post διαπρέψω lege, à διαπρέπω. *Wolfius.*

l. 10. Διαπρέψω.] Sic omnes codices, quos conſului, excepto Baſil. qui habet διατρέψω. Legit Salmaſius, διατείψω.

Lin. ult. Φανταστίαν τῆς τὰ τεία.] Vide hujus capitis initium.

p. 436. l. 5. Ὠφέλημα.] Sic cod. Baſil. Alii ὠφέλιμα, rectius.

l. 5. Περὶ ἀναρχίας.] *De vitâ privati, & magiſtratu ſemoti.*

l. 11. Λεσβίῳ.] *Lesbius*, ex inſulâ Lesbi, ſervi nomen; vel forſan Scurra neſcio quis Epicteto moleſtus. Sic *Syrus*, *Geta*, nomina ſervorum ex locis impoſita, unde originem duxerunt.

CAP. XXI.

PAg. 437. l. 3. Ὅτι τὰ θεωρήματα.] Lego Οἱ τα. *Wolfius.* Recte. In noſtro codice deeſt τὰ. Confer autem Enchir. p. 730. l. 12.

l. 7. Πεφθὸν καθαρὸν ἢ ἄπεπτον.] Fortaſſis ἀκάθαρτον. *Wolf.* Vertit Schegkius, *revera vomitus erit cibus purus adhuc et crudus.*

l. 10. Καὶ ἔφαγον.] Alludit ad Athletarum ἀναγκοφαγίαν. Vide ad p. 419. l. 3.

p. 438. l. 9. Ζήτει τίνων κατεξεράσεις.] Vide p. 415. l. 7.

l. 11. Καθαρώτατα.] Non καθαρότατα.

l. 12. Καὶ Ἀρχεδήμῳ φορᾷν.] Suſpecta lectio ἢ ἀπεσδιόνυσον, ut mihi videtur. Nec tamen occurrit quicquam melius. φθορᾷν, aut ὑποφορᾷν non placet. *Wolfius.* Φορὰ eſt *vis, impetus:* apud Æſchinem φορὰ ῥητόρων. Et Plut. φορὰ τῶν σοφιστῶν. Nihil itaque mutare velim.

l. 13. Ἀπολίπωσιν οἱ νέοι τὰς πατρίδας.] Vide ad p. 26. l. 13.

p. 439. l. 2. Κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν.] Vide ad p. 38. l. 11.

l. 10. Οὐ· ἀλλ' ἀπὸ λιμένος μὲν οὐδεὶς ἀνάγεται, μὴ θύσας τοῖς θεοῖς, ἢ παρακαλέσας αὐτὲς βοηθῆς.] Corrupte habent omnes codices ἀπολιπόμενος pro ἀπὸ λιμένος: Recte Wolfius in verſione, *nemo è portu ſolvit, niſi &c.* Eſt autem ἀνάγεσθαι, *oram ſolvere*; κατάγεσθαι, *appellere, portum ſubire.* Act. Apoſt. 27, 2. Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ ἀνήχθημεν — τῷ δὲ ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα. Cæterum alludit Epictetus ad ſacra iſta, quæ pro felici maris trajectu perſolvebantur; διαβατήρια ſeu ἡγεσομόσυνα vocabant. Juſtinus L. II. *Priuſquam ulla navis littore excederet, hoſtias cædit.* Virgil. Æn. III, 115.

Placemus ventos, & Cnaſſia regna petamus.

Et mox,

Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo;
Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Vide et Æn. V, 772, 773.

l. 13. Οὐδὲ σπείρουσιν ἄλλως οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ τὴν Δήμητραν ἐπικαλεσάμενοι.] Antequam ararent, ſacra Cereri faciebant diem feſtum agitantes. Nomen, Προηρόσια ex re huic feſto datum. Heſychius, Προηρόσια, τὰ πρὸ τῆς ἀρότρου θύματα. Virg. G. I, 338.

In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

Pythag. in aur. carm.

——— Ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
Θεοῖσιν εὐξάμενος τελέσαι.

l. 17. Τὰ μυστήεια ἐξορχῇ.] Suidas in Ἐξωρχησάμην — τὰ μυστήεια ἐξωρχήσατο. ἀντὶ τοῦ ἐξεμυκλήεισεν, ἔκπυστα ἐποίησεν. *Mysteria enunciavit*, vel, *derisit*, *divulgavit*. Hesychius Ἐξορχήσομαι, χλευάζω, ὑβρίζω. Lege, χλευάσω, ὑβρίσω. De Etymol. vocis Lucianus agit in tractatu Περὶ Ὀρχήσεως. Ubi ait, τελετὴν ἀρχαίαν ὑδαμοῦ ἔστιν εὑρεῖν ἄνευ ὀρχήσεως. Et mox, τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήεια, ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί. Itaque ἐξορχεῖσθαι, est *extra numerum movere*: ἐξορχεῖσθαι τὰ μυστήεια, *arcanas saltationes in sacris ritibus usitatas, divulgare*: vel, *sacra mysteria enuntiare & prodere*.

p. 440. l. 1. Οἴκημά ἐστι καὶ ἐν Ἐλευσῖνι.] Eleusis est oppidum Atticæ, ubi Eleusinia, in honorem Cereris, agebantur: magnum in hanc rem ibi templum. Strab. l. 9. Εἶτα Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν Ἐλευσινίας, καὶ ὁ μυστικὸς σηκὸς, ὃν κατεσκεύασεν Ἰκτῖνος ὄχλον θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον. In sacris Eleusiniis, Rex (uti dicebatur) mysteria procurabat: cui quatuor alii adjungebantur: in his erant, *Hierophanta*, sic dictus à sacris ordinandis; *Præco*, qui profanos abstinere jubebat, proclamans —— *Procul, ô procul este profani*; *Daduchus*, qui facem ferebat. Mox sic distingue, αἱ φωναὶ αἱ αὐταί. Τὰ γινόμενα τί διαφέρει ταῦτα ἐκείνων; Paulo post corrupta, quæ sequuntur; donec autem meliores se obtulerint codices, quid si hoc modo legas? Ἀσεβέστατε ἄνθρωπε, οὐδὲν διαφέρει; καὶ παρὰ τόπον τινὰ ταῦτα ὠφελεῖ, καὶ παρὰ καιρὸν; καὶ μὴ μετὰ θυσίας δὲ, καὶ —— παλαιοῖς; *Homo impiissime, nihilne differunt? hæccine alicui prosunt alieno tempore, alieno in loco? & non adhibito sacrificio, adhibitis precibus, castitate animoque sic affecto, quòd ad sacra sit accessurus, vetustasque ceremonias?*

l. 12. Οὕτως εἰς φαντασίαν ἐρχόμεθα, ὅτι.] Angl. *By these means we come to have an Idea, that* &c.

l. 13. Ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐπανορθώσει.] Hoc secundum ipsum Chrysippum. Vide Etymol. in τελέτη. Dicta est autem *initiatio* ista τελέτη, quippe ad vitæ perfectionem ducere videbatur: isque finis et scopus habitus est Mysteriorum ut initiatorum animæ ad illum statum perductæ, in quo erant, priusquam in corpora descenderent, jam vitâ defunctæ cum diis essent habituræ: interea miseri isti homunciones, qui non initiabantur, ii demum in cœno atque luto degerent.

l. 16. Ἄνευ ὑγιείας.] Fortassis ἄνευ ἁγνείας, etsi mox sequitur ὃς ἠγνευκας. *Wolfius*. Noster codex, ἄνευ ἁγνείας. Recte. Respexit ad castimoniam illam, quâ se ad sacras res obeundas præparabant, à vino & venere, usuque carnis, & aliis interdictis se abstinentes. Vide Græv. ad Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμ. 733. Cicer. de Leg. L. II. *Ad divos adeunto caste*. Inscript. cujus meminit Porphyrius p. 66.

Ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
Ἔμφαμεν. Ἁγνεία δ' ἐστὶ φρεσὶν ὅσια.

Illum castum oportet, qui ædem thure redolentem introit, apparere. Castimonia verò est sobrio esse & pio animo.

p. 441.

p. 441. l. 4. Αὐτὰς καθ' αὑτάς.] αὐταὶ legendum. *Wolf.* Cod. Ven. et Basil. habent αὐτὰς καθ' αὑτὰς. Edit. Salmant. * αὐτὰς in marg. αὐταὶ: et noster codex αὐταί.

l. 12. Σωκράτει συνεβούλευε τὴν ἐλεγχτικὴν χώραν ἔχειν.] Videquid de se Socrates dicit apud Platonem in Apol. ubi memorat Apollinis oraculum, eum sapientissimum hominum judicantis. Vide quoque ultima verba Xenoph. in ἀπομ. item quæ Nicias dicit in Plat. Lachete p. 187. edit. Steph. de Socratis more ἐλεγχτικῷ, quo res omnes propositas ad amussim examinabat. Ipse Socrates in Gorgiâ, se unum ex eorum numero profitebatur, qui libenter redarguerentur, pariterque arguerent: τῶν ἡδέως ἐλεγχθέντων, ἡδέως τε ἐλεγξάντων. Vide Julian. Orat. VI. p. 358. et Plut. in Platon. Quæst.

l. 13. Διογένει τὴν βασιλικήν.] Vide infra ad p. 458. l. 6.

p. 442. l. 2. Ἰδὲ ἐκεῖνος ταῦτα, πολλύεια κἀγὼ ἔχω.] Forsan transpositis vocibus legendum, Ἰδὲ ἐκεῖνος πολλύεια, ταὐτὰ κἀγὼ ἔχω.

l. 14. Οὔτ' ὀρέγομαι.] Respicit ad Tres in philosophiâ locos.

p. 443. l. 2. Κύβευε.] Vide ad p. 213. l. 14.

CAP. XXII.

PAg. 443. l. 2. Περὶ Κυνισμοῦ.] Cynici æque ac Stoici, Id quod honestum solum expetendum dixerunt, in bonis numerantes. Laert. VI, 104. Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς [Κυνικοῖς] καὶ τέλος εἶναι τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν — ὁμοίως τοῖς Στωικοῖς· ἐπεὶ καὶ κοινωνία τις ταῖς φύσι ταύταις αἱρέσεσίν ἐστιν. ὅθεν καὶ τὸν Κυνισμὸν εἰρήκασι σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. Item in vitâ Zenonis s. 121. Κυνεῖν τε αὐτὸν, [σοφὸν] εἶναι γὰρ τὸν κυνισμὸν σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. Cato apud Cicer. de Fin. III, 20. *Cynicorum autem rationem atque vitam alii cadere in sapientem dicunt, si quis ejusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit; alii nullo modo.* Hinc germani Cynici à Stoicis laudantur, quales, Antisthenes, Diogenes, Demetrius. Nam si quid erat discriminis, in vestitu et vivendi more fuit. Hinc Juvenal. XIII, 121.

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata curat,
A Cynicis tunicâ distantia.

p. 444. l. 1. Παρελθών τις αὐτὸς ἑαυτῷ λέγει.] Pro ἑαυτῷ lego Αὐτῷ i. e. *Domino.* nam Αὐτὸς est κύριος, et *Ipse* apud Latinos, *Dominus:* monui supra ad p. 107. l. 2. Verte itaque, *Neque in domum bene constitutam ingressus aliquis* domino *dicit, Me oportet esse dispensatorem,* &c.

l. 4. Ἐλκύσας ἔτεμεν.] *Tractum secabat,* vel *secuit.* Suspecta lectio nisi forte τέμνειν pro *cædere loris* capiatur. *Wolfius.* Quid si pro ἔτεμεν, si vox displiceat, ἔτιμα.

l. 5. Ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ταύτῃ.] Vide ad p. 192. l. 10.

l. 11. Καὶ ἕτω διακόνει.] Fortasse διακόνει. *Wolf.* Recte. nam de Cynici administratione loquitur.

l. 13. Σὺ ταῦρος εἶ.] Vide apud p. 18. l. 2.

p. 445. l. 3. Ἠσχημόνησεν ἐν πλείοσι μάρτυσι. Καὶ σὺ βούλευσαι.] Hanc lectionem nostro codici debemus: cæteri habent ἠσχημόνησεν ἐν πλείοσι. καὶ συμβουλεῦσαι. corrupte, & luxate.

l. 8. Καὶ πιεσερχόμενος αἰτεῖν ἄρξομαι.

ἄρξομαι τὺς ἀπαντῶντας λοιδορεῖν.] Legendum ϗ περιερχόμενος αὐτεῖν ἄρξομαι τῦς ἀπαντῶντας λοιδορῶν, *et circumiens mendicare incipiam obvios conviciis inceſſens*, vel, ϗ περιερχόμενος αὐτεῖν ἄρξομαι, ϗ τ. α. λοιδορεῖν. Sic p. 456. l. 6. ἀπαντῶσι λοιδορεῖσ ἀκαίρως. Eadem de re Julian. Orat. VII. p. 394. de Cynicâ Secta. Καὶ εἰ μὲν ἐκ τύτων τὶς ἀξιοῖ τὸν κυνισμὸν ὁποῖός τις ἐστιν ἡμῖν ἐπιδεῖξαι, βλασφημῶν τὺς θεύς, ὑλακτῶν πρὸς ΑΠΑΝΤΑΣ &c. Ubi omnino lege, ἀπανλῶνλας pro ἅπανλας. Hanc enim lectionem ſenſus poſtulat, et hic Arriani locus confirmat.

p. 446. l. 2. Ὀρεξιν ἀρέσαι.] Legendum ἄρεχί σε. *Wolf.* Recte omnino. Vide quæ notavimus ad cap. II. hujus libri in initio. et p. 406. l. 2. et Ench. p. 685. l. 12. Ex ΑΡΕΣΑΙ, litterarum ordine mutato, fit ΑΡΑΙ ΣΕ. atque eadem eſt pronunciatio, unde forſan librariorum error.

l. 4. Μὴ φθόνον, μὴ ἔλεον.] Vide ad p. 98. l. 4.

l. 6. Μὴ πλακυντάριον.] Cynici non omnino placentis abſtinebant; ideo addit μὴ φαίνεσθαί σοι καλόν. Demonax, et ipſe Cynicus, apud Lucianum, Ἐρομένῳ δέ τινι εἰ ϗ αὐτὸς πλακῦλας ἐδίει, Οἴει ὄν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίσσας τιθέναι τὰ κήρια; *ſciſcitanti cuidam, num & ipſe placentis veſceretur, Exiſtimas, inquit, apes ſtultis ſuos favos facere?* Diogenes apud Laert. VI, 56. Ἐρωτηθεὶς εἰ σοφοὶ πλακῦλα ἐδίουσι, Παντ' [lego Πάλ]ως,] ἔφη, ὡς ϗ λοιπὸι ἄνθρωποι. *Interrogatus an ſapientes placentis veſcerentur, Omnino, inquit, ſicuti reliqui homines.*

l. 7. Τὺς τοίχυς περιβεβλῆσθαι.] Vide infra ad p. 641. l. 10.

l. 10. Ἐξαπέναι τινὰ.] Fortaſſis ἔξαγέ τινα. aut ἐκέλευσεν ἐξηκέναι τινά. *Wolfius.* Noſter codex, quem ſequor, habet ἔξησέ τινα.

p. 447. l. 2. Ἤρξαί τι τῶν ἐν]ός.] Τῶν ἐν]ὸς lego. *Wolf.*

l. 5. Ἂν δ' ἀπὸ τύχης ἐμπέσῃ ὁ παιδευτὴς ἐκεῖν.] Communem inſtitutorem appellat Cynicum. Sed quid ſit τὸ ἐμπίπ]ειν abſolute, non occurrit. Aliquid deeſſe ſuſpicor. *Wolf.* Noſter codex habet ἀποτυχῇς. Quid ſi itaque legas? ἂν δὲ ἀποτυχῇ ἐμπεσὼν [vel potius πεπεισεσὼν] ὁ π. *Si verò forte fortuna in malum inciderit*, vel, *lapſus fuerit ille &c.* Vel legendum, ἂν ϑ ἀπὸ τύχης πεπεσῇ ὁ π.

l. 10. Ἐμοὶ ὕλη ἐστὶν ἡ ἐμὴ διάνοια.] Confer p. 85. l. 7. p. 363. 634.

p. 448. l. 1. Φεῦγε.] Repone, Φυγή; interrogative. uti ſupra, Θάν]ος;

l. 3. Ὅπυ δ' ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ ὁ ἥλιος, ἐκεῖ ἡ σελήνη.] Vide Muſonium apud Stobæum p. 234. Shakſpear noſtras in Trag. Cymb. Act. III.

P. *Then not in Britain muſt you bide.* J. *Where then?*
Hath Britain all the ſun that ſhines?
Day, night,
Are they not but in Britain?
—— *Prythee, think*
There's living out of Britain.

l. 12. Διογένης ἀπαχθεὶς πρὸς Φίλιππον.] Vide ad p. 122. l. 8.

l. 13. Κατάσκοπος εἶναι.] Ante hanc vocem videtur deeſſe ἔφασκε. *Salmaſius.* Supra εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἄγγελος — Sic forſ. hoc in loco, ϗ, ὡς ὁ Δ. &c. κατάσκοπός ἐσι. vel κατάσκοπον εἶναι δεῖ. *Scire oportet ſe nuncium eſſe à Jove——Et exploratorem, uti Diogenes &c.* vel, *Et oportet eum eſſe exploratorem, uti Diogenes &c.*

p. 449.

p. 449. l. 6. Λέγειν τὸ τῶ Σωκρά-τους, Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε;] Meminit de hac Socraticâ exclamatione Dio Chryſ. Orat. XIII. p. 223. Ἐκεῖνο γὸ ὁπότ' ἴσοι πλείονας ἀν-θρώπους ἐν τῷ αὐτῷ, χετλιάζων κὴ ἐπιτιμῶν ἐδόα πάνυ ἀνδρείως τε κὴ ἀνυποσόλως· ΠΟΙ ΦΕΡΕΣΘΕ Ω ΑΝΘΡΩΠΟΙ, κὴ ἀγνοεῖτε, μηδὲν τῆς δεόντως πράττοντες. Crates apud Plut. de liberis educandis p. 4. E. dicit ſe, ſi fieri poſſet, altiſſimo urbis loco conſcenſo, proclamaturum, Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε, οἵτινες χρη-μάτων μὲν [ſupple, κὴ] κτήσεως περὶ πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδὴν, τῶν δ' υἱέων, οἷς ταῦτα [potius ταὐτὰ] καταλείψετε, μικρὰ φροντίζετε; *ô homines, quo tenditis, qui quidem in opibus & poſſeſſionibus totum impenditis ſtudium; filiorum verò, quibus eaſdem relicturi eſtis, parvam habetis curam?*

l. 10. Τὸ ἡγεμονικόν.] F. εὐδαι-μονεῖν: vel potius τὸ εὐδαιμονικὸν.— ut infra [p. 453. l. 12.] *Com. Shafteſburienſis.*

l. 12. Ἐν σώματι; οὐκ ἔστιν.] Poſſet legi, Ἐν σώματι οὐκ ἔστιν. Et mox, Ἐν κτήσει οὐκ ἔστιν. Et paulo poſt, Ἐν ἀρχῇ οὐκ ἔστιν. ——— Ἐν βασιλείᾳ οὐκ ἔστιν. Lector in hiſce et locis ſimilibus candide ſuo fruatur judicio.

l. 13. Ἴσθετε Ὀφέλλιον.] Ofellus cum locupletiſſimus eſſet, et moderatam vitam ageret, ſubitò proſcriptus, ferebat ſe non admodum ſentire fortunæ mutationem, propter priſtinam parſimoniam, cui aſſueviſſet. De quo ſic Horatius in ſermonibus:

Quæ virtus, & quanta boni ſit, vivere parvo,
Non meus hic ſermo eſt, ſed quem præcepit Ofellus.
Schegkius.

Ibid. Ἴσθετε Μύρωνα, ἴσθετε Ὀ-φέλλιον.] Certe Schegkius parum ad rem attentus, quæ ſupra ſunt, ſcripſit. Nam Myro iſte et Ophellius videntur eſſe ex Gladiatorum numero, magno quidem & robuſto corpore, ſed homunciones nullius pretii.

l. 14. Ἴσθετε Κροῖσον.] Crœſus, rex Lydorum ditiſſimus,

— Quem vox juſti facunda Solonis
Reſpicere ad longæ juſſit ſpatia ultima vitæ.

p. 450. l. 14. Πολλὰς ἐκ κεφα-λῆς.] Il. κ'. 15. Et mox Ver. 91.

ΠΛΑΖΟΜΑΙ ΩΔ', ἐπεὶ οὔ μοι ἐπ' ὄμμασι νήδυμο ὕπνο·
Ἰζάνει, ἀλλὰ μέλει πόλεμο κὴ κήδε' Ἀχαιῶν.
Αἰνῶς γὸ Δαναῶν πέρι δείδια, θυμός μοι ἦτορ
Ἔμπεδον, ἀλλ' ΑΛΑΛΤΚΤΗ-ΜΑΙ· ΚΡΑΔΙΗ ΔΕ ΜΟΙ ΕΞΩ ΣΤΗΘΕΩΝ ΕΚΘΡΩΣΚΕΙ, τερ-μέει δ' ὕπο φαίδιμα γυῖα.

p. 451. l. 5. Ἀλλὰ πολύχρυσο καὶ πολύχαλκο.] Homerus Agamemnonem nominat Il. ή. 180. & Il. λ'. 46. βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης. Sophocles, perpetuus Homeri imitator, in Elect. ver. 9. Μυκήνας τὰς πολυχρύσους. Unde Horat. l. 1. od. 7. *dites Mycenas.* Quin et Hector apud Hom. Il. σ'. 289. vocat Trojam, Πολύχρυσον, πολύχαλκον.

l. 10. Τί ἀλλότειον.] Sic noſter codex, & MS. Par. cæteri τὸ ἀλλότειον.

l. 12. Ταλαίπωρον ἡγεμονικόν.] Incluſive: nec ſine indignatione. hoc modo: Οἱ γὸ Ἕλληνες κινδυνεύουσι· (ταλαίπωρον ἡγεμονικὸν, κὴ μόνον ἀτιμέλητον κὴ ἀθεράπευτον!) μέλλουσιν ἀπ.

p. 452. l. 4. Μή τοι ἄλλο τι.] Sic noſter codex: alii Μήτι ἄλλο τι.

l. 6.

l. 6. Ἡ θύρα κέκλεισται.] Vide ad p. 56. l. 2.

l. 8. Τί ἔν πενθεῖς καὶ βασιλεύς.] Fortaſſis ὦ βασιλεῦ. Niſi τὸ καὶ μιμητικῶς uſurpetur. *Wolfius.*

l. 9. Τῷ Διὸς σκῆπτρον ἔχων.] Vide Hom. Il. β'. 101.

Ibid. Ἀτυχὴς βασιλεὺς ὁ γίνεται.] Nam, ſecundum Stoicorum dogma, Solus ſapiens eſt rex. Vide quid hac de re dicit Cato apud Ciceronem in tertio de Fin. in fine.

p. 453. l. 2. Τίνων ὄντων;] Dele ὄντων. mox φευκτῶν ὄντων. inde error; bis enim per incuriam ſcripſiſſe ὄντων videtur librarius. Καταφρονηθῶμεν ἔν ὑπὸ τῶν Τρώων; Τίνων; φευκτῶν ὄντων ἢ αἱρετῶν; *Itane contemnemur à Trojanis? Quibuſnam? prudentibus, an imprudentibus?* Nec aliter p. 299. l. 13. Τίνων; τῶν οὐκ ὄντων.

l. 6. Ἄγγελε.] Quomodo ἄγγελος, vide p. 448. l. 7. Κατάσκοπος, p. 448. l. 13.

l. 13. Ἄγε, μετὰ δ' αὐτὸ φυσικῶς ὁ φαντάζεσθε;] Legendum μέγα. *Wolfius* Μέγα δ' αὐτὸ, recte. nam ſic ſtatim infra, μέγα ἢ ἀξιόλογον. *Com. Shaftesburienſis.* Pro φυσικῶς, legit Salmaſius φυσικὸν.

p. 454. l. 16. Ἡ μὴ καθήκοντος;] Negatio redundare videtur. *Wolf.* Vel forſ. ſupplendum ἢ μὴ λαβὼν φ. καθήκονθ' ὡς;

p. 455. l. 5. Ἄελον.] Legendum ἄδηλον *ſine ſervis.* Uti mox ἀκτήμων, ἄδηλος. littera α abſorpta fuit in ἄδηλον, ab ultimâ in voce præcedente.

l. 6. Ἀπέσαλκεν ἡμῖν.] Potius, ὑμῖν.

l. 8. Ἴδετέ με ὅτι ἄπολίς εἰμι.] Plane reſpexit ad Diogenis dictum, cujus meminit Laertius in ejus vitâ: VI, 38. Εἰώθει ἔ λέγειν τὰς τραγικὰς ἀρὰς αὐτῷ συνηντηκέναι· εἶναι γὰρ

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
Πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων τεθημένον.

Sic locus iſte legendus; uti et apud Ælian. Var. Hiſt. L. III. c. 29. & apud Julian. Orat. VI. p. 365. Eædem tragicæ imprecationes apud Senecam in Medæa ver. 19.

Mihi pejus aliquod, quod precer ſponſo, malum?
Vivat; per urbes erret ignotas, egens,
Exul, pavens, inviſus, incerti laris.

Sic ibi diſtinguo & lego.

l. 10. Οὐ περαιτωείδιον.] Fortaſſe legendum ὁ πιλίδιον. *Wolfius.* Quid ſi, ὁ χιτωνάριον, nam Cynici erant ἀχίτωνες. Sequitur quoque mox ἐν τριβωνάριον.

l. 16. Ἐνεκάλεσά τινι;] πότ' ἐνεκάλεσά τινι; ſic excudendum oportebat.

p. 456. l. 6. Ἀποθησαυρίσαι.] Nempe ἀργύριον ἐν ταῖς γνάθοις. Sed hæc alias explicabimus. *Salmſius.*

l. 7. Καλὸν τὸν ὦμον δεικνύειν.] Humerum nudum & exertum oſtendebant Cynici: inde Diogenes apud Lucianum in vit. Auct. p. 374. Ἐξωμίας dictus: inde quoque Demetrius Cynicus a Seneca Ep. LXII. *Seminudus.*

l. 10. Ὀλύμπια μέλλεις ἀπογράφεσθαι.] Τὸ ἀπογράφεσθαι Ὀλύμπια, ad relationem agoniſtarum nominis in album pertinere cenſet Petrus Faber in Agoniſt. L. III. c. XVI. Sic Ariſtides in hymno ad Jovem. Δεῖ ἥ ὥσπερ τοὺς Ἀθλητῶν τοὺς ἀπογράψαντας ἑαυτοὺς, μὴ ἀναχωρεῖν. *debemus ad inſtar Athletarum, qui nomen dederunt, non retrogradi.*

l. 16. Δαίρεσθαι δεῖ.] Vide ad p. 419. l. 10.

p. 457. l. 2. Πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν.] Vide ad p. 419. l. 9.

p. 458.

p. 458. l. 1. Ἡρακλῆς.] Herculis meminit; quippe is, ſecundum Cynicos, ſectæ fuit auctor. Vide Julian. Orat. VI. p. 351. Diog. Laert. VI. 2. atque ibi Menagium. Mox pro τὰ περαιόμενα, ſcribit Meibomius πρὸς περαιόμενα, præeunte Wolfio in Verſione.

l. 6. Ἄξιος φορεῖν τὸ σκῆπτρον τὸν Διογένους;] De ſe Diogenes in Epiſtolâ ad Anaxilaum. Πυθαγόρας ἑαυτὸν ἔλεγεν Εὐφορβον γεγενῆσθαι τὸν Πάνθου· ἐγὼ δὲ νέον ἐμαυτὸν ἐπέγνων Ἀγαμέμνονα. ΣΚΗΠΤΡΟΝ δὲ ἐμοὶ ἐστὶ τὸ βάκλον, καὶ χλαμὺς ὁ διπλοῦς τρίβων. Julian. Orat. VI. p. 340. Ἀλλ' ἡμεῖς οἱ τὸ ΣΚΗΠΤΡΟΝ ἐκεῖθεν παραλαβόντες, ὑπὸ μείζονος σοφίας ἴσμεν ὅτι χαλεπὸν ὁ θάνατος. Apuleius in Apol. *Diogenes quidem Cynicus cum Alexandro Magno de veritate regni certabundus, baculo, ſceptri vice, gloriabatur.*

l. 7. Ἄκυε τί λέγει ἐκεῖνος πυρέσσων πρὸς τοὺς παριόντας.] Hunc locum illuſtrant quæ de Diogene ſcribit Hieronymus L. II. adverſus Jovianum. *Virtutem ejus et continentiam mors quoque indicat: nam cùm ad agonem Olympiæ, qui magnâ frequentiâ Græciæ celebrabatur, jam ſenex pergeret, febri in itinere dicitur apprehenſus, accubuiſſe in crepidine viæ, volentibuſque eum amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquieſcit; ſed tranſiens ad arboris umbram, locutus eſt; Abite quæſo, et ſpectatum pergite, hæc me nox aut victorem probabit aut victum. Si febrim vicero, ad Agonem veniam: ſi me vicerit, ad inferna deſcendam Ibique per noctem, eliſo gutture, non tam mori ſe ait, quàm febrem morte excludere.*

l. 16. Ὅτι κατηγορεῖς;] Fortaſſis ὅτι κατορθοῖ legendum. *Wolfius.* Potius ἐπὶ τίνι κατηγορεῖς; vel κατηγορήσει; *quâ de causâ reprehendet? eone quod &c.*

p. 459. l. 13. Πῦ ἢ φίλον μοὶ δώσεις Κυνικόν;] Lege cum Meibomio Κυνικῦ, *Ubinam mihi amicum Cynici dabis?*

p. 460. l. 3. Ὅτι χαίρειν ἂν αὐτῷ λέγῃ.] Χαῖρε ἄν, &c. ita legendum. *Salmaſius.*

l. 4. Φίλος ἐστὶν αὐτῷ, καλεῖν αὐτὸν ἄξιον ἡγήσεται.] Videntur hæc per interrogationem negari, et ad Diogenem pertinere. *Wolfius.*

l. 5. Ὥστε ἂν σοι δοκῇ, καὶ ἐνθυμήθητι τοιοῦτον.] Fortaſſis, Ὥστε ἂν σοι δοκῇ ἐνθυμηθῆναι τι τοιοῦτον, κομπείαν &c. *Proinde ſi tibi videatur tale aliquid fingere, ſimetum &c.*

l. 7. Ἐν ᾗ πῦρ ἔξεις.] *In quo ſimeto ignem ſis habiturus.* Legendum ὑγιὲν, ἐν ᾗ πυρέξῃς, *ubi febricites.* Wolfius. Recte πυρέξῃς, nam paulo ſupra de Diogene febre laborante loquebatur.

l. 9. Τί ἂν σοὶ καὶ ἐπιχειρεῖν.] Fortaſſe τί ἂν σὺ καὶ ἐπιχειρεῖς, vel ἐπεχείρεις. *Wolfius.* Potius ſubintellige μέλει: et verte καὶ *etiam. Quid ergo tibi curæ eſt etiam aggredi tantam rem?*

l. 11. Γάμος δ', ἔφη, καὶ παῖδες περιγυμένως παραληφθήσονται ὑπὸ τοῦ Κυνικοῦ; Ἂν μοι σοφὸν, [l. σοφὴν,] ἔφη, δῶς πόλιν, τάχα μὲν οὐδ' ἕξει τις ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ Κυνίζειν.] Hæc male accipi ab interpretibus haud mirum: nam in editis omnibus libris deeſt πόλιν, quam vocem reſtitui, noſtro adjutus codice. deinde pro σοφὸν legendum σοφὴν, *ſapientem civitatem.* vel forſ. σοφῶν, *ſapientum civitatem,* qualem Plato in libris de rep. adumbravit. Γάμος δ', ἔφη: nempe adoleſcens: qui ſupra rogat an conjugium petendum à Cynico: nam quidem conjugium petere, liberos alere, magiſtratus gerere, denique merſari civilibus undis, hæc omnia imprimis

præceperunt Stoici. Sed hæc Cynico non æquè conveniunt; quippe qui non privata, ſed publica curat. Ὦ λαοί τ' ἐπιτετρεφάται ἢ τόσα μέμηλεν. At ſi ſapientiſſimis moribus atque inſtitutis gereretur civitas, ſi inter optimos verſaremur, non ut nunc inter fæces Romuli, non opus eſſet Cynico, δεῖ ἥξει τὶς ἐπὶ τὸ Κυνίζειν. Verba ſunt Epicteti, Ἂν μοι σοφὴν δῷς πόλιν, &c.

p. 461. l. 4. Οἷα νῦν ἐστὶν ὡς ἐν τάξει.] Quaſi dixiſſet, Qualis autem nunc rerum humanarum ſtatus, ubi nulla pax diuturna, nulla ſapiens et verè philoſophica civitas, ſed omnia turbantur, vexantur, et quaſi in bellico certamine inter ſe miſcentur, &c.

l. 9. Ἄγελον ἢ κατάσκοπον.] Vide p. 448.

l. 11. Ὅρα γὰρ ὅτι δεῖ.] Sic diſtingue, Ὅρα γὰρ ὅτι δεῖ ἀποδεικνύναι, τινὰ τῷ πενθέρῳ χρὴ ἀποδιδόναι, τοῖς α. Mox poſt ἐκκλείεται, ſubaudi ἀπὸ τῆς Κυνίζειν.

l. 15. Κυκκύμιον.] *Cucuma*, vas æreum balnearium. Petronius c. 135. *Cucumam ingentem foco appoſuit.* Mart. L. X. 68.

—— *Cucumam fecit Otacilius.*

Unde Græci ſequioris ætatis Κυκκύμιον. Vide Du Freſne Gloſs. ubi locus citatur ex Mirac. ſ. Greg. Mart. n. 27. ἢ ἀναλαβὼν τὸ τῆς θερμῆς ἄγγειον, ὅπερ εἰώθεν ἡ ἐπιχώριος διάλεκτος Κυκκύμιον καλεῖν.

p. 462. l. 1. Ἐείδια τεχνάσῃ τῇ γυναικί.] Supple δεῖ ἔχειν. deinde ſcribe incluſivè, γίνεται ἤδη πλείω σκευάρια. *Uxori etiam poſt partum* præbere oportet *lanam, oleum, lectulum, poculum: (ſic augentur vaſcula:)* habere quoque oportet *alias occupationes, alias diſtractiones.*

l. 4. Ὁ βασιλεύς.] Vide p. 441. l. 13. p. 458. l. 6. Mox Ὦι λαοὶ, ex Hom. Il. β'. 25.

l. 12. Σὺ ἀνάτεινον.] Fortaſſe ἐσίτησον. ut ſupra c. 14. l. 2. et hoc videtur legiſſe interpres Com. *Shaftesburienſis.* Vertit Schegkius et ipſe medicus, *tu intende laboribus nervos.* Wolfius, *tu cibis abſtine.* Vide ad p. 267. l. 8. Vide etiam p. 246. l. 5.

p. 463. l. 1. Ἄγε, πρὸς γραμματισὴν ἀποσεῖλαι.] Edit. Salmant. * ἄγε, in marg. * ἄγειν. Si quid mutandum, ex ſuo loco videtur eſſe motum τὸ ἄγε: paulo ſupra itaque locare velim: deinde τιλλάρια, non recte ſe habet; nam vel legendum, τιτλάρια: eſt, ut inquit Suidas, τιτλάριον, δέλτος, χαρτάριον, πινακίδιον. *titularium, pugillares, tabella.* vel potius, πιλάριον, à πίλος *penna.* Sic itaque totum locum refinge, Ἄγε, ἃ δεῖ αὐτὸν ποιῆσαι ἱματίδια τοῖς παιδίοις, πρὸς γραμματισὴν ἀποσεῖλαι, πινακίδια ἔχοντα, γραφεῖα, πιλάρια; *Age, non oportet parare pueris tunicules, ad ludimagiſtrum mittere cum tabellis, ſtylo, pennis?* Horat. L. I. ſ. 6. ver. 71.

Noluit in Flavî ludum me mittere; magni
Quo pueri magnis è centurionibus orti,
Lævo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus æra.

l. 8. Κράτης ἔγημε.] Crates Thebanus, philoſophus Cynicus, diſcipulus Diogenis, maritus Hipparchiæ. Epictetus vocat Hipparchiam, alterum Crateta. Et de eâ Laertius L. VI, 96. ἦρα τὸν Κράτητος ἢ τοὺς λόγων ἢ τὸν βίον. et mox, πάντα ἦν Κράτης αὐτῇ. Menander apud Laert. VI, 95.

Συμπεριπατήσεις γὰρ τείχεσ' ἔχων ἐμοὶ,

Ὥσπερ

Ὥσπερ Κράτητα τῇ Κυνικῷ ποθ' ἡ γυνή.

l. 9. Καὶ γυναῖκα τίθεις ἄλλον Κράτητα.] Fortaſſe τίθης, ſicut λέγεις. Cratetis et Hipparchiæ conjugium ſatis notum eſt. *Wolfius.* Noſter codex, τίθης. Sed quid ſi τιθεῖς: à verbo inuſitat. τιθέω.

l. 10. Ἀπειρογάμους.] Lego ἀπειρογάμους, nam τὸ ἀπειρόγαμον, eſt *quod nihil peculiare habeat, quod in nulla difficultate verſetur*: et opponitur τῷ, περίεσσιν μοι λέγεις. Vide p. 416. l. 12. Lege itaque, Ἡμεῖς δὲ περὶ τῶν κοινῶν γάμων καὶ ἀπειρογάμων ζητοῦμεν. *Nos verò quærimus de communibus conjugiis, et de iis quæ nihil peculiare in ſe habeant, nulliſque circumdentur difficultatibus.* Et mox, ἐν ταύτῃ τῇ καταλάσει, ſcribendum: *atque ita quærentes, non invenimus in hoc præſenti rerum ſtatu &c.*

l. 13. Πῶς ἔν ἔτι, φησὶ, διασώσεις τὴν κοινωνίαν, τὸν θεόν σου.] Verba τὸν θεόν σου, videntur eſſe Epicteti. Diſcipulus putat conjugium pertinere ad conſociationem civilem, cui Stoici cum primis multum tribuunt. Reſpondet Epictetus: *Per deum tuum.* Cur verò tuum? Quia Dei nuntium et præconem facit Cynicum. *Wolfius.* Τὸν θεόν σου: uſitata jurandi formula: de quâ ſupra monui. Sed Wolfium latuit.

l. 15. Κακόρυγκα παιδία.] Fortaſſe κακόρυσχα *puellos mali roſtri.* Ob ploratum opinor ſic infantes appellat: aut ſi ad adultam ætatem refertur, ſuo tempore ſecuturam. De loquacitate imperitorum et maledicorum hominum eſt intelligendum. *Wolfius.* Vertit Schegkius, *pituitoſos liberos*: Wolfius, *malæ frugis liberos.* Si vox non ſit corrupta, videtur eſſe ex Scenâ petita. Edit. Baſ. κακόρυγκα: Edit. Ven. & Salmant. κακόρυσχα.

p. 464. l. 4. Ἐπαμινώνδᾳ τῷ ἀτέκνῳ ἀποθανόντι;] Epaminondas Thebanus: de quo ſic Cornelius Nepos in ejus vitâ: *Hic uxorem nunquam duxit: in quo cùm reprehenderetur à Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriæ conſulere diceret, quod liberos non relinqueret: Vide, inquit, ne tu pejus conſulas, qui talem ex te natum relicturus ſis. Neque verò ſtirps mihi poteſt deeſſe. namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modo mihi ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit, neceſſe eſt.* —— *Hujus de virtutibus vitâque ſatis erit dictum, ſi hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias, Thebas et ante Epiminondam natum, et poſt ejus interitum, perpetuo alieno paruiſſe imperio: contra ea, quamdiu ille præfuerit reip. caput fuiſſe totius Græciæ.*

l. 11. Οὐκ ἔσαι ἀταξία.] ἀναταξία; cum interrogatione legendum. *Wolfius.* Noſter codex, ἀναξία.

l. 15. Πρὸς τραπέζης πυλαωρούς.] Videtur hemiſtichium eſſe ex poeta aliquo. Fortaſſe περιτραπεζίους πυλαωρούς, *atrienſes menſarios*, hoc eſt δειπνολόχους: qui menſas inſtructas ſic obſervant, ut janitores hoſtium. *Wolfius.* Plane legendum πρὸς τραπεζῆας πυλαωρούς, *ad menſarios forium-cuſtodes.* Reſpexit enim, nec ſine elegantia, ad Hom. Il. χ'. 69. de canibus,

Οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι, τραπεζῆας πυλαωρούς.

Quos canes *nutrivi in ædibus, menſarios forium-cuſtodes.* Heſychius, Τραπεζῆας, παρὰ τὴν τράπεζαν τρεφομένους. Sic lege, non τραπεζίους.

l. 16. Πόρδωνες.] Παρὰ τὸν πορδὸν, à πέρδω. *Wolf.*

l. 17. Ἔτι δὲ οὐκ ἂν ἡμᾶς ἐκίνει ταῦτα.] Videtur eſſe ironia. *Wolf.*

p. 465. l. 3. Τὰς ἀνδρείας ὑμᾶς ἔχειν.] Aut τελικῶς intelligendum, ὥστε ἔχειν, aut legendum ἔχει. *Wolf.*

Edit. Ven. & Salmant. ἔχει. Basil. ἔχειν.

l. 8. Πυθῆ μυ.] Πύθι μυ. *Wolf.*

l. 9. Σαννίων.] Vocativum esse puto. Sannio leno Terentianus satis notus est, qui fortassis idem fuit ἐν τοῖς συναποθνήσκουσι Διφίλυ. Convicium est, ut alias ἀνδραποδον, & paulo post μωρέ. *Wolfius.* Σαννίων, id est, μωρέ. a Sannus Σαννίων, Sannio. *Salmasius.*

l. 10. Περὶ πορισμῶν ἢ πόρων.] Extat Xenophontis libellus, qui inscribitur, Πόροι ἢ περὶ πορισμῶν: *rationes redituum, sive de proventibus.*

p. 466. l. 2. Πολιτευσαμένυ.] Sic noster codex: alii πολιτευομένυ. Mox ex eodem codice habes λεπτὸς, cum alii λεπτοὺς exhibent.

l. 11. Δίχα τῆς θαυμαζομένων εἶναι ὑπ' αὐτῆς.] Τὸ εἶναι transpositum, δίχα τῆς θαυμαζομένων ὑπ' αὐτῆς εἶναι κάλον. *Wolf.* Atque ita Edit. Salmant.

